













B

VSTI HENNINGII BOEHMERI, ICTI
OTENT. REGI BORVSS. A CONS. INT. REGIM. DVCAT.
MAGDEBVRG. CANCELLAR. DIRECTORIS REG. FRIDERIC.
EIVSDEMQVE PROFESS. IVR. PRIMAR.

INSTITVTIONES
VRIS CANONICI


TVM ECCLESIASTICI,
TVM PONTIFICII


D METHODVM DECRETALIVM
NEC NON
AD FORA CATHOLICORVM
ATQVE PROTESTANTIVM
COMPOSITAE

ADIECTO DVPLICI INDICE.
EDITIO QVARTA.



HALAE MAGDEBVRGICAE,
MPENSIS ORPHANOTROPHEI, MDCCLX.





VIRO

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. FRIDERICO DE REICHENBACH

POTENTISS. REG. BORVSS. A CONSIL. INTIM. CONSISTORII ET DIRECTORII RERVM ECCLESIAST. PRAESIDI SECVNDO ATQVE REGIARVM ACADEMIARVM CVRATORI

MAECENATI COLENDISSIMO



S. P. D.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER.





L*aetiſſima adhuc recolo memoria tempus illud, quo an-*
ginti annos & quod excur-
TE, VIR ILLVSTRIS,
ac academia praeſentem
eri, TVVM in ſtudia
liora ardorem prorſus ſin-













possset. Hic vt obtineretur scopus, post
norum lapsum noua *iuris publici papa-*
enda erant fundamenta: commentum
gladii singulorum animis, superstitio-
itus obductis, insinuandum, & ita tam
is & exorbitans potestas ei ab asseclis at-
ida erat, vt in *ecclesiasticis caussis* diri-
s sitis eius exstingui non posset, sed qua-
nque caussarum ciuilium arbitrium su-
m sibi appropriare, & ipsarum etiam re-
ublicarum libertatem supprimere, pe-
suo earum imperantes subiicere cona-
Et quidem adeo res ex voto ei cessit, vt
uibuscunque caussis præscripserit, ni-
in omni iurium parte intactum reli-
sed caussas pariter *publicas* ac *priuatas*,
s & *ecclesiasticas* sub suam censuram re-
t, denique parasiti curiæ Romanæ haud
rint. hoc nouæ & inusitatæ potesta-

Hoc dogmate infaufto inftruxerunt quorumcunque imperantium fidem credulam fub religionis inuolucro, vt perfuafiffimum haberent, omnem regiam poteftatem fedi papali accepto ferendam, omnes ac fingulos imperantes rationibus ei reddendis obnoxios effe, ac leges fuas normam fupremam omnium aliarum legum effe debere. Inde non errauerunt, qui iuris canonici duas fpecies conftituerunt, & illud in *ius ecclefiafticum*, quod præcipue in *decreto* GRATIANI continetur: & *ius papale*, quod per *decretales* vagatur, diftinxerunt, in qua pofteriori fpecie noua hæc & incondita iurisprudentia occurrit.

§. IV.

Quamuis vero hoc portentofum iuris publici Romani fyftema per reformationem feculo XVI erumpentem grauiffimam acceperit cladem, & potentia hæc papalis omnem excedens modum admodum infracta fit; eæ tamen funt curiæ Romanæ artes clandeftinæ, vt tempori inferuiendo nullam occafionem prætermittat, principia, quæ per compilationem iuris canonici felicibus, vt putat, aufpiciis fparfit, in vfum reuocandi, & ficuti *vi*, *clam*, vel *precario* fedes papalis tandem immenfæ illius poteftatis culmina occupauit, ita iisdem artibus

artibus eadem in priſtinum reſtituere ſtatum allaboret. Neque ſpes eam fallere poteſt, quamdiu ius vtrumque & *eccleſiaſticum* et *papale*, h. e. integrum ius canonicum omnium manibus teritur, & ſub ſchemate *iuris communis* in Academiis tam *catholicorum* quam *proteſtantium*, diuerſis licet ſtudiis, traditur. Etenim catholicis in hoc iure enucleando non poteſt non hic ſcopus propoſitus eſſe, vt vſum eius in foris ſuis oſtendant, & ad cauſas obuenientes, prout rationes rei Germanicæ hoc permittunt, applicent: proteſtantibus vero, vt rationes huius iuris curatius inquirant, cum ſtatu ſuarum eccleſiarum et rerumpublicarum conferant, & omnem prudentiam in earum applicatione adhibeant, quæque abhorrent ab eorum ſyſtemate eccleſiaſtico & politico, ſedulo euitent, interim tamen ita res ſuas inſtituant, vt huius iuris intimam artem penitus eruant, cogitantes, quotidiana cum catholicis ſibi diſcidia ſubeunda, adeoque cum illis ex hac ſylua *decretalium papalium* in arenam deſcendendum eſſe. Tandem cum infinita inſtituta ex iure canonico in ipſis A.C. territoriis ſuperſint, quæ ſecundum *pacem Oſnabrugenſem* in priſtino ſtatu relinquenda ſunt, catholicis & proteſtantibus ſæpe etiam communia, hic labor, hoc opus

erit, vt ex propriis ſuis principiis lites obortæ decidantur, & determinentur.

§. V.

Hæc diuerſa ſtudia induxerunt tum Romano-Catholicos, tum A. C. addictos, vt *compendia* & *inſtitutiones* ex ſylua decretorum & decretalium componerent, & prima huius ſtudii fundamenta methodo diuerſa traderent. Optime cognitum habuerunt interpretes, illos, qui in hanc deſcenderunt arenam, eam methodum in hoc ſtudio præferre debere, quæ *ſyſtemati* eius conformis eſt, atque ita repræſentat ſingulas eius partes, ex quibus eſt compoſitum, vt reipublicæ huius vaſtiſſimæ rationes & connexiones ex mente eiusdem recte cohæreant. Attemperandas enim leges eſſe ad *ſyſtema cuiuscunque reipublicæ*, teſtatiſſimum eſt, vt, eo demum cognito, legum quoque ſenſus felicius & facilius erui queat, atque adeo ipſi ſyſtemati reipublicæ principia, quæ in *elementis* tradenda ſunt, conformanda ſint. Neque etiam in *iure canonico* diuerſa facies deprehenditur, quod plene & ex intima ſua ratione intelligi & cognoſci nequit, niſi ad illud ſingulare *ſyſtema* componatur, vnde conflatum eſt. Etenim non tantum *iura eccleſiaſtica*, vt antea monitum eſt, ſed

ſed etiam iura mere ciuilia, publica æque ac priuata, quæ *ſecularia* dicere ſolent, allodialia & feudalia ambitu ſuo complectitur, omnia tamen ad *ſyſtema reipublicæ eccleſiaſticæ* ſub capite ſuo ſupremo ita refert, vt ab hoc principio fundamentali omnes eius partes, ceu riuuli quidam, fluxerint.

§. VI.

Equidem, qui iuris mere eccleſiaſtici A. C. addictorum compendium concinnare intendit, longe diuerſa methodo incedere, & iuxta ſtatum eccleſiarum, prout *æqualia collegia* conſtituunt, nexum rerum & argumentorum ſiſtere atque exhibere debet, quod facillima & expeditiſſima methodo fieri poteſt. Aſt qui *integrum ius canonicum*, quod *papale* ſimul continet, in compendium coarctare & artificioſo connectere ordine ſtudet, vix alium eligere poteſt, quam quem RAYMVNDVS in compilatione decretalium obſeruauit, quemque ſequentes compilationes poſtea retinuerunt. Hæc enim methodus eſt ſecundum *ſyſtema papale reipublicæ eccleſiaſticæ* compoſita, & eis argumentis inſtructa, quæ pontifex ad ſuam ſollicitudinem traxit, ut non potuerim non in his inſtitutionibus eandem amplecti, & omnibus aliis arbitrariis præferre.

§. VII.

Etenim (I) qui aliam viam connectendi hanc doctrinam elegerunt, deprehenderunt, ſecundum *ſchema reipublicae eccleſiaſticae* eam ineundam eſſe, adeoque in plerisque ſubſtiterunt in *methodo Raymundiana*, ſpecialesque titulos duntaxat addiderunt, qui tamen facili opera argumentis decretalium conuenienti ordine adiungi poſſunt (II) Quia ius canonicum explicandum eſt iuxta *ſyſtema decretalium*, tutius in nexu titulorum a RAYMVNDO adornato ſubſiſtunt, vt in euoluendis decretalium textibus animi diſcentium reddantur expeditiores, quem in finem etiam a ſerie titulorum & librorum Digeſtorum haud recedimus, vtut minus cohæreat, vt illa ſine indicis ſubſidio ſeſe omnium mentibus facilius inſinuet. (III) Inprimis vero *ordo decretalium* curiæ Romanæ & ſcriptoribus catholicis in deliciis ſemper fuit, tam inſigni feruore et fauore exceptus, vt dolerent inordinatam & male cohærentem molem GRATIANI, atque poſt tot errores emendatos eam etiam in ordinem meliorem, ſecundum RAYMVNDI inſtitutum, reſtitui ſeriis exoptarent votis. Hiſce tandem ſatisfecit IOANNES A TVRRECREMATA, inter patres purpuratos ab EVGENIO IV cooptatus, & in negotiis cauſisque

que ecclesiæ peragendis sollertissimus, vt conciliis tribus, *Constantiensi*, *Basileensi*, & *Florentino* interfuerit. Studio canonum vero adeo captus fuit, vt non tantum commentarios integros in *decretum* GRATIANI scripserit, sed totum eius opus, rursus a se resolutum & resciſſum, ad *formam* & *seriem Raymundianam*, additis, vbi opus fuit, nouis rubricis, restituerit. Scripti huius exemplum chartaceum adhuc aſſeruatum fuit in *bibliotheca Barberina*, cuius editio tandem IVSTO FONTANINO, Archiepiscopo Ancyrano, iniuncta est, quam etiam Romæ anno MDCCXXVII. elegantibus typis perfecit, & ad felicem deduxit exitum. Hæc noua compilatio ingens adiumentum mihi attulit, in euoluendis textibus, & iusto ordine ex *decreto* GRATIANI in his institutionibus digerendis, quos, ne lectioni impedimentum aliquod strueretur, seorsim in notis subieci.

§. VIII.

Sed, quod (IV) præcipuum argumenti caput est, methodum Raymundianam ad *systema reipublicæ ecclesiasticæ* adeo compositam esse animaduerti, vt facili opera elementa iuris canonici secundum eam concinnari, & quæ ei desunt, aliunde conuenienti loco suppleri potue-

potuerint. Etenim in *parte generali* agitur de *eccleſia*, ceu *republica eccleſiaſtica*, & *fide*, tanquam eius fundamento: porro de legibus canonicis papalibusque, atque earum hiſtoria variiſque ſpeciebus. In *parte ſpeciali*, excuſſo in genere ſtatu perſonarum, in hac republica exiſtentium, imperantium ſacrorum creationem, qualitates, variam ſubordinationem, iura & officiales perſcrutatus eſt RAYMVNDVS, quippe qui omne punctum in *republica eccleſiaſtica* ferunt. Ipſi *imperantes* ſunt epiſcopi, quibus pontifex quoque accenſendus, epiſcopatum longe eminentiorem præ omnibus gerens, quorum iura & functiones potiſſimum euolui debent. Et quia horum poteſtas in duobus potiſſimum ſeſe exſerit, in exercitio ſcilicet *pontificalium* & *imperii ſacri*, vt *p. 151.* obſeruaui, hoc vero actus *iurisdictionis* & *legis dioeceſanæ* complectitur; animaduerti, RAYMVNDVM ad hæc capita omnia reduxiſſe, vel ad minimum ſeriem titulorum ad ea commode referri poſſe.

§. IX.

Etenim de *iurisdictionis* poteſtate *ſtricte acceptæ tit. XXXI. libri I.* agere incipit, & ea occaſione, quæ ſint partes *iudicis eccleſiaſtici* in litibus per legitimum tramitem decidendis, monſtrat,

onſtrat, atque per *librum II.* idem argu-
entum pertractat. Ad *iura dioeceſana* ſeu
ri imperii capita primaria pergit *lib. III.*
diſtincte per omnes titulos expoſui, at-
e idem argumentum vsque ad *tit. XL.*
ntinuat. Ab hoc functiones primarias epi-
porum in peragendis *ſacris* & *pontificalibus*
oluere, & per *librum IV.* producere ſtu-
it, vt mirer, IOANNEM a TVRRECRE-
ATA hunc turbaſſe ordinem, &, quæ ad
ramenta cultumque diuinum ſpectant, refu-
ſe ad *librum primum* contra methodum a
AYMVNDO electam. Denique quoniam
æcipua epiſcoporum cura ſacra in conuer-
ndis errantibus & ad frugem per poeniten-
m reducendis olim fuit, de *criminibus lib.*
agendum ſibi eſſe cenſuit, quamuis *fori*
nitentialis facies poſtea immutata, & in
um criminale verſa fuerit. Equidem ſe-
m V. librorum hoc verſiculo deſignare
ent:

IVDEX, IVDICIVM, CLERVS,
SPONSALIA, CRIMEN.

d non plene & perſpicue hic verſiculus ex-
uſit methodum in decretalibus ſeruatam, vt
l CLERI appellatio oſtendit, qua argumen-
m *libri III.* deſignatum eſt, quod tamen po-
s de *poteſtate* & *inſpectione dioeceſana epiſco-*
pi

pi in clerum atque de exercitio *pontificalium* & *sacrorum* agit. Retinenda tamen singulorum librorum nomina, iconibus etiam quibusdam expressa, atque ipsi frontispicio eorum præfigenda censui, quo illorum captui, quibus talia in deliciis sunt, me accommodarem, & nihil omitterem, quod externam libelli faciem ornare posset.

§. X.

Non nego quidem, nonnunquam a RAYMVNDO methodum electam turbatam & *ὕστερον πρότερον* commissum fuisse; huic morbo tamen facile medicinam adferri, & coniungendo aliquot titulos effici posse censui, vt ordo paululum turbatus restitueretur, ceu *p.* 435. & inprimis *p.* 453. vbi titulus de *parochiis* necessario præmitti debuit titulo de *sepulturis*, factum est: quandoque etiam paragraphos plurium titulorum, quibus vnum idemque generale argumentum traditur, vt a *p.* 37. 79. *seqq.* vsque ad *p.* 150., & a *p.* 437. vsque ad *p.* 487. coadunaui, vt quæ inter se cohærerent, haud separarem, sed debito explicarem ordine. Denique *p.* 523. hiatum quendam deprehendi, necessario aliunde supplendum, quod etiam commode fieri potuit. Quia enim RAYMVNDVS de *diuinis officiis*, ab episcopo vel peragendis vel dirigendis, agere incepit, necesse fuit, do-

ctrinam

ctrinam de *diuinis officiis* & *ſacramentis* præmittere, &, quæ ex his omiſſa erant, ſupplere, prout factum eſt *p.* 540. vbi reliqua ſacramenta ex mente *Romanæ eccleſiæ* ſubieci, atque fundamenta eorum tradidi. Hac adhibita medicina, effectum eſſe arbitror, vt nihil electæ & adſumtæ methodo *Raymundianæ*, quam alias nonnunquam in *iure eccleſiaſtico proteſtantium* atro carbone notaui, deesſet ſed, quæuis iuſto ordine ſecundum *ſyſtema eccleſiæ Romanæ* connecterent, quod in explicandis *iuribus papalibus* & *epiſcopalibus* deſerere non licuit.

§. XI.

Quia vero *ſyſtema eccleſiarum proteſtantium* ab illo admodum recedit, vtrumque ſeparatim tradendum, & cuiusque *propria principia* adferenda fuerunt, quo conſpicuum redderetur, in quibus cauſis iuri canonico A. C. addicti dicam ſcripſerint, vel incaute hucusque obſeruato emendatio neceſſario adferri debuerit. Neque enim diſſimulandum eſt, ICtos ſeculi XVI. & XVII. in foris proteſtantium vtplurimum concluſiones iuris canonici ſine exacto examine ſecutos, & ex præiudicio inueterato, quod *ius canonicum* parem cum *iure Romano* auctoritatem haberet, & cum hoc ipſo *ius commune* conſtitueret, infauſto ſidere aſſumta fuiſſe dogmata, quæ principiis eorum repugnant,

vt

vt vel ex doctrina de *eccleſia* & *decimis* liquet, ne de aliis nunc dicam, quæ hinc inde adducta ſunt.

§. XII.

Denique, quod plurimi perſuaſiſſimum habuerunt, non ſimpliciter in his, quæ *quinque tomis iuris eccleſiaſtici proteſtantium* diffuſiori opera tradidi, ſubſtiti, nec ibidem tradita duntaxat in compendium coarctaui, ſed, vt ipſa collatio vtriusque laboris euincit euidenter, ipſos potius textus conſului, et ex his *inſtitutiones* haſce concinnaui, adeo vt quandoque quædam ibidem neglecta ſuppleuerim: quædam curis poſterioribus correxerim: nonnulla etiam ex *tomis prædictis* illuſtrauerim, quæ in notis fideliter adduxi, vt lumen ex maiori opere illis, quæ in compendio dicta ſunt, acciperent. Sicuti vero cuicunque libertatem relinquo, diuerſam & concinniorem forſan eligendi methodum in hoc iure enucleando, ita meo iure poſtulo, vt mihi quoque, ea libertate frui, ſinat, qui nihil magis penſi habeo, quam rectiora ſequi, & modeſta monita in poſterum in vſus traducere, aut ad minimum eadem modeſtia oſtendere, ob quam cauſam illa ſequenda haud fuerim arbitratus. Dabam Halæ d. XXIV. April. MDCCXXXVIII.

LIBER



LIBRI I. DECRETALIVM

TIT. I.

DE SVMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

SYNOPSIS.

Religionis Christianæ definitio. I. Facile producit cœtus externos. II. Inde ecclesiæ externæ. III. Earundem definitio. IV. Sunt collegia æqualia. V. Non tamen subsistentiam a republica habent. VI. Conclusiones ex hoc ecclesiarum statu. VII. Sub principe hoste quævis inter se pactis determinant. VIII. IX. Sub principe eiusdem fidei sunt collegia publica. X. Qui in eos exercet iurisdictionem et legislatoriam potestatem, XI. Determinat doctrinam publicam. XII. Iure imperii, non alio respectu. XIII. Ab hoc statu desciuerunt ecclesiæ seculo IV in respublicas conuersæ. XIV. Inde noua ecclesiæ definitio. XV. Duo imperantes. XVI. Contentio perpetua inter imperium et sacerdotium. XVII. Respublica eccles. præualuit. XVIII. Regentes sunt episcopi. XIX. Cum proprio territorio. XX. Omnes prouinciæ ecclesiasticæ vnam catholicam ecclesiam constituunt. XXI. Sub vno capite. XXII. Huius potestas se extendit super orbem vniuersum Christianum. XXIII. Cum potestate le-

gislatoria et iudiciaria, XXIV. *et quidem independente et limitum experte* XXV. *Inde noua ecclesiae catholicae definitio*. XXVI. *Eius potestati protestantium regna et prouinciae subtracta*, XXVII. *Quorum ecclesiae formam rerumpublicarum deposuerunt*, XXVIII. *stabilitae per paces religiosas, et August. Confessionem*. XXIX. *Ecclesiis catholicorum et A. C. addictorum pax perpetua et aequalis tributa* XXX. *Cum plenissima securitate*, XXXI. *et exclusione imperii papalis et episcopalis*, XXXII. *Status anni* 1624. *pro norma possessionis et exercitii religionis assumtus*, XXXIII. XXXIV. *Communi protectione vtraque ecclesia fruitur*. XXXV.



§. I.

DOCTRINA de *summa trinitate* et *fide catholica* pertinet ad *religionem christianam*. Haec vero est *modus Deum colendi*, *per fidem in Christum*, *totius mundi saluatorem*, *salutis aeternae consequendae causa*.

§. II.

HAEC (1) *vniuersalis* est, omnibus hominibus ex aequo proposita, α) adeoque (2) omnibus rebus publicis etiam conueniens: αα) (3) per se homines in *coetus* et *corpora externa* vbique vnit, vt, in *vna fide* vniti, coniunctim, quae religionis sunt, in singulis locis agant: (4) denique *libera* est. β)

§. III.

α) EVSEBIVS *in demonstr. euang. lib.* I. *c.* 2. apud FABRICIVM *de veritat. relig. Christiana p.* 11. *et p.* 649. IDEM in tr. *de salut. luce euangel. c.* 1. *et* 2.

αα) *c.* 23. C. 23. *qu.* 8. *l.* 26. C. *Theod. de episc. et cler* BVDEVS *de concord. relig. christ statusque ciuil.*

β) *c.* 3. D. 45.

§. III.

HAEC *corpora* et *collegia* externe vnita di-
ıtur *ecclesiæ externæ*, in oppositione eorum,
i toto corde Christo quidem adhærent, *externa*
ietate tamen inter se *ex accidente* carent, qui
lesiam inuisibilem constituere dicuntur. ββ)
hac etiam ab *externa* exclusi viuere possunt. γ)

§. IV.

EXTERNA ecclesia præcipue huius loci est,
m de eius *iure* agendum. Est vero hæc *socie-*
t hominum, inter se per eandem confessionem fi-
i vnitorum, ad religionis christianæ scopum ob-
endum. Ex diuersitate locorum plures *parti-*
lares nascuntur *ecclesiæ*, δ) vnde etiam deno-
nantur. Hæ omnes in complexu sumtæ, et
a eademque confessione fidei vnitæ, dicuntur
a fidelium vniuersalis ecclesia. ε)

§. V.

SICVTI alia *collegia* in ciuitatibus *societates*
uales sunt; ita etiam *ecclesiæ*, tum ex *mente*
uatoris et *praxi apostolica:* ζ) tum ex natura
ligionis, imperium respuentis: tum ex *rerum-*
blicarum indole, quæ non admittit statum in sta-
. Ergo nec *ecclesia vniuersalis*, ex particula-
ɔus per vnionem fidei composita, *rempublicam*
quam separatam constituit, hoc sensu, vt ab ea
teræ *particulares* tantum dependeant.

§. VI.

ββ) *Eph. V. Gal. VI*, 15.
. *I. lib. I. tit. XXXIII.* §.

γ) *c.* 82. *C.* 2. *q.* 1. *c.* 28. *X.*
sentent. excomm.

δ) 1 *Petr. V*, 9. *Apoc. I*, 4. 6. 2 *Cor. I*, 16. *Col. IV*, 28. 31. *Act. IX*, 6.

ε) *c.* 1. *X. h. t. vers. vna.*

ζ) *Luc. XXII*, 25. *Matth. XX*, 25. *sq. Marc. X*, 42. *sq.* 1 *Petr. V*, 3. (11. 33. 9. *sqq.*)

§. VI.

IN eo tamen differunt a *ceteris collegiis ciuilibus*, quod licet *in* et *sub republica* esse queant, subsistentiam tamen suam non vnice a *republica* ciuili eiusque *approbatione* habeant, η) sed finem suum etiam assequantur sub eius oppressione et persecutione, imo etiam extra *rempublicam*.

§. VII.

INDE vero sequitur: (1) ecclesiam quamcunque constare ex *vniuerso christianorum cœtu*, non ex *solo clero*: (2) præpositos atque doctores in ea quidem necessarios esse, sed hanc *præposituram*, æque vt in aliis collegiis, in nuda *directione* consistere, non in *imperio*: (3) *ordinem* in his cœtibus necessarium, qui *legum ecclesiasticarum* fons est: ϑ) (4) hunc mutua omnium conuentione determinari posse, quam veteres dixere *disciplinam ecclesiasticam*: ι) (5) ad sui subsistentiam ecclesiam non necessario desiderare *influxum*, et *approbationem reipublicæ*: κ) (6) ministros ecclesiæ ab ea vocari et dependere: κκ) (7) eam non constare ex triplici ordine: *magistratuum*, *subditorum*, et *clericorum*: λ) (8) formam *reipublicæ* haud prædicandam de *ecclesia*. μ).

§. VIII.

QVIA non necessario subsistentiam suam a republica habet, quamuis *in* et *sub ea* sit, inde est, quod diuersa sit eius conditio sub *hoste principe*, et sub eo, qui *eiusdem confessionis* est, vel

η) *tom. I. diss. prælim.* §. 12. *sqq.*

ϑ) *cit. diss.* §. 9.

ι) *tom. I. t.* 33. §. 21.

κ) *cit. l.* §. 31.

κκ) *vid. epist. Clement.*

λ) *tom. I. cit. l.* §. 35.

μ) *cit. l.* §. 37.

vel eam tuetur. Priori casu *collegium* magis *priuatum* est, solo coeuntium pacto constans, sine effectibus *ciuilibus*, ν) quibus *per se* non indiget, omnia determinans mutua conuentione, vt in *primitiua ecclesia*. Huius praxis tantum his ecclesiis conuenit, nisi *pactis publicis* maior libertas eis indulta.

§. IX.

QVAE in *hoc statu* sub *imperante hoste* circa *ordinem* et *negotia ecclesiastica* determinanda sunt, vel singulas ecclesias concernunt, vel omnes in communi. Illa a singulis ecclesiis *mutuo pacto* determinari possunt: hæc vero, veluti quæ communem *doctrinam* et *fidem* concernunt, per *synodos*, constantes ex delegatis singularum ecclesiarum eiusdem confessionis, commodissime expediuntur. ξ)

§. X.

POSTERIORI casu sunt *collegia publica*, habentque *effectus ciuiles*, ο) atque diriguntur *publica* et *ciuili autoritate* quoad ea, quæ *iurisdictionem* et *legislatoriam potestatem* concernunt. Vtraque potestate destituuntur collegia, *qua talia*, a republica approbata. π)

§. XI.

POTEST ergo imperans in *republica* suo iure *commune* et *æquale* omnibus ecclesiis *ius* præscribere, *iurisdictionem* in earum causis exercere, etiam *mediate* per *iudicium ecclesiasticum*, ac determinare, quæ, in casu *admodum* controuerso, doctrina *publice* in *ecclesiis*, *hymnis*, ππ) et

ν) *tom. I. t.* 33. §. 22.
ξ) *cit. l.* 23.
ο) *cit. l.* 25.
π) *tom. V. in præloq.* §. *vlt.*
ππ) *c.* 2. X, *de fer. in f.*

et *scholis, publicae quietis causa*, sit tradenda. ρ) Merito tamen (a) in consilium ante vocandi theologi prudentes, periti, et integrae fidei σ): (b) imperans non debet esse facilis in determinandis fidei controuersiis, nisi aliter quies publica reduci nequeat τ): (c) nec necesse est, vt hae controuersiae in *synodis vniuersalibus* vel *particularibus* υ) decidantur, vnde maiora vt plurimum imminent mala. φ) (d) Si illae *necessariae* et expedire videntur, sub *communi* imperantium *directione* et *approbatione* peragi debent.

§. XII.

EX hac determinatione, quae doctrina *publice* sit tradenda, nascitur quidem noua *formula fidei*, seu *confessio*, vt tamen (1) *lege* publica *poenali singulis* imperari nequeat, χ) sed intelligi debeat: *salua conscientiae libertate*: (2) abstineatur a persecutionibus eorum, qui dissentiunt, vel eam amplecti nolunt; ψ) modo etiam hi abstineant a contentionibus ω) et *doctrina* contraria *publica*. *Tolerantia* enim *simplex* dissentientium est *iure diuino* debita, ωω) limitibus tamen quandoque *includenda*. α)

§. XIII.

SPECIATIM hoc *ius sacrorum* exercent status A. C. iure *imperii ciuilis* αα) ex suprema inspectione in negotia ecclesiastica. Non ergo (1) ex *iure episcopali* aut papali β): (2) non quate-

ρ) *tom. V. ibid.* §. 35.
σ) *ibid.* §. 35.
τ) *ibid.* §. 83. *sqq.*
υ) *ibid.* §. 19. *sqq.*
φ) *tom. IV*, 5. *I*, 9. *sqq.*
χ) *tom. I. h. t.* §. 20. *sqq.* §. 27. *sqq.*
ψ) *tom. III.* 3. 42. §. 40.
ω) *l.* 4. *C. h. t.*
ωω) *tom. IV.* 5. 7. §. 182. *sq.*
α) *ibid.* §. 189.
αα) per *art. XXVIII. conf. Aug.*
β) *tom. I. t.* 31. §. 44. *sqq.*

quatenus ſunt *membra primaria eccleſiæ* γ): (3) non ex translatione *iurium collegialium* ab eccleſiis in principes. δ) Ita tamen hoc exercere debent, vt *finis verus* eccleſiarum obtineatur, vnde naſcitur *officium principum circa ſacra*, ε) quo *ius circa ſacra limitatur.*

§. XIV.

IN hoc ſtatu etiam, quatenus eccleſiæ ſunt *collegia æqualia*, ſubſtiterunt primitiuæ eccleſiæ ſub *infidelibus*. Pacem ciuilem vbi nactæ, a priſtino ſtatu ſenſim degenerarunt, partim ex epiſcoporum *pontificali poteſtate affectata*: ζ) partim ex *Cæſarum indulgentia* erga eos, atque indulta quadam iurisdictione in clericos: partim ex *ſocordia imperantium*, iura ſua vel negligentium vel dimittere coactorum. Inde tandem *eccleſia* faciem *reipublicæ ſeparatæ* et *independentis* induit, in quo principio *totum ius canonicum* fundatum eſt, et ſic ex hoc ſtatu nouo iura, a prioribus plane aliena, aſſumere debuit.

§. XV.

IN hoc ſtatu ECCLESIA in *conceptu iuris canonici* eſt *ſocietas inæqualis ex ordine imperantium clericorum et parentium laicorum conſtans, a rebus publicis ciuilibus prorſus independens.* Imperium independens in hac ciuitate magna tribuitur *ſacerdotio*, idque opponitur *imperio ſeculari* ſeu *regno.* η)

§. XVI.

γ) *ibid.* §. 53.

δ) *tom. V. in præloq.* §. 11.

ε) *tom. I. t.* 31. §. 58. *ſqq.*

ζ) AVGVSTINVS *in epiſt. ad vit. ſolit. agent.* AMBROSIVS *epiſt.* 33. *ad Marcell. ſoror.* CHRYSOST. *in homil. XV. in epiſt. II ad Cor.*

η) *Nou.* 6. *præf.*

[redacted]

§. XVI.

QVOCIRCA (1) si respublica secularis ad Christum accedit, ita iungi dicitur ecclesiasticae reipublicae, vt iam ex vtraque vna *respublica christiana* componi asseratur, in qua duo sunt imperantes, quorum alter caussis ecclesiasticis, alter temporalibus praesit. ϑ)

§. XVII.

CONCORDIA (2) vtriusque reipublicae in finibus, vtrique praescriptis, collocatur; ι) cum vero de his perpetuae contentiones: etiam contentiones per omnia secula inter *imperium* et *sacerdotium* fuerunt, κ) eruntque in posterum.

§. XVIII.

ETENIM (3) status in statu hoc modo erigitur, omnis vero praerogatiua *principatui ecclesiastico* tribuitur, cum summo rerum publicarum detrimento. λ)

§. XIX.

SACERDOTIVM istud *regium* (4) in genere tribuitur *episcopis*, quorum genibus colla sua submittere debent reges et principes, μ) vt *subditi* et *oues*. ν)

§. XX.

ϑ) PETR. DE MARCA *de concord. sacerd. et imp. lib. II. c.* 1. §. 2. *In concil. Paris. de anno* 829. dicitur: *principaliter itaque totius sanctae Dei ecclesiae corpus in duas eximias personas, in sacerdotalem videlicet, et regalem, sicut a sanctis patribus traditum accepimus, diuisum esse nouimus.*

ι) *c.* 6. *D.* 96.

κ) THOMAS. *in histor. content. inter imper. et sacerd.*

λ) CHRYSOST. *hom.* 15. *in epist. II. ad Cor.* ita censet: *iste autem principatus ciuili tanto melior est, quanto terra caelum, imo et multo magis.* Paria etiam GELASIVS in *c.* 10. *D.* 96. docet.

μ) *c.* 9. 10. *in f. D.* 16.

ν) *c.* 6. *in f. de maior. et obed.*

§. XX.

QVAMVIS hi (5) varia *ſubordinatione* inter ſe ſint diſtincti, ξ) ſinguli tamen proprio *territorio* ſeu *diœceſi* gaudent, in quo *imperium ſacrum* exercent, vt etiam *prouinciæ eccleſiaſticæ* æque ſint ac ſeculares. ο)

§. XXI.

OMNES hæ prouinciæ (6) tamen ita inter ſe vnitæ creduntur, vt in vnum corpus conflatæ *vnam eccleſiam catholicam vniuerſalem* ſeu rempublicam vaſtiſſimam conſtituere dicantur οο), tam in *oriente*, *quam occidente*. π)

§. XXII.

SVBORDINATIO hæc (7) *primum* deſiderat *epiſcopum* ſeu *ſacerdotem omnium ſupremum*, vniuerſalem eccleſiam pro ſuo territorio habentem, a quo omnes particulares epiſcopatus ſeu *prouinciæ eccleſiaſticæ* dependent, ϱ) quique eſt *pontifex maximus Romanus*, omnium eccleſiarum particularium, in diuerſis collectarum locis, ſupremum caput.

§. XXIII.

HVIVS imperium ſacrum (8) ex principiis curiæ Romanæ ſe diffundit per omnes principatus et regna ϱϱ): imo hic longe eminentiorem principatum omnibus regibus et imperantibus ſustinet,

ξ) *c. 2. X. de maior. et obed. c. 1. de vſu et autor. pall.*

ο) *diuerſis limitibus* incluſæ, vt ex *Geographia ſacra* liquet, delineata a FRIDERICO SPANHEMIO et CAROLO A S. PAVLO. Vnde dicuntur *prouinciæ epiſcopis commiſſæ* in

οο) *c. 1. X. h. t.*

π) LEO ALLATIVS *de perpet. eccl. orient. et occid. conſenſ.*

ϱ) *c. 3. extr. comm. de elect.*

ϱϱ) *c. 2. in f. h. t.*

tinet, vt omnia regna reipublicæ ecclesiasticæ dicantur *subordinata*. σ)

§. XXIV.

PARITER (9) omnes iudicat, et vltimam cognitionem habet; ipse autem a nemine iudicari dicitur. τ) Leges condit etiam *de fide*, ττ) et sic, emergentibus controuersiis, ipse nouas *fidei formulas* determinat, vel immediate, vel adhibito episcoporum consilio in *comitiis sacris*.

§. XXV.

DENIQVE (10) *independenter* in hac republica gubernat omnia *ecclesiastica* primario: secundario etiam υ) *publica*, *ciuilia* et *mere forensia*, ex respectu et colore *peccati*, φ) omnibus limitibus expers, χ) quibus maiorem potestatem sacram intuitu *episcoporum* incluserunt canones.

§. XXVI.

INDE ECCLESIA CATHOLICA in sensu *iuris canonici* est *respublica vniuersalis sub supremo capite pontifice Romano ex infinitis prouinciis ecclesiasticis, episcopis prælatisque demandatis, in vnum corpus conflata, cum suprema potestate in orbe christiano omnia gubernans, vt etiam imperantes ei colla sua submiserint.*

§. XXVII.

AD tantum fastigium euecta *sacerdotum* et inprimis *pontificis* potestas, sub extremis *ignorantiæ*

σ) *c. 6. X. de maior. et obed. c. 1. extrau. comm. eod. c. 3. extr. comm. de elect.*

τ) *c. 13. 14. C. 9. q. 3.* PETR. de MARCA *cit. l. lib. 1. c. XI.*

ττ) *c. 3. X. de baptism.*

υ) *c. 32. X. de elect. clem. vn. de iureiur. c. vn. X. de sacr. vnct.*

φ) *c. 13. X. de indic.*

χ) *clem. 1. in f. vt lit. pend. c. 4. X. de concess. præb.* PIVS V. *in bulla apud* LARREVM *in histor. Angl. tom. II. p. 192.*

rantiæ tenebris promota, tandem circa initium feculi XVI., reſtitutis litteris optimis, deliquium paſſa, et repurgatis per LVTHERVM aliosque ſacris effecit, vt quædam regna et prouinciæ in Germania ſe illi ſubducerent, et eccleſias ab immani hoc iugo liberarent, nouique *ſyſtematis eccleſiaſtici* fundamenta iacerent, id quod factum eſt per exhibitam in comitiis imperii Auguſtanis anno 1530. *confeſſionem*, quæ eſt *compendium publicæ doctrinæ proteſtantium*, ſeu eorum *fides catholica.*

§. XXVIII.

QVIA in *art. XXVIII. eiusdem* imperio ſacro pontificis et epiſcoporum dicam ſcripſerunt confeſſores, φ) ſtatus *eccleſiarum*, huic confesſioni addictarum, formam *rerumpublicarum* depoſuit, et *collegiorum æqualium* naturam rurſus induit, imperio legitimo imperanti, vt par erat, relicto.

§. XXIX.

NON ſine motibus ciuilibus hæc mutatio facta, tandem ſedatis per ſanctiones pragmaticas, h. e. per *pacem religioſam* et *tranſactionem Osnabrugenſem*, χ) quibus inſignem cladem accepit *reſpublica papalis*, ſed proteſtantium *ſyſtema eccleſiaſticum* in ſecurum deductum locum. Vnde *confeſſio Auguſtana* eatenus vim *publicæ legis* in imperio recepit, vt inde conſtet, quinam eius commodis et effectis frui poſſint, per paces religioſas ei acquiſitis. ψ)

§. XXX.

φ) orat. ſecul. *de merit. Auguſt. conf. in rem iurid.* p. 11.

χ) *diſſert. de ſanct. pragm. indole* c. II. §. 8. *ſqq.*

ψ) *diſſ. de benef. iur. Auguſt.*

§. XXX.

EST ergo CONFESSIO AVGVSTANA *fides catholica eccleſiarum, ei addictarum.* His etiam *reformati* annumerati ſunt, atque hæc *fides* cum *fide catholica eccleſiæ Romanæ* pacem et æqualem ſecuritatem publicam accepit. Vtrique *pax perpetua* data, ω) antea negata, cum *excluſione* aliarum ſectarum α): quod vni iuſtum, alteri quoque iuſtum eſſe debet, cum *mutua* et *exacta æqualitate* iurium: β) neutri nota *hæreſeos* cum effectibus inde dependentibus obiicienda: γ) mutatio ejus libera cuiuis eſt integra, δ) ſaluo tamen reſeruato eccleſiaſtico: ε) iura publica vtrique æqualiter reſtituta: ζ) neutri iniungendum, quod his confeſſionibus et conſcientiæ repugnat: η) in vtriusque diſſidiis tollendis ſola *amicabilis compoſitio*, ϑ) non *pluralitas votorum* ι) attendenda: in aliis litibus inter vtriusque conſortes, pares numero ex vtraque *confeſſione* ad cognitionem adhibendi: κ) vtrique denique æqualis *protectio Cæſarea* debita eſt. λ)

§. XXXI.

AD pleniorem vtriusque confeſſionis *ſecuritatem* præterea cautum, vt *violentia* omnis et

guſt. confeſſ. Dn. BESTOR *in delin. iur. publ. eccleſ. proteſt. exhib. iur. et beneſ. A. C. c. VII. ſqq.*

ω) *art. V.* 14.

α) *art. VII.* §. 2. *in f.*

β) *art. V.* §. 1:

γ) *art. V.* §. 35.

δ) *art. V.* §. 15.

ε) *art. V.* §. 15.

ζ) *art. V.* §. 21. 51.

η) *art. V* §. 48.

ϑ) *art. V.* §. 14. 25. *in f.* 51. 52.

ι) *ibid.* §. 52.

κ) *ibid.* §. 53.

λ) *capit. Caroli VI. art.* 1. *in f.*

et *via facti*, μ) cum *oppressione*, ν) et *turbatione* ξ) cesset: diuersæ a Domino territorii confessioni addicti, patienter tolerentur: ο) nihil doceatur aut scribatur, quod pacem Osnabrugensem impugnet: π) non attendantur *protestationes*, *contradictiones*, ϱ) et quæcunque *exceptiones*: σ) iuri canonico, ciuili, conciliorum decretis, ordinum religiosorum regulis et exemtionibus aliisque derogetur: τ) hæc transactio valere debeat, vt *sanctio imperii pragmatica* υ), obligans *laicos* et *clericos* sub *pœna fractæ pacis publicæ*, φ) et assumtis etiam *in subsidium* armis. χ)

§. XXXII.

QVOAD *imperium sacrum* placuit, vt *iura papalia* in bonis A. C. statuum immediatis cessent: ψ) ius diœcesanum et iurisdictio ecclesiastica magistratuum catholicorum cum omnibus suis speciebus contra A. C. status eorumque subditos suspensa sit vsque ad compositionem dissidii religionis, ω) vel in perpetuum, si hæc obtineri nequit: α) si A. C. status prouinciales et subditi anno 1624. catholicorum iurisdictionem ecclesiasticam agnouerunt, agnoscant eandem in posterum, (1) in iis, quæ *Augustanam confessionem* nullatenus concernunt, et (2) nihil occasione processus iis iniungatur, A. C. et conscientiæ repugnans: eodem iure cen-

μ) *art. V.* §. 1. *in f.*
ν) §. 8.
ξ) *ib.* §. 31. & 41.
ο) *art. V.* §. 34.
π) *art. V.* §. 50.
ϱ) §. 1. *art. V.*
σ) §. 2. 25. 29. *art. V.*
τ) *art. XVII.* §. 3.
υ) *art. XVII.* §. 2.
φ) *art. XVII.* §. 4. 7.
χ) §. 5. 6. *ibid.*
ψ) *art. V.* §. 19.
ω) §. 48. *ibid.*
α) §. 14. *ibid.*

censeantur A. C. magistratuum catholici subditi: β) denique Cæsari ius primariarum precum tam in bonis immediatis, quam mediatis, diuersa tamen ratione, saluum sit. γ)

§. XXXIII.

BONA *ecclesiastica* statuum *immediata* δ) pariter, ac *mediata* ε) iudicanda ex possessione anni 1624. *d. 1. Ian.*

§. XXXIV.

DENIQVE *exercitium religionis* subditorum, statibus diuersæ religionis subiectorum, æstimandum ex *obseruantia*, *vsu*, et *possessione anni* 1624. quacunque eius parte, *publicum* vel *priuatum*, et *quatenus* illud habuerunt, non obstante *iure reformandi:* ζ) turbati et destituti restituendi: η) omni exercitio dicto tempore destituti priuatæ deuotioni et institutioni liberorum relinquendi θ), vt tamen vel sponte possint, ι) vel iussi emigrare debeant. κ)

§. XXXV.

HAEC sunt iura *fidei catholicæ* ecclesiarum ex formula pontificis Romani vel protestantium viuentium, quæ licet in plurimis differat, communia tamen iura per *paces religiosas* accepit, vt *æquali protectione publica* tuta sit. Hac quilibet in imperio fruitur, qui formulæ huius *fidei* subscribit, licet in aliis a maiori parte cleri dissentiat, quæ in formula *fidei catholicæ* non sunt determinata. λ)

TIT.

β) §. 48. *ibid.*
γ) *art. V.* §. 18. 26.
δ) *art. V.* §. 2. 14.
ε) §. 25. *ibid.*
ζ) *art. V.* §. 31.
η) *art. V.* §. 32.
θ) *art V.* §. 34.
ι) *art. V.* §. 36.
κ) §. 37. *ibid.*
λ) *tom. I. b. 1.* §. 62.

TIT. II.

CONSTITVTIONIBVS.

SYNOPSIS.

ordinem requirit. I. consensu determina- Regulis certis inclu- etiam per synodos ommunibus. IV. Se egulae in scripturam . Respublica ecclesi- itia ex episcopis desi- ui canones, symbola ias constituerunt VI. nenica. VII. Natio- III. Prouincialia et , item capitularia . S. Scriptura etiam . X. Epistolae ponti- iure constituto. XI. eratorum ecclesiasti- Tandem cogitatum mibus iurium cano- quarum quaedam III Inter genuinas icum tenet codex ca ersae ecclesiae *XIV. nen adhuc codex ex Nicaenis et Sardicen- tans vsum habuit. r tandem latinitate Italia sub Leone I. I. Noua versio Di- gui. XVII. Eius- endium conciliorum um. XVIII. Eodem tempore aliae quoque collectio- nes factae XIX. Seculo IX successit spuria collectio Isidori Mercatoris epistolarum papa- lium. XX. In oriente eodem tempore celebris fuit Photii nomocanon; in occidente vero auctus codex Dionysianus. XXI. Reginonis seculo X fa- cta compilatio et seculo XI Burchardi Wormatiensis. XXII. Tempore Gregorii VII Anselmus etiam collegit cano- nes et circa initium XII seculi Iuo Carnutensis. XXIII. Ex his decretum suum composuit Gratianus. XXIV. Compila- tiones Decretalium antiquae et nouae. XXV. Inde structura hodierni iuris canonici, quod vsum in Germania recepit et retinuit. XXVI. Variam vero mutationem accepit. XXVII. Cautela circa eius vsum in fo- ris protestantium. XXVIII. In quibus etiam principes et nobiles immediati ordinationes ecclesiasticas condunt; XXIX. non catholici status respectu protestantium subditorum. XXX.*

§. I.

§. I.

ECCLESIA, quia in singulis locis in peculiares coetus abit, certo *ordine* dirigenda, quo omnia *ordine* et *decenter* secundum eiusdem finem fiant. μ) Ordo *determinatione* opus habet, vel *expressa* vel *tacita*, quatenus alibi determinata *ipso vsu* assumuntur.

§. II.

QVIA *primitiuae ecclesiae* collegia priuata sub hoste principe erant, ordinem vel communi consensu seu pacto determinabant singulis in coetibus fideles: vel commendatum ab *Apostolis* aliisque fidelibus sponte suscipiebant ν): vel vsitatum in *synagogis*, vnde maior pars fidelium exierat, retinebant: ξ) vel ex *communi necessitate* ortum natumque amplectebantur. Nata inde sunt *iura* vel *communia omnium ecclesiarum*, vel *particularia* singulorum coetuum, *disciplinam confoederatam* constituentium. ο)

§. III.

QVAE ad meliorem ordinem et bene viuendum faciebant, a viris piis, curam ecclesiarum habentibus, pedetentim certis *regulis* vel *monitis paternis* comprehensa et commendata: vel quae iam in vsu erant, *regulis* eiusmodi a priuatis inclusa sunt, et communi appellatione *canonum* venerunt. Hi quamuis *leges* proprie dictae non erant *ius* tamen *ecclesiarum* constituebant, sicuti *pacta* ius faciunt, licet *leges* non sint. Sic itaque IVS CANONICVM eo tempore erat norma, *ex regulis ecclesiasticis in vsum deductis composita*. §. IV

μ) 1 *Cor. XIV*, 33. 40. conf. *c*. 12. *D*. 12.

ν) 1 *Tim. III*, 9. 10. *V*, 16. 17. 22. *Tit. I*, 5. *sq. Act. XIV*, 23. 1 *Cor. XI*, 34.

ξ) CAMPEGIVS VITRINGA *de Synag vet*

ο) vt in *ieiunio*, *paschate* aliisque, teste EVSEBIO *lib V. cap*. 24.

§. IV.

QVIA singulae ecclesiae regulas has commu- placito determinare poterant, in *ordine* ipso pe differebant; communione fidei tamen vni- , et *externo regimine* conuenientes. π) Nihi- minus tamen *finis communis* postulabat, vt quae- m, pro *necessitate* et *salute communi*, consen- plurium ecclesiarum determinarentur sub *statu fidelium*, ad vnionem conseruandam. Id vero l per *literas* et *nuntios*: ϱ) vel per *conuentus ouinciales*, ad quos ab omnibus ecclesiis eius- m prouinciae deputati missi, fiebat. Hi con- isa sua aliis celebrioribus communicabant σ), , quae in rem suam facerent, inde decerpere ssent, non ex *necessitate* quadam *imperii*, sed *luntaria submissione*.

§. V.

VENERATIO, quam ecclesiae gerebant er- episcopos, eis maiorem *auctoritatem* peperit, iam seculo III. plura ad *ordinem* facientia de- minarent, iure quasi suo. τ) Sub *imperatori- r fidelibus canones* formaliter *auctoritate publica scripturam* redacti in synodis sunt, vt, litibus *disciplina ecclesiastica* ortis, ius *certum* et *com- ne* esset, praesertim cum maior synodorum co- ndarum iam esset libertas υ) More antiquo ssim *synodi prouinciales* coactae, idque *suo* se *iu-* adhuc facere censebant. *Vniuersalia comitia* φ) qui-

π) *c.* 5. *D.* 95.

ϱ) vt docent literae aposto- um, CLEMENTIS, IRE- EI, CYPRIANI etc.

σ) vt in causa *paschatis* te- ste EVSEBIO *lib. V. c.* 24. et haeresium.

τ) CYPRIANVS *epist.* 13. TERTVLL. *de pudicit. c.* 1.

υ) *c.* 1. *D.* 15.

φ) *c.* 8. 9. 11. *D.* 16.

Boehm. Inst. Iur. Can.) B

quidem conuocabant imperatores, iisque p
debant, eorum statuta confirmantes; facult
tamen cognoscendi, decidendique episcopi
cebant. χ)

§. VI.

ETENIM *sacerdotalis respublica*, hoc n
in ecclesiis inuecta, ex *episcopis* eo tempore
posita, χχ) *comitia* desiderauit. Sunt enim
CILIA nihil aliud, quam *comitia ecclesiastic*
episcopis prælatisque collecta, ad ferendos d
bus ecclesiasticis canones, et iudicia in causis
et aliis controuersiis circa disciplinam eccle
cam exercenda. Et ita *legislatoriam* et *iud*
riam exercuerunt potestatem. Statuta eoru
concernebant *disciplinam*, *canones:* si *form*
fidei, *symbola:* ψ) si *iudicia* de personis ecc
sticis, *sententiæ* dicebantur, a quibus appell
ni locus ad *maiora* comitia. ω)

§. VII.

SVPREMA erant OECVMENICA, h. e
mitia collecta ex sanctis patribus ex omni orb
rarum Christiano α) *auctoritate imperatorum*
rius *pontificis Romani.* β) Horum vniuersalis
obligatio. γ)

§. VIII.

AB his differebant *particularia*, vt (1)
TIONALIA, collecta ex episcopis regni ve

χ) *c.* 5. *C.* 11. *q.* 1. *c.* 15. *C.* 12. *q.* 1. PETR. DE MARCA *de* C. *S. et I. lib. V. c.* 3. *ibique obseru. mea III. sqq.* FABRICIVS *in salut. luce euangel. c.* 13. *p.* 287. *sqq.*

χχ) Inde *sacerdotium* dicta.

ψ) *c.* 1. *D.* 15.

ω) *c.* 9. *C.* 2. *q.* 6. *c.* 3 *ibid.*

α) *c.* 1. *D.* 15.

β) *c.* 1. *sqq. D.* 17.

γ) *c.* 2. *sqq. D.* 17. 131. *c.* 1.

ionis, vt olim *Africana*, poſtea *Gallicana*, *Hiſpanica*, *Germanica*, auctoritate regum conuocata. δ)

§. IX.

(2) PROVINCIALIA metropolitani auſpiciis, conuocatis epiſcopis ſuffraganeis, aliisque clericis conflata, olim bis in anno ε) celebranda ſub pœna ζ); aſtutia paparum tandem ſuppreſſa. η) Denique (3) EPISCOPALIA quilibet epiſcopus in ſua diœceſi cogit ex omni clero eiusdem, ſingulis annis, ϑ) quorum ſtatuta ſtringunt ſubditos diœceſeos. ι) Cum his quodammodo conueniunt (4) CAPITVLARIA STATVTA, ab *epiſcopo et capitulo* de rebus ad ſe pertinentibus condita κ); ſed vt plurimum occultantur.

§. X.

PRAETER *canones*, ab omnibus cuſtodiendos, κκ) legibus eccleſiaſticis accenſetur *Scriptura S. veteris et noui fœderis*, λ) ſedulo a *ſacerdotibus* legenda, μ) non a laicis, absque impetrata permiſſione. ν) Cauendum tamen, (1) ne *myſtica interpretatione* veteris teſtamenti inſtituta ad *leges* trahamus ξ): (2) ne *regii ſacerdotii* iura ad cle-

δ) MARCA *cit. tr. lib. VI.* c. 21. *R. I. de anno* 1541. §. 15. 20. 21. 22. Conf. *tom. I. h. t.* §. 113.

ε) *c.* 4. *D.* 18.

ζ) *c.* 7. *ſqq. D.* 18.

η) MARCA *cit. tr. lib. VI.* c. 14. 15.

ϑ) *c.* 16. 17. *D.* 18.

ι) Statuta hæc *ſynodalia* collegit LVNIG *in ſpicil. eccleſ.*

κ) *c.* 8. *X. h. t. c.* 5. *X. de his, quæ fiunt a mai. part.*

κκ) *c.* 1. *X. h. t. c.* 1. *D.* 19. *c.* 5. *C.* 25. *q.* 1.

λ) *c.* 3. *D.* 15.

μ) *c.* 1. *D.* 38.

ν) *tom. IV. tit.* 7. §. 67. *ſqq.*

ξ) GREGORII M. *in c.* 1. *D.* 49. exemplo.

clerum nostrum applicemus: (3) ne regulas amo-
ris et *pietatis* in *leges* coactiuas et *remedia ciui-
lia* transmutemus, *ο*) in quibus peccat vbique
ius canonicum.

§. XI.

MAGNAE quoque auctoritatis olim fuerunt EPISTOLAE *pontificum Romanorum*, in quibus consulti *de iure constituto* responderunt *π*). Post mille annos ex *noua ecclesiae disciplina* etiam ius nouum de quibuscunque caussis, etiam publicis et priuatis, condiderunt, vnde *ius pontificium* natum est.

§. XII.

ROGARVNT etiam imperatores LEGES de *caussis ecclesiasticis*, *ϱ*) sed non absque pontificum inuidia. Censuerunt enim ex doctrina ISIDORI impostoris, (1) eas postponendas canonicis regulis *σ*): (2) per eas non posse dissolui aut restringi iura ecclesiastica *τ*): (3) in fauorabilibus eas tantum assumendas esse. *υ*)

§. XIII.

POTISSIMVM ergo *ius canonicum scriptum* natum est ex *canonibus patrum* in conciliis congregatorum et *constitutionibus pontificum*, in quibus etiam Scripturae S. sententiam suis accommodarunt principiis. Crescente harum legum copia de *collectionibus* cogitari coepit, quae vel *spu-
ria*

ο) exemplo INNOCENTII III. in *c.* 13. X. *de iudic.*

π) *c.* 1. *sqq.* *D.* 19. *c.* 1. *sqq.* *D.* 20. Variae collectiones harum epistolarum tum in tomis conciliorum, tum seorsim editae, relatae a FABRICIO *tom.* XI. *bibl. graec.* *p.* 21.

ϱ) FABRICIVS *de salut. luce euangel.* *p.* 291. *sqq.*

σ) *c.* 1. *D.* 10.

τ) *c.* 1. *sqq.* *ibid.*

υ) *c.* 9. *sqq.* *D.* 10.

riæ vel *genuinæ*. Illis annumero *liturgias* apostolorum vel euangelistarum, φ) Dionysii Areopagitæ hierarchiam, χ) constitutiones apostolicas, ψ) canones apostolicos ω) aliaque apocrypha. α)

§. XIV.

POST concilium Nicænum *collectiones genuinæ* demum apparuerunt. β) Primam constituit *codex canonum* in quo, præmissis Nicænis, subiecti fuerunt canones Ancyrani, Neo-Cæsarienses, Gangrenses & Laodiceni. Auctus postea ex Canonibus *Antiochenis*, *Constantinopolitanis*, *Ephesinis* et *Chalcedonensibus* sub tit. *Codicis canonum vniuersæ ecclesiæ*, quem IVSTINIANVS confirmauit. γ)

§. XV.

IN occidente curia Romana solis *canonibus Nicænis* vtebatur. δ) Habito concilio *Sardicensi*, huius

φ) EVSEB. RENAVDOT. *in liturg. orient. collect.* DVPIN *tom. I. biblioth. des aut. eccles. p.* 8.

χ) Huius fit mentio *Act.* XVII, 34. IO. DALLAEVS *de script. quæ sub nom. Dionys. Areopag. et Ignat. circumferuntur.* DVPIN *cit. l. p.* 34.

ψ) Clementis adscriptas. v. DALLAEVS *de pseud-epigraph. apost.* DVPIN *cit. l. p.* 31. FABRICIVS *l. citand. p.* 10. *sqq.*

ω) c. 3. *D.* 15. c. 1. *D.* 16. BEVEREGIVS *in comm. ad can. apost.* FABRICIVS *vol.* XI. *bibl. græc. p.* 7. *sqq.* DALLAEVS *cit. l. lib.* III.

α) Relata in c. 3. *D.* 15. Apocrypha collegit et coniunctim edidit FABRICIVS.

β) IVSTELLVS et VOELLIVS *in lib. I. iur. can. antiq.* potiores collectiones sistunt. De singulis conf. MASTRICHT *in histor. iur. eccles.* aliique plures, quos recenset FABRICIVS *vol.* XI. *bibl. græcæ p.* 2. *sq.*

γ) *in Nou.* 131. c. 1. Alias collectiones recenset FABRICIVS *cit. l. p.* 26. *sqq.*

δ) Teste epistola INNOCEN-

huius canones illis addebat. *ε*) Inde factum, vt sub appellatione *Nicaenorum* Sardicenses allegati fuerint a *Zosimo* *ζ*) aliisque.

§. XVI.

CODEX *canonum* graecus latinitate donatus penetrauit etiam in Italiam, quem exhibent IVSTELLVS et VOELLIVS sub tit. *prisca canonum editio latina.* *η*) Sed LEONIS I. auspiciis de nouo in latinum sermonem translatus est, subiectis canonibus Sardicensibus et decretis praesulum Romanorum. *ϑ*)

§. XVII.

HAC noua collectione vsa est ecclesia Romana vsque ad tempora IVSTINIANI, quibus DIONYSIVS *exiguus* versionem codicis graeci concinniorem composuit, adiecitque *L canones apostolicos*, spurios licet, *ι*) et Africanos, denique *decreta praesulum* Rom. sub separato titulo. *κ*)

§. XVIII.

CENTII I. apud ZOSIM. *l.* 8. *c.* 26. conf. MARCA *lib. III. c.* 3. §. 2.

ε) P. DE MARCA *de vet. collect. can. c.* 1. §. 3.

ζ) Vt docet *codex canon. Afric. eccl. ab initio* apud IVSTELL. et VOELL. *in bibl. iur. canon. antiq.* Sed etiam *Codicis orientalis ecclesiae* canones quandoque *Nicaeni* dicti, quod primo apparerent loco, vt apud GREGORIVM Turonensem *lib. IX. c.* 33.

η) Hanc anteriorem fuisse concilio Chalcedonensi obseruat BALVZIVS *in not. ad* P. DE MARCA *lib. III. c.* 3. §. 6. quamuis postea ei additi Chalcedonenses canones.

ϑ) vt docet *praefatio* adlata a MARCA *de veter. collect. can. c. II.* §. 2. qui etiam duos codices MStos superesse testatur, obseruante BALVZIO *cit. l.* conf. FABRICIVS *tom.* XI. *bibl. graec. p.* 59.

ι) Quod in ecclesia Romana iam auctoritatem accepissent, vt obseruat FABRICIVS *vol. XI. bibl. graec. p.* 4. *sqq.*

κ) P. DE MARCA *de antiq. can. collect. c.* 3. vbi discrimina huius a priori docet. In *c.* 1. *D.* 19. vocatur *corpus codicis canonum* conf. *c.* 2. *X. de praeb.*

§. XVIII.

AFRI etiam ex suis conciliis collectionem buerunt iam sub AVRELIO, quam BONIFA- o transmiserunt, vnde auctoritatem in occiden- accepit. Ex hac compendium fecit DIONY- VS, relatum a IVSTELLO et VOELLIO. λ)

§. XIX.

TEMPORA IVSTINIANI in colligendis iu- us foecundissima fuere. Nam etiam FVLGEN- VS FERRANDVS *breuiationem canonum* μ) et RTINVS Bracarensis *collectionem canonum*, a vsus etiam GRATIANVS, ν) hoc tempore ncinnarunt. Noua adhuc eodem tempore me- odo vsus IOANNES Scholasticus, atque leges peratorum cum canonibus contulit in *nomoca-* ne. ξ)

§. XX.

SED in occidente praeualuit DIONYSII *co-* x *canonum*, promotore inprimis CAROLO M., quem HADRIANVS eum transmisit. Ast circa annum 780. noui et insoliti *iuris ecclesiastici* adamenta in *occidente* iacta sunt per *spurias de-* etales pontificum, qui ante SYRICIVM vixe- nt, quae sub nomine ISIDORI *mercatoris* ap- ruerunt, NICOLAO I. acceptissimae. *o*)

§. XXI.

λ) In *bibl. iur. can. antiq.* tom. conf. MARCA *de an-* *canon. collect.* c. IV *sqq.*
μ) apud IVSTELLVM et ELL. *cit. l. t.* 1. p. 445.
ν) apud EOSDEM *tom.* I. *in* end.
ξ) NATALIS ALEXAN- R *in diss. eccl. ad sec.* I. *diss.* 20. §. 3. *in append.* IVSTEL- LVS *in praef. ad nomocan.*
o) BLONDELL. *in Pseudo-Isidoro.* P. DE MARCA *de C. S. et I. lib.* III. *c.* 6. §. 1. NI- COLAI I. apologia pro his adulterinis mercibus contra episcopos Galliae relata est in c. 1. D. 19.

§. XXI.

[illegible] disciplina in *oriente* viguit, promota eodem tempore per PHOTII *nomocanonem*, a IVSTELLO et VOELLIO exhibitum. π) In *occidente* etiam, non obstantibus ISIDORI quisquiliis, adhuc viguit *codex Dionysianus*, auctus genuinis pontificum decretis, qui post ANASTASIVM vixerunt, circa medium seculi IX. ρ)

§. XXII.

ANNO 906. REGINO abbas Prumiensis in vsum Germaniae nouam collectionem composuit sub tit. *de disciplina ecclesiastica*, σ) ISIDORI etiam spuriis epistolis vsus, adiectis nouiter sententiis patrum, legibus codicis Theodosiani, & capitularibus. Huius collectione pariter vsus seculo XI. BVRCHARDVS Wormatiensis episcopus in nouo *volumine canonum*, quod concinnauit. τ)

§. XXIII.

MEMORANDA praeterea *canonum collectio* ANSELMI episcopi Luccensis, qua frequenter vsus est GRATIANVS. υ) In hac causam GREGORII VII. contra HENRICVM IV. egit. υυ) Denique circa initium seculi XII. IVO Carnutensis

π) *in bibl. iur. can. antiq. tom. II. p.* 785.

ρ) c. I. *D.* 20. Hunc edidit FRANCISCVS PITHOEVS sub tit. *codicis canonum veteris ecclesiae Romanae.*

σ) Eam primus edidit IOACHIMVS HILDEBRANDVS sub titulo: *de disciplina ecclesiastica veterum praesertim Germanorum libri duo.* Accuratiorem editionem publicauit STEPHANVS BALVZIVS, sub titulo tamen diuerso.

τ) MASTRICHT *in histor. iur. eccl. n.*250. *sqq.* STRAVCH. *in amoen. iur. canon. eclog. VI.* c. 6. FABRICIVS *tom.* XI. *bibl. graecae p.* 79. *sqq.*

υ) teste AVGVSTINO in *emendat. Gratiani* et FABRICIO *cit. l. p.* 87.

υυ) vid. TENGNAGEL *in monum. veter. contra schismat. pro Gregor. VII.*

episcopus φ) *decretum* compilauit, adiectis le-
bus ex digestis, codice, et nouellis. Vtrum *Pan-
nia* vel *Pannormia* ei tribuenda, incertum. χ)

§. XXIV.

Harum collectionum auctoritatem fere sup-
essit *decretum* GRATIANI ψ) seu *concordia
scordantium canonum*, ex prælaudatis collectio-
bus fere vnice, non ex fontibus, hausta. In-
itis licet scateat erroribus, ω) in quibus corri-
ndis occupati fuere *correctores Romani;* α) au-
oritatem tamen *ipso vsu* accepit, per pontifices
(os promotam. β)

§. XXV.

His collectionibus absoluitur ius *canonicum*
ricte dictum. Sequitur *pontificium*, ex solis
ntificum decretalibus compilatum. Apparue-
int ante GREGORII IX. tempora *quinque colle-
iones decretalium antiquæ.* γ) Ex his pontifex
ælaudatus per RAYMVNDVM δ) nouam *decre-
lium* compilationem publicauit: BONIFACIVS
III. alteram sub tit. *libri VI.* CLEMENS V. ter-
m sub tit. *Clementinarum*, IOANNIS XXII. au-
iciis: his denique subiectæ sunt *extrauagantes*
Ioan-

φ) obiit enim anno 1115.
χ) MASTRICHT *cit. l. n.*
FABRIC. *cit. l. p.* 81.
ψ) STRAVCH *in amœn.
can. eclog. I. c.* 1. anno
tempore EVGENII III.
bolutum.
ω) NATALIS ALEXAN-
R *ad sec. I. diss.* XXI. *in
end.* §. 10.
α) AVGVSTINVS *in emen-
dat. Gratiani.* FABRICIVS
cit. tom. XI. *p.* 93.
β) *tom. I. h. t.* §. 19. *sqq.*
γ) Priores quatuor edidit
AVGVSTINVS: *Honorianam*
vero seu quintam CIRONIVS
cum commentario.
δ) DE PENIAFORT, qua
appellatione visus in *summa de
pœnitent, et matrimonio.*

Ioannis XXII. et *communes*, vtut priuato ausu. *Institutiones iuris canonici* adhuc desideratæ, a nonnullis tandem conscriptæ, inter quas primum locum tulerunt PAVLI LANCELLOTTI, a pontifice tamen haud confirmatæ, sicut nec *liber septimus decretalium*, corpori iuris canonici subiectus.

§. XXVI.

HAEC est structura *corporis iuris canonici*, cuius primam partem *decretum* GRATIANI, alteram vero *decretales*, §. *præced.* relatæ, constituunt. Auctoritatem mox in Germania obtinuit, et iuris Romani vsum quoque promouit, huic licet semper fuerit prælatum. ε) Imo nequidem, reformatione secuta, in foris protestantium eradicari potuit, ex ICtorum et Academiarum præiudicio et auctoritate. ζ)

§. XXVII.

IN Germania tamen cladem in plurimis accepit (1) per *concordata nationis Germanicæ* inter FRIDERICVM V. et NICOLAVM V.. (2) Post reformationem per *pacem religiosam:* (3) per *instrumentum pacis Osnabrugensis* η): (4) per *recessus* et alias *leges publicas imperii:* imo (5) per ipsum *concilium Tridentinum* in *foris catholicorum:* ϑ) denique (6) per *statuta synodalia* in prælatorum diœcesibus.

§. XXVIII.

ε) Rationes adductæ *tom. I. b. t.* §. 36. *seqq.*

ζ) *ibid.* §. 60. *seqq.*

η) *art.* XVII. §. 3. vbi speciatim renunciatum est *iuri canonico* et *ciuili.*

ϑ) Nam in *foris protestantium* illud plane respuimus, nec contra eos a Catholicis allegari potest. Scripta contra hoc concilium collegit FABRICIVS *tom.* XI. *bibl. græcæ p.* 712. *seqq.*

§. XXVIII.

IVS *commune* quidem vulgo audit, sed vbi-
e *vsum* habet *subsidiarium*. Caueant ergo pro-
tantes, 1) ne *rationes hierarchicas*, vnde de-
iones fluxerunt, suis applicent ecclesiis: 2) vt
tiones decidendi iuris canonici examinent, pon-
rantes, vtrum cum confessione Augustana con-
niant nec ne? 3) vt in obseruantia eius, quæ ob-
iditur, attendant, vtrum constans et eius iudi-
sit, in quo causa agitatur? 4) denique vt *in sub-*
ium tantum illud admittant, maxime vero in
titutis illis, quæ ex iure canonico retenta
nt. ι)

§. XXIX.

IN *caussis ecclesiasticis* itaque ante omnia re-
rrendum ad *constitutiones ecclesiasticas* cuius-
nque loci. Conduntur et generatim publican-
r υ) hæ a statibus imperii A. C., non *iure episco-*
li, sed *territoriali sacro*, κ) adeoque sine con-
rsu *ministrorum ecclesiæ*, aut *synodorum*. Talia
mitia statui ecclesiarum, A. C. addictarum, non
nueniunt. Idem ius exercent etiam *nobiles im-*
ediati, et ciuitates imperii: quandoque etiam
ediatæ ex vsu immemorialis temporis, λ) vt et
mini territorii subalterni. μ) Ecclesiæ tamen,
b magistratu sacris earum infenso, iure *collegii*
cte quoque sibi iura condunt.

§. XXX.

VNDE (1) catholici principes subditis diuer-
: religionis in iis, quæ A. C. aut liturgiam con-
cer-

ι) *tom. I. b. t.* §. 75.
υ) *c.* 1. *X. de postul.*
κ) *tom. I. b. t.* §. 81. LYNKER *superior. territor. sacra.*
λ) *tom. I. b. t.* §. 87.
μ) GRIEBNER *diss. II. de territor. subaltern.* §. 7.

cernunt, nihil mutare possunt *v*): (2) nec leges condere, quæ directam aut indirectam aut moralem coactionem mutandi religionem continent *ξ*). (3) Adhuc inter protestantes, quatenus duas partes faciunt, idem constitutum. *o*)

TIT. III.

DE RESCRIPTIS.

SYNOPSIS.

Rescripta gratiæ et iustitiæ. I. Differunt inter se. II. Fiunt ad preces præcedentes. III. Falsitas earum probanda, quæ operatur, vt non valeant. IV. Falsitas rescriptorum ex signis variis præsumitur. V. Priuilegia per rescripta conceduntur. VI. Differunt a iure speciali et dispensatione. VII. Stricte, vt exceptio, explicanda. VIII. Vt tamen effectu non destituantur. IX. Exstinguuntur renouatione, non vsu, et abusu. X.

§. I.

Decretales *pontificum* quoad maximam partem consistunt in *rescriptis*. Hæc sunt in genere pontificum *epistolæ*, *quibus vel consulentibus de iure respondent*, *vel gratiam precantibus indulgent*, *mandantque inferioribus magistratibus*, *vt secundum eas agant vtroque casu*. Sunt ergo vel *gratiæ*, quibus gratia conceditur; vel

v) *art. V.* §. 48.

ξ) *t. III. de baptism.* §. 6. *tom. I. P. I. consult. et decis. arg.* 1. 2. 3.

o) *art. VII. I. P.* §. 1. ibi: *ne ipsi fas sit, leges aut constitutiones ecclesiasticas, hactenus ibi receptas, immutare.*

vel *iuſtitiæ*, quibus *ius dubium* declaratur, vel *curſus iuſtitiæ* promouetur.

§. II.

ILLA filo *ſerico*, hæc *cannabino* Romæ ligantur. π) Illa ius gratioſum *precanti* indulgent: hæc *ius commune* conſtituunt, quatenus auctoritate publica collecta, vel legitime promulgata ſunt. ϱ) Illa a tempore *datæ:* hæc a tempore *inſinuationis* vigorem habent; σ) niſi *illa* etiam *factum iudicis* concernant, quæ a tempore inſinuationis effectum demum ſortiuntur. τ)

§. III.

RESCRIPTA conceduntur ad *præcedentes preces*. Vnde (1) iis ſemper ineſt *conditio: ſi preces reſcripto inſerendæ* ττ) *veritate nituntur* υ): (2) is, ad quem diriguntur, iis parere debet, niſi veritas precibus deſit φ). (3) Hoc contingit tum per *ſubreptionem*, ſi falſitas in circumſtantiis, in quibus reſcribens ſe fundauit, commiſſa: χ) tum per *obreptionem*, ſi veritas in ſubſtantialibus circumſtantiis celata ψ). (4) Iudex in *veritatem precum* inquirere, ω) in dubio vero reſcribentem conſulere, et interim executionem ſuſpendere α) debet.

§. IV.

π) *c.* 6. X. *de crim. falſi* ENGEL. *h. t. n.* 17.

ϱ) *tom.* I. *h. t.* §. 22.

σ) *c.* 7. X *h. c.* 9. 14. *h. t. in* 6. *c.* 59. *de appell.*

τ) *c.* 38. X. *h. t. l.* 5. C. *de temp. in integr. reſtitut.*

ττ) *c.* 5. *de cohabit. cleric. et mulier.*

υ) *c.* 2. X. *h. t.*

φ) *c.* 5. X. *h. t.*

χ) *c.* 6. 20. X *h. t.*

ψ) *c.* 4. X. *de ætat. et qual. ordin. c.* 3. 8. 10. X. *h. t.*

ω) *c.* 5. *h. c.* 6. X. *de præb. c.* 2. *de offic. et pot. iudic. deleg.*

α) *c.* 5. X *h. t. c.* 1. *de offic. et pot. iudic. deleg.*

§. IV.

PROBATIONE tamen (5) exceptio *sub-* et *obreptionis* indiget, ab *allegante* perficienda *regulariter*, secundum naturam *exceptionum*, et quod pro *veritate precum* militet præsumtio β). (6) *Probatione* facta, mendax precator carere debet impetratis, et rescriptum in irritum reuocatur, γ) maxime, si precator *dolose* egerit: si per *ignorantiam* et *simplicitatem* sub - vel obreptio commissa, non aliter, quam si rescribens in ea se præcise fundauit. δ)

§. V.

A FALSITATE *precum* distinguenda *falsitas* ipsius *rescripti*, quæ præsumitur (1) ex *stylo* inusitato ε): (2) ex *bulla*, *filo* et *charta* ζ): (3) ex vitio in ipsa constructione commisso, η) nisi in litera quadam scripturæ vitium adsit ϑ): (4) ex rasura in loco suspecto ι): (5) ex ipso insolitorum tenore. κ) Denique rescriptum legitime impetratum *iustitiæ* ex accidente caret effectu, si impetrans per annum eo vti dolose cessat, et aduersarius contrarium impetrauerit. λ)

§. VI.

TANDEM per *rescripta gratiæ* etiam *priuilegia* conceduntur, quæ ius singulare, quod a *iure communi* abit, certæ *personæ* vel *ordini perso-narum*

β) *c.* 11. *de elect. in* 6. *c. f.* X. *de præsumt.*
γ) *c.* 16. 20. 31. *X. h. t.*
δ) *c.* 20. *X. h. t.*
ε) *c.* 6. *X. de crim. falsi.*
ζ) *c. cit.* 6. *c.* 12. *X. de priuil.*
η) *c.* 11. *h. t.*
ϑ) *c.* 11. *X. de fid. instrum.*
ι) *c.* 25. *X. h. c.* 7. *X. de relig. dom. c.* 14. *de priuil.*
κ) *c.* 10. *X. h. t. c.* 6. *X. de capell. monach.*
λ) *c.* 9. *et* 25. *X. h. t.*

narum indulget, legemque vel *temporalem*, si personalia: vel *perpetuam*, si *realia* sunt, vel *ordini personarum*, in perpetuum duraturo, concessa.

§. VII.

INDE differunt (1) a *iure speciali*, rebus vel caussis, non habito personarum respectu, dato λλ): (2) a *dispensationibus*, quæ relaxant obligationem legis in certo actu et casu. *Hodiernæ* tamen ab *antiquis* admodum differunt. μ) Hæ in quibusdam caussis facilius, quam illa conceduntur. ν)

§. VIII.

QVIA priuilegia a *iure communi* deuiant, (1) exceptionem a regula constituunt ξ): (2) haud sunt amplianda, sed stricte capienda ο): (3) ita intelligenda potius, ne lædant iustitiam aliorum, οο) nec ad iniqua trahantur π): (4) alioquin sub et obreptitie censentur impetrata ϱ): (5) si noxia fieri incipiunt, effectum amittunt. σ)

§. IX.

NEQVE tamen *callida interpretatione* ita eneruanda, vt effectu suo destituantur, sed ut *plenum* effectum habeant, quem is, qui priuilegium con-

λλ) Cæsar in imperio *priuilegia* concedit, non vero ius speciale circa res caussasque, quod negotium comitiale est. HORN. *in iur. publ. c.* 65. §. 10.

μ) *t.* IV. *in differt. prælim.* §. 39. *seqq.*

ν) exemplum vide *tom.* IV. *tit. de consang. et affin.* §. 57. vnde etiam differentia *a priuilegio* liquet.

ξ) *c.* 2. 4. C. 26. *qu.* 2.

ο) *c.* 7. 19. *de priuil.*

οο) *c.* 3. X. *de decim.*

π) *c.* 10. *de priuil. c.* 8. *de sent. excomm.*

ϱ) *c.* 22. X. *de V. S. c.* 1. *de const. in* 6.

σ) *c.* 9. X. *de decim. c.* 2. X. *de imm. eccles.*

concessit, eis tribuere voluit σσ). Proinde (1) sophistica interpretatio exulare debet τ): (2) nec per indirectum impedienda. υ)

§. X.

QVIA *beneficium* et *ius singulare* priuilegiato concedunt, (a) eis renuntiari potest verbis et factis φ): (b) amitti possunt per *non-vsum* XL annorum ecclesiis concessa χ): (c) ob *abusum* seu grauem excessum. ψ)

TIT. IV.

DE CONSVETVDINE.

SYNOPSIS.

Ius non scriptum I. *Prima species ius traditum, per traditionem ad posteros translatum.* II. *In primitiua ecclesia vsitatum.* III. *et lite desuper orta per traditionem et historias demonstratum.* IV. *Altera species est ius consuetudinarium ex moribus tractum.* V. *Mores ex variis hausti fontibus.* VI. *Qualitates actuum consuetudinariorum.* VII. *Versatur consuetudo praecipue circa modum agendi.* VIII. *In dubio casu probanda.* IX.

§. I.

Praeter *ius scriptum*, quod per scripturam publicatum, de quo in praecedentibus actum, datur etiam ius *non-scriptum*, quod *citra scripturam* inualuit, per *traditionem* vel *vsum diuturnum*, ad posteros translatum in eccle-

σσ) c. 12. X. *de decim.*

τ) c. 32. *de priuil.*

υ) c. *cit.* 22. c. 26. X. *de priuil.*

φ) c. 6. X. *de priuil.* c. *f.* X. *de vit. et honest. cleric.* c. 22. *de praeb.*

χ) c. 25. X. *de priuil.*

ψ) c. 3. X. *h. t.*

ecclesiis, ψψ) atque hoc tribus prioribus seculis motum obtinuit.

§. II.

INDE ius *non scriptum* duplex olim fuit: (1) TRADITVM, expresso pacto in ecclesiis olim constitutum, in *canones scriptos* tamen *formaliter* non redactum, sed per *traditionem* posteris communicatum. ω) Huius olim magna erat auctoritas, α) tum per *obseruantiam constantem ecclesiasticam* corroborata: β) tum testimoniis historicis, auspicia referentibus, subnixa, γ) et *canonibus* annumerata. δ)

§. III.

EO iure per tria priora secula vsæ sunt ecclesiæ, quæ licet passim conuentus prouinciales, necessitate exigente, instituerint, et per *confœderationem* plura constituerint expresso consensu, in canones *scriptos* tamen placita haud redegerunt, sed mox in vsum et obseruantiam deduxerunt. ε)

§. IV.

ψψ) *c.* 5. *D.* 11. conf. dissert. *de obseruantia eccles.* et *obseruat. ad* PETRVM de MARCA *in prolegom.*

ω) C. 5. *D.* 11.

α) *tom. I. b. l.* §. 15. *sqq.*

β) HIERON. *adu. Lucif.*

γ) Exemplum habes *tom. IV. tit. ad apost. et reiter. bapt.* §. 9.

δ) *tom. I. b. t.* §. 29.

ε) AVGVSTIN. *lib. II. de Baptism.* contra *Donat. c.* 4. ibi: *neque enim omnia, quæ illo tempore inter episcopos gesta sunt, memoriæ literisque mandari potuerunt:* et *c.* 9. *consuetudinis robore tenebatur orbis terrarum.* Seculo IV. demum specialius quæuis determinata sunt *scriptis canonibus*, quod primum factum est in *concilio Eliberino*, habito *ann.* 304. *vel* 305.

§. IV.

LITE de his orta, ad *traditiones maiorum* vel *apoſtolicas* prouocatum eſt, quæ nil niſi *relationes hiſtoricæ non ſcriptæ* ſunt, ζ) *fidem hiſtoricam* ſeu *præſumtionem* antiqui inſtituti facientes; fallere tamen et in abuſum trahi η) poſſunt, et tractæ ſunt, ϑ) adeoque ad *criteria hiſtorica* exigendæ.

§. V.

(2) IVS CONSVETVDINARIVM, quod ex tacito cœtus eccleſiaſtici pacto et moribus tractum. ι) MORES ſunt actus vniformiter in collegio quodam geſti, et conſtante vſu communiter approbati, vnde ius tanquam ex *pacto tacito* naſcitur, quo ſe obligaſſe creduntur viuentes in ſocietate quadam.

§. VI.

NATI ſunt mores antiquitus, (1) ex *ritibus ſynagogarum iudaicis*, in quibus erant educati fideles ex iudæis, eccleſias primitiuas fundantes: (2) ex *ſtatu* ipſo *extraordinario*, in quo per tria ſecula conſtitutæ fuerunt omnes eccleſiæ, *communi neceſſitati* ſubiectæ κ): (3) ex *auctoritate eorum*, *qui eccleſiis præfuerunt*, quorum mores ceteri facile ſecuti ſunt: (4) ex ipſa *ratione ſtatus ciuilis*, ex qua plura in regimine eccleſiaſtico aſſumta. λ)

§. VII.

ζ) TERTVLL. *de coron. mil. c.* 2. *et* 3.

η) *tom. I. b. t.* §. 18.

ϑ) Exemplum eſt in contentione de *feſto paſchatos* et de *ieiuniis ſtatis*.

ι) *l.* 35. *de LL. c.* 4. *D.* 1.

κ) *diſſ. iur. eccleſ. antiqui XII. ad Plin. et Tertull.*

λ) *c.* 6. *concil. Nicæni.* Exemplum eſt in prouinciis eccleſiaſticis, ex ſtatu ciuili et diuiſione prouinciarum ciuilium ortis.

§. VII.

INDE vero fluit, (1) actus plures vniformes et diuturnos desiderari ad eliciendum inde consensum totius coetus: (2) in *fundamentum* horum actuum inquirendum, vt, qua intentione gesti, inde constet: (3) consuetudines singularum ecclesiarum esse diuersas μ): (4) illas habere vim *iuris* ex consensu tacito, ν) et instar *canonum* seruandas, ξ) etiam contra *ius commune* ο): (5) eandem vim attribuendam etiam illis, quae pro *prauis* a pluribus habentur, de qua qualitate non semper liquido constat, nisi postea speciatim reprobatae π): (6) secundum consuetudines singulorum locorum agendum, licet alibi aliter viuatur, secundum illud: *si fueris Romae, Romano viuito more* ϱ): (7) eam quoque esse optimum *legum scriptarum* interpretem.

§. VIII.

VERSANTVR consuetudines circa *modum agendi*, tum in *singulis coetibus*, tum intuitu *diuersarum ecclesiarum inter se*. ILLVC pertinent (a) *liturgica*, in quibus multa per *vsum* introducta, sub *seruili onere* vtplurimum τ): (b) *ritus ciuiles* legitime aliquid agendi cum ecclesia, seu docet

μ) *tom. I. b. t.* §. 26. *c.* 4. *D.* 12.

ν) *c.* 6. *D.* 12.

ξ) *ibid.* §. 29. *c.* 7. *D.* 11.

ο) *c.* 3. *D.* 4. *tom. I. b. t.* §. 32. *c.* 8. *b. t.* nisi *prorsus probibitiuum* sit, et contrarium abusum sapiat. *c.* 18. *X. de praeb. in f.* *c.* 1. *X. de his, quae fiunt a mai. part. capit.*

π) *c.* 11. *X. b. t. c.* 8. *X. de Simon. c.* 5. *X. de eo, qui duxit in matrim.*

ϱ) *c.* 11. *D.* 12.

τ) *c.* 12. *D.* 12.

[redacted]

docet *scotatio* υ): (c) *proedria* in processionibus et sessionibus seruanda φ): (d) *modus procedendi* in *iudiciis* χ): (e) in conferendis et optandis praebendis, ψ) et infinita alia. HVC referri possunt *subordinationes ecclesiarum*, olim ex institutis ciuilibus ipso facto assumtae: electiones ex gremio alterius ecclesiae faciendae: ω) iura *spolii*, et infinita alia.

§. IX.

CONSVETVDINES in dubium vocatae, quia *in facto* consistunt, legitime probandae, α) et quidem ab eo, qui in eis se fundat, et non sufficiat allegatio *notorii*. β) Probantur autem per actus *vniformiter*, et quidem ex *opinione necessitatis* gestos, et ita *famae* et *traditioni* multum tribuendum. γ) Probatae ius constituunt atque normam agendi, adeoque facultatem legitime agendi praebent. γγ)

TIT.

υ) *c.* 2. X. *b. t.*
φ) *c.* 6. X. *b. t.*
χ) *c.* 3. *b. t. in* 6.
ψ) *c.* 4. *b. t. in* 6.
ω) *c.* 8. *b. t.*
α) *c.* 8. X. *b. t.*

β) *tom. I. b. t.* §. 40.
γ) *c.* 13. X. *de prob.*
γγ) aeque vt *praescriptio*, a qua tamen adhuc differt vid. diss. *de praescript. contra LL. maxime prohibitiuas.* §. XI.

TIT. V.

DE POSTVLATIONE PRAELATORVM.

TIT. VI.

DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

SYNOPSIS.

Status personarum triplex aeque vt in iure Romano. I. Status diuersitas inter clericos et laicos huc primo pertinet loco. II Quinam clerici? qui laici? III. Variae inter hos differentiae. IV. Clerici fiunt per separationem a laicis; haec vero per primam tonsuram. V. Singulares eius proprietates. VI. Protestantes alia separatione vtuntur. VII. Separati de iure canonico nouum induunt statum cum variis iuris effectibus. VIII. Imo etiam inter protestantes, sed abiecta nota imperii, vnde diuersae conclusiones tractae. IX. Clerici destinantur ad munera sacra, quae suscipiunt per ordinum collationem. Quin ordines? quid simplicia officia? X. In ecclesia apostolica erant munera extraordinaria et ordinaria. Haec in presbyteratu et diaconatu collocata. XI. Episcopi a presbyteris distincti decrant. XII. Ad tollenda schismata decreto ecclesiarum assumti. XIII. Seculo II iam tres ordines memorantur, quibus paulo post accesserunt subdiaconi. XIV. In maioribus ecclesiis quatuor ordines minores seculo III recepti. XV. Inde ordines maiores et minores cum variis effectibus distincti sunt. XVI. In maioribus sunt vel in sacerdotio vel ministerio. Sacerdotium est maius vel minus. XVII Episcopi sunt in maiori, cum potestate pontificiali in dioecesibus. XVIII. Episcopi definitio. XIX. In vna prouincia eccles. constituti dicuntur comprouinciales, et subsunt metropolitano seu archiepiscopo. XX. Quid archiepiscopus? quid primas inter illos? XXI. Quid patriarcha? XXII. Romanus inter hos primum obtinuit locum. XXIII. Affectauit imperium in patriarchas orientales. XXIV. De Aquileiensi, Indiarum

arum et Russorum patriarchis. XXV. *Pontificis maximi definitio.* XXVI. *Eiusdem immensa potestas affectata.* XXVII. *Episcopi in genere fiunt vel per electionem, vel postulationem, vel pontificis nominationem* XXVIII. *Electio quid?* XXIX. *Qualitates eligendorum etiam secundum iura Germaniæ.* XXX. *Iure antiquo ad clerum et populum electio pertinuit. In Germania vero cessit tandem imperatoribus,* XXXI. *Capitulo deinceps sublata inuestitura per annulum et baculum.* XXXII. *Pontificem eligunt cardinales. De horum statu, et singulari præeminentia et iuribus.* XXXIII. *Vocandi omnes de capitulo in ele-*

compromissum. XL. 1
per inspirationem. XLI.
ctus inta mensem cons
et intra trimestre confir
nem petere debet. XLII.
periori, h. e. a pontifice:
episcopo, electione media
lati facta. XLIII. *Pari*
minati a regibus confirn
a pontifice. XLIV. *Mod*
cedendi in confirmatione.
Confirmandi antea pr
iuramentum fidelitatis.
Effectus confirmationis
ciatim quoad Germa
XLVII. *Capitulationes*
præscribuntur. XLVII
stulatio quid? XLIX. I
tur, qui defectu canoni
rat, dispensabili tamen.
per petitionem, ad pon

[redacted]

§. I.

IVS omne ecclesiasticum versatur vel circa *statum personarum:* vel circa *res* et *negotia* ecclesiastica: vel circa *modum procedendi iudicialem.* STATVS PERSONARVM in ecclesia, quatenus *reipublicæ faciem* gerit, variat, prout homines in ea varie considerantur. Sunt enim (I) homines in hac republica vel *liberi*, quales sunt christiani in *libertatem* vocati: vel *servi* ecclesiastico sensu, quales sunt *infideles*, extra gremium ecclesiæ constituti, δ) christianis subiiciendi, et ex sola humanitate *tolerandi.* ε) (II) Liberi sunt vel *ciues legitimi* reipublicæ ecclesiasticæ, quales sunt *orthodoxi* in fide formularia *dominantis ecclesiæ Romanæ* persistentes: et *peregrini*, quales sunt *hæretici* et *schismatici*, discedentes a fide dominantis ecclesiæ vel obsequio capiti debito, pro mortuis habendi, vsu omnium iurium ecclesiasticorum, imo et ciuilium priuari. ζ) (III) Denique *ciues* sunt vel *sui iuris*, qui imperant in ecclesiis, vt sunt *clerici;* vel *alieni iuris*, vt sunt *laici*, clericorum potestati prorsus subiecti, η) vt oues. ϑ)

§. II.

δ) *c.* 13. *X. de iudæis* RICCIVLLVS *de iure personarum extra grem. eccles. existent.*

ε) *c.* 21. *inf. X. de testib. c.* 13. *X. de iudic.*

ζ) vt ad *tit. de hæret*, item *de schismat. tom. IV.* monstratum.

η) *c.* 6. *X. de maior. et obed.*

ϑ) Hanc distinctionem tradidi in notis ad FLEVRII *instit. iur. eccl. P I tit.* 3 §. 2. *lit. e. in not.* vnde eam repetiit PERTSCHIVS *in elem. iur. can. lib.* 1. *tit.* 6. §. 151. *in not.*

§. II.

DE *prima* et *secunda* diuisione *lib. V.* vbi de *criminibus* agitur, agendi locus erit. *Tertia* principatum in *iure personarum* gerit, quia *iura ecclesiastica* primario propter *clericos* constituta, quorum *laici* vtplurimum incapaces habentur.

§. III.

CLERICI sunt *christiani* ι) *ritu canonico a populo seu subditis in ecclesiis ita separati, vt statum ecclesiasticum nouum induant, atque ad officia sacra publica atque regimen ecclesiae destinentur.* His opponuntur LAICI, qui sunt *christiani, in republica ecclesiastica subditorum aut filiorum locum tenentes, ab officiis publicis sacris et regimine sacro prorsus remoti.*

§. IV.

ILLORVM *portio DEVS* vocatur ex ipso nomine, κ) adeoque *nihil curare debent, nisi Deum;* horum vero est, secularia negotia peragere et humiliter clericis obedire. λ) Illi praesunt rebus ecclesiasticis: hi in illis silere, et sibi attendere iubentur. μ) Illi vocantur *spirituales;* hi *seculares* et *carnales.* ν) Illi *patres,* hi vero *filii* et *subditi,* praefigurati sub asina Balaami. ξ) Illi *ecclesiastici:* hi *non ecclesiastici.* ο) Illi *Sacerdotes* et *Leuitae* sunt, hi *populus*, vt in republica Israelitica. π)

Illi

ι) *c.* 7. C. 12. *q.* 1.

κ) *c.* 6. C. 12. *q.* 1.

λ) *c.* 10. X. *de const.* THOMAS. *ad Lancell. tom. I. lib. I. tit.* 4. *p.* 25.

μ) *c.* 2. *D.* 63.

ν) *c.* 5. 12. C. 6. *q.* 1.

ξ) GRATIANVS *post c.* 41. C. 2. *q.* 7.

ο) *I. P. art. V.* §. 15.

π) *c.* 5. 7. C. 12. *q.* 1.

illi denique *primario* & *κατ' ἐξοχὴν ecclesiam* constituunt, hi *secundario*.

§. V.

QVIA clerici non nascuntur, sed *fiunt*, *separatim* a reliquo populo seu *subditis* in republ. ecclesiastica opus fuit, maxime vbi clerici *in genere*, sine ordinibus, fieri cœperunt. ρ) Fit hæc per *primam tonsuram*, seculo V. assumtam a monachis, ad clericatum ex monasteriis tractis, quibus iam olim tonsura vsitata fuit. σ) Antea per *ordinationem* clericus fiebat, cui post *immediate* præmissa *tonsuratio*. Tandem hæc, impuberibus ad clericatum admissis, sufficere credita fuit ad *clericum* in genere faciendum. τ) Atque sic TONSVRA PRIMA *est actus sacer, quo per depositionem crinium ab episcopo faciendam laicus in numerum clericorum in genere recipitur, et ita a statu laicorum prorsus separatur.*

§. VI.

INDE est, (1) quod ab episcopo vel prælato mitrato fiat υ): (2) adhibitis solemnibus φ): (3) quod dicatur *ianua* ad quoscunque ordines, et aditum paret ad beneficia ecclesiastica χ): (4) quod non adeo singularem habilitatem desideret, et conferri possit septimum annum egressis ψ): (5) quod interim *regiæ dignitatis* indicium esse de-

ρ) *Pontific. Romanum tit. de clerico faciendo.*

σ) THOMASSIN. *de discipl. eccl. P. 1. lib. 2. c. 37. sqq.*

τ) *c. 11. de ætat. qual. et ord. præf.*

υ) *c. 1. D. 69. cit. c. 11.*

φ) *pontific. Rom. c. 5.*

χ) *concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 6.*

ψ) *c. f. de temp. ord. in 6.*

debeat, ad quam tonſurati deſtinantur ω): (6) quod *priuilegium canonis* et *forum eccleſiaſticum* tribuat. α)

§. VII.

HANC ſeparationem repudiarunt proteſtantes, qui ipſa *admotione ad officium ſacrum* eam inducunt, vel in capitulis *immatriculatione*, aut *ſolemni receptione* in numerum canonicorum et ordinum militarium *ſtatum eccleſiaſticum* conferunt. Sola profeſſio ſtudii theologici clericum non facit.

§. VIII.

SEPARATI hoc modo a grege laicorum de *iure canonico nouum* plane *ſtatum* induunt, propter quem (a) *peculiare genus chriſtianorum* conſtituere dicuntur β): (b) a laicorum conuerſatione eorum vita ſeparata eſſe debet γ): (c) ad regimen eccleſiae deſtinantur, tanquam *patres* et *magiſtri*, δ) quibus *auctoritas imperandi*, ſicuti laicis *neceſſitas obſequendi* relicta eſt ε): (d) illis datum eſt iura ſpiritualia tractare, a quibus laici remouendi ζ): (e) in eccleſia choro ſeparantur η) a reliqua plebe, quae nauim occupat: (f) denique variis iuribus et priuilegiis a laicis diſtinguuntur. θ)

§. IX.

ω) *c.* 7. C. 12. *q.* 1.

α) *c. f. de temp. ord. in* 7. vid. tamen *concil. Trid. c. l.*

β) *c.* 7. C. 12. *q.* 1.

γ) *c.* 6. C. 2. *q.* 6.

δ) *c.* 8. 9. *D.* 96.

ε) *c.* 1. 9. *D.* 96.

ζ) *c.* 1. *D.* 96.

η) ANT. MATTHAEI *in manud. ad ius can. lib.* 1. *tit* 7.

θ) CAROL. DE GRASSIS *de effectib. cleric.*

§. IX.

DE *iure protestantium* itidem separati a laicis *statum nouum* assumunt; sed abiecta *imperii* et *subiectionis* nota characteristica, quod ecclesiam vt *collegium æquale* concipiant. Vnde (1) differentiam inter *clericos* et *laicos* secundum conceptum *iuris canonici* respuunt: (2) forum tamen peculiare cum aliis priuilegiis et reuerentiam debitam illis tribuunt. (3) Hoc denique cum clericis Romanæ ecclesiæ commune habent, quod in Germania mutantes religionem *reseruato ecclesiastico* sint subiecti. ι)

§. X.

DENIQVE quia clerici de *iure canonico* destinantur ad *munera sacra* et *regimen*, sciendum est, ea per *collationem ordinum* obtineri. Sicuti enim apud Romanos *ordines* dignitatum seu *gradus* varii erant; κ) ita *ordines* sunt *gradus munerum ecclesiasticorum*, ad quæ per *ordinationem* itur. Quocirca (1) episcopus *in primo*, presbyteri in *secundo*, diaconi in *tertio* et subdiaconi in *quarto ordine* dicebantur constituti intuitu subordinationis λ): (2) simplicia officia, citra *ordinationem* collata, *clericatum* haud operantur, qualia olim plurima fuerunt, etiam *laicis* commissa, vt munus defensorum, μ) aduocatorum, notariorum etc.

§. XI.

ι) *I. P. art. V.* §. 15.

κ) *l.* 9. *et* 5. *D. de decret. ab ord. fac. l.* 9. *C. de episc. aud. l.* 6. 14. 37. 42. 47. 66. *C. Theod. de decur. l.* 2. 8. 47. *de O. I. l.* 27. *de rit. N. l.* 23. *ad munic.*

λ) *c.* 1. *D.* 33.

μ) *concil. Mileu. c.* 16. MORIN. *de SS. ordin. P. III. exerc.* 16. §. 19. Plura alia in ecclesia Constantinopolitana fuere, teste CODINO *de officiis et officialibus curiæ et ecclesiæ Constantinopol.*

§. XI.

IN ecclesiis apostolicis olim erant munera *extraordinaria*, per charismata Spiritus S. sese exserentia, adeoque haud perpetua: ξ) vel *ordinaria*, atque hæc vel *generalia* vel *specialia*. Illuc pertinebat munus *doctorum* tam late patens, vt cuicunque docendi facultas competeret, qui hoc dono polleret. ο) Hæc *certis* subiectis commissa erant ab ecclesia, atque consistebant vel in *dirigendo*, vel in *ministrando*. π) Illuc pertinebant *persbyteri*, etiam *præpositi* et *episcopi* dicti, qui generale *docendi* officium exercere quoque poterant, vt tamen hoc illis non esset proprium, nec omnes docerent: ϱ) huc vero *diaconi*, qui iussa presbyterorum et ecclesiæ expediebant, et ministrabant.

§. XII.

INDE duo tantum *ordines speciales* erant, per *manuum impositionem* collati, *presbyterorum* et *diaconorum*: σ) tertius *episcoporum* specialiter sic dictorum deerat, cum quilibet presbyter simul diceretur *episcopus*. τ)

§. XIII.

QVIA tamen in singulis cœtibus *presbyteri* seu *seniores* collegium constituebant, et secundum

ξ) 1 *Cor. XII*, 28.

ο) 1 *Cor. XIV*, 31. 33. HILARIVS *in Comm. ad Eph. IV.* relius *diss. VII. ad Plin. et Tertull.* § 30.

π) *c.* 11. *D.* 23.

ϱ) 1 *Tim. V*, 17. 1 *Cor. XII*, 28.

σ) *c.* 24. *D.* 93. *c* 5. *D.* 95. *c.* 9. *X. de ætat. qual. et ordin. præficiend.*

τ) *Act. XX*, 28. *Phil. I*, 1. 1 *Tim. III. ad Tit. I*, 5. 7. 1 *Petr. V*, 5. 7. BLONDELL. *de episc. et presbyt.* SALMAS. *de episc. et presbyt.*

dum *ordinem receptionis* sedebant, *primus* in *consessu* pedetentim inter collegas *auctoritatem* maiorem accepit, υ) communi ecclesiarum decreto auctam, ad *schismata* tollenda seu *interna dissidia* inter presbyteros orta, φ) speciatim *episcopus* dictus. Non tamen deposuit primus appellationem *presbyteri*, χ) sed *primus inter presbyteros* dictus; ψ) pedetentim tamen, *magis consuetudine*, *quam dispensationis dominicae veritate*, ω) a presbyteris admodum, nouo etiam *ordine*, distinctus, postquam non *successio* sed *electio* primarum in consessu presbyterorum conferret, α) et de nouo ordinaretur atque peculiaria iura acciperet αα).

§. XIV.

INDE seculo II tres ordines, *episcoporum*, *presbyterorum* et *diaconorum* referuntur, in singulis coetibus, tam in *vrbibus*, quam *agris*, in quibus *chorepiscopi* noti, β) vt nulla *ecclesia particularis episcopo postea* careret, sub quo *presbyteri* et *diaconi* erant. Alii ordines ignoti. ββ) *Subdiaconi* his adiuncti, sine *manuum impositione* γ), paulo post tamen inter sacros ordines relati δ) cum lege *continentiae*.

§. XV.

υ) *Iob. ep.* III, 9. 10.

φ) *c.* 5. *D.* 95.

χ) EVSEB. *V*, 24.

ψ) HILAR. *in* I *Tim. III. c.* 34. C. 2. *q.* 7.

ω) *c.* 5. *D.* 95.

α) HILAR. *in Eph. IV.*

αα) *c.* 24. *D.* 93.

β) *diss. V. ad Plin. II. et Tertull.*

ββ) *c.* 4. *D.* 60. *c.* 9. *X. de aetat. et qual. et ord. praef.*

γ) *c.* 15. *D.* 23.

δ) *c.* 1. *et* 11. *D.* 32. *c.* 9. *cit. c.* 16. *D.* 50. *c.* 9. *X de aet. et qual. et ord. praefic. c.* 3. *X. de seru. non ord.*

§. XV.

IN maioribus ecclesiis, vt *Romana*, seculo III alia *officia ecclesiastica* his superaddita sunt, vt *ostiariorum*, *lectorum*, *exorcistarum*, et *acoluthorum*, ε) peculiari ritu sacro sine *manuum impositione* constitutorum ab episcopo, ζ) qui *clerici minores* dicti.

§. XVI.

INDE ordines fuerunt vel *maiores* seu *sacri*, vel *minores* seu *non sacri*. In illis constituti ad *celebrationem missae* concurrunt, *ministri altaris* dicti; η) non aeque in his constituti. θ) Illi ad episcopatum prouehi poterant; non aeque hi. ι) Illis lex *coelibatus* imposita; non aeque his. κ) Illis *character indelebilis* imprimitur, vt ad secularem statum reuerti non possint; non aeque his. κκ)

§. XVII.

IN *maioribus ordinibus* sunt vel in *sacerdotio*, sacrificio faciendo praepositi, vt episcopi et presbyteri, vel tantum *in ministerio*, vt *diaconi* et *subdiaconi*, qui ministrant sacrificium peragentibus instar *Leuitarum*. λ) *Sacerdotium* est vel *maius*, quod sustinent *episcopi*: μ) vel *minus*, quod *presbyteri* tenent.

§. XVIII.

ε) *c.* 1. *D.* 25.

ζ) *c.* 16. *sqq. D.* 23.

η) *c.* 16. *D* 50. *c.* 4. *D.* 61.

θ) *c.* 3. 12. *D.* 32. *c.* 3. *D.* 60.

ι) *c.* 4. *D.* 60. *c.* 9. *X. de aetat qual. et ord. praef.*

κ) *c.* 1. 3. 5. *X. de cleric. coniug. c.* 3. 8. *D.* 32. *c.* 1. *inf. D.* 31. *c.* 2. 3. 5. 7. 10. *D.* 31.

κκ) exempla vid. *tom. I. P. I. conf. et decis. arg.* XLIII. *n.* 143.

λ) *c.* 11. *D.* 23. *c.* 23. *D.* 93.

μ) TERTVLL. *de bapt. c.* 17. CYPRIAN. *epist.* 3. 4. 59. conf. *Diss. III. ad Plin. et Tertull.* §. 66.

§. XVIII.

QVAMVIS vero olim episcopi tantum essent *primi presbyterorum* seu *praepositi atque inspectores, qui regebant et gubernabant ecclesiam cum consilio presbyterorum*, atque inter se *pares* essent; seculo III tamen eorum auctoritas aucta ex asserto illis *summo sacerdotio* ex V. T. cui seculis sequentibus accesserunt *latiores dioeceses*, *v*) imperatorum priuilegia, veneratio, laicorum suppressio, cetera: vt potestas episcopalis in *imperium*, eorum vero districtus in *respublicas ecclesiasticas* subordinatas et *prouincias* *w*) degenerauerint. *ξ*)

§. XIX.

IN hoc statu consideratus EPISCOPVS est *summus sacerdos, qui in territorio seu dioecesi sibi adscripta iure proprio in clerum et populum imperium sacrum cum omnibus eius speciebus subordinate exercet et pontificalia peragit.*

§. XX.

QVI in vna eademque *prouincia Romana* *o*) degebant, *comprouinciales* dicti, synodosque agebant, quas vt plurimum dirigebat *episcopus metropoleos*. Ex hac consuetudine *metropolitani* auctoritatem in *comprouinciales* nacti sunt, vt electos confirmarent, *π*) aliaque iura praecipua impetrarent. Inde in constantem vsum transiit, vt plures episcopatus in *vnam maiorem prouinciam ecclesiasticam* coadunarentur sub *metropolitano*

v) *c.* 3. 4. *D.* 80.

w) vt vocantur in *c.* 1. X. *de auct. et vs. pall.*

ξ) FABRICIVS *in salut. luce euang. p.* 347. *sqq.*

o) FABRICIVS *cit. l. p.* 284. hoc ex diuisione antiqua imperii optime demonstrat.

π) *ex decreto concilii Nicaen. c.* 4.

no ſeu *archiepiſcopo:* ϱ) vt in *occidente* eſt appellatus.

§. XXI.

EST ergo ARCHIEPISCOPVS, qui *extra diœceſin propriam*, *cuius epiſcopus eſt*, *prouinciæ eccleſiaſticæ maiori præeſt*, *cum imperio*, *ſub ſe epiſcopos ſimplices habens*. Iura *imperii* eorum præcipua, ſingulis locis tradenda. In ſingulis regnis occidentis vnus ex illis tandem *conſuetudine* ϱϱ) *ad primatum* adſpirauit, PRIMAS dictus, magnæ in regnis auctoritatis, et director *conciliorum nationalium*, cui etiam ſuo modo archiepiſcopi ſubſunt.

§. XXII.

INTER omnes vero *epiſcopos* et *metropolitanos* iam ſeculo IV, ex celebritate locorum, et forma regiminis ſecularis, eminuerunt epiſcopi *Romanus*, *Antiochenus*, et *Alexandrianus*, cui *honoris gratia* adiunctus eſt *Hieroſolymitanus*. σ) Poſtea his quoque acceſſit *Conſtantinopolitanus*, poſt Romanum epiſcopum in *conciliis* locum tenens. τ) Hi PATRIARCHAE dicti, præcipua eccleſiarum orientalium et occidentalium capita, quibus etiam *metropolitani* et *primates* ſuberant, ab imperatoribus honore *pallii imperialis* decorati. υ)

§. XXIII.

QVIA ex celebritate loci *primum* inter patriarchas *locum* ROMANVS obtinuit, nihil non ten-

ϱ) vid. ZIEGLER *de epiſc. lib. IV. c. vlt.* vbi ſingulas prouincias ſub archiepiſcopis recenſet. Pleniorem *indicem Geographicum epiſcopatuum Chriſtiani orbis* ſiſtit FABRICIVS *in ſalut. luce euangel. in fine.*

ϱϱ) Inde contentiones de *iure primatus. c. f. X. de maior. et obed. c. 4. X. de dilat.* MARCA *de primat. Lugdunenſi.*

σ) *c. 6. et 7. concil. Nicæni.*

τ) *c. 3. concil. Conſtantin. a. 381.*

υ) FABRICIVS *in ſalut. luce euangelii notitiam Patriarchatuum c. XIV. p. 342.* ſiſtit. Conf. infra *tit. de vſu pallii.*

ırauit, vt etiam reliquos patriarchas sibi sub-
eret, et *monarchiam vniuersalem* erigeret. Et-
im anno 605. BONIFACIVS III obtinuit, vt
nmus et *vniuersalis omnium ecclesiarum episco-*
s diceretur. φ) Interim ne quidem in occiden-
ius patriarchicum, quod in *synodis cogendis*,
dinandis episcopis, et *iudicio maiorum causa-*
m apparuit, φφ) per hæc tempora plene exer-
it, sed tantum in *maioribus causis* aliqua ipsi
ctoritas tributa. χ) Multo minus sibi imperium
patriarchas orientis asserere potuit, quod ta-
en, *schismate* secuto, et nouis GREGORII VII.
ncipiis publicatis, ψ) audacius sibi, sed frustra,
ntifex vindicauit.

§. XXIV.

ITA etiam censuit in *propria causa* INNO-
NTIVS *in concil. Lateran. IV. c. 5.* ψψ) prin-
patumque sibi in orientis patriarchas deberi de-
euit voluitque, vt pallium a se reciperent, et
ramentum obedientiæ ac *fidelitatis* sedi Romanæ
æstarent, irrito licet conatu. Vnde transla-
nes episcoporum auctoritate illorum fieri posse,
ri conatu negauit. ω)

§. XXV.

SVB THEODORICO Aquileiensis titulum
triarchæ quoque suscepit, ab ALEXANDRO II
stea confirmatum, vt post quinque patriarchas
cum in conciliis obtineret. Præterea *India-*
rum

φ) MORNAEVS *in myster.* ... *p.* 113. *edit. Salmur.*

φφ) *ex consuetudine*, secun-
n *c.* 9. *X. de offic. iud. ordin.*

χ) MARCA *de C. sac. et imp.*
I. c. 7. §. 7.
Boehm. *Inst. Iur. Can.*),

ψ) V. HARDVINVS *tom. VI. P. I. concil. p.* 1304.

ψψ) *c.* 23. *X. de priuil. et excess. priuil. anno* 1215.

ω) *c.* 1. *X. de translat. episc.*

rum patriarcha in Hispania huic accessit, pariter vt in Russia *patriarcha* notus est, in orientis ecclesiæ communione subsistens.

§. XXVI.

HOC modo ex mente iuris canonici PONTIFEX ROMANVS *est supremus in republica ecclesiastica vniuersali imperans*, ωω) *cum potestate independente, in omnes ecclesias christianas, iisque subiectos supremum imperium exercendi, et vniuerso orbi leges praescribendi.* α)

§. XXVII.

DICITVR enim *Vicarius Iesu Christi:* β) quod ipse facit, DEVS fecisse intelligitur, γ) quia DEVS in terris. δ) Dicitur *rex regum* et *dominus dominantium*, omnibus præponendus. ε) Solio et *corona triplici* gaudet, quæ *regnum mundi* vocatur. Hoc vtitur *in signum imperii: mitra in signum pontificatus*, ex mente INNOCENTII III, ζ) cum etiam in omnia regna sibi potestatem attribuat. η) Etenim ex mente *iuris pontificii* omnes imperantes ei capita sua submittere debent: ϑ) inobedientes regnis priuat, et regna transfert: ι) ius examinandi personam electam in regem et promouendam ad imperium sibi vindicat: κ) iuramentum fidelitatis ab ea exigit: λ) vacante imperio ad se omnem iurisdictionem et regi-

ωω) *c.* 13. *X. de iudic.*

α) *c.* 23. *X. de priuileg.*

β) *c.* 2. *X de translat. episc.*

γ) *c.* 3. *de translat. episc.*

δ) *c.* 7. *D.* 96. *c. vn. X. vt eccles. benef. sine demin. confer.*

ε) ANTON. MATTHAEI *in manuduct. ad ius canon. lib. I tit.* 3. *p.* 18. *sqq.*

ζ) *serm. I. in fest. S. Syluestri.*

η) BELLARMINVS *tom. I. oper. de pontifice Rom.*

ϑ) *c.* 13. *X. de iudic.*

ι) *c.* 6. *X. de vot. c.* 2. *de sent. et re iud. in* 6.

κ) *c.* 34. *de elect.*

λ) *clem. de iureiur.*

reuerti credit: μ) vtrumque gladium et
em et temporalem per omnia regna sibi
: ν) regibus in regimine negligentibus co-
m vel vicarium dat, et ita eorum negli-
in temporalibus supplet: ξ) illegitime na-
imat ad effectum succedendi in regna: ο)
reges deponit: π) ius nominandorum re-
i vindicat, ρ) alia monstra, vt non tangam.
compendio consistit portentosum *systema
blici curiæ Romanæ*, σ) longe diuersum a
is principiis iuris publici cuiuscunque
cæ, inprimis Romano-Germanicæ et
σσ)

§. XXVIII.

QVE hi omnes, qui regimini ecclesiasti-
unt, dicuntur *Prælati*, qui in *cathedram*
untur tum via *ordinaria*, per *electionem*:
traordinaria (1) per *postulationem*, et (2)
, *episcoporum* aut *regum nominationem*. τ)

§. XXIX.

ordinaria perueniendi ad episcopatum
CTIO, quæ est *subiecti habilis per vota*
maio-

. *extrau. Ioh. XXII.*
c.
extrau. commun. de
bed.
de suppl. negligent.
6.
X. qui fil. sint legit.
C. 15. q. 7.
On. de LVDEWIG
regum.
iter defensum ab
EVGENIO LOMBARDO *in*
regali sacerdotio Rom. ponti-
fici asserto.

σσ) vid. *l' histoire du droit*
public ecclesiastique François.

τ) Exempla vide §. XXXII.
h. t. item *tit. VI.* §. 16. 22.
tit. VII. §. 6. *tit. IX.* §. 6.
tit. X. §. 3. CHRIST. LVPVS
de regia antist. nominat. tom.
IV. p. 115.

maiora eorum, qui ius eligendi habent, ad praelaturam canonice facta designatio. A *postulatione* in eo differt, quod in subiectum vndique idoneum dirigatur, et sic electus *gratiosa* non indigeat *admissione.*

§. XXX.

SIC itaque (I) per electionem persona vndique *idonea* designanda, h. e. praedita non tantum qualitatibus a PAVLO praescriptis, υ) sed etiam iure canonico his superadditis, *tit. XIV.* tradendis. Hae concernunt aetatem, natales, clericatum, mores, religionem, cetera. In Germania respiciendum praeterea (1) ad *statum religionis* anni decretorii φ): (2) ad *pacta*, quibus certo modo restringi potest electio, χ) modo ius hereditarium absit ω): (3) ad *decus natalium*, quod episcopi principes imperii fiant. Haec ratio cessat in praelaturis *mediatis*, adeoque etiam obseruatio adducta. Ad pontificatum vero non alius, quam *cardinalis* eligendus, α) quod ex prisca disciplina retentum. β)

§. XXXI.

FACIENDA (II) electio ab his, ad quos ius eligendi spectat. Olim ad ipsam *ecclesiam*, cui episcopus praeficiendus, spectabat, h. e. ad clerum, plebemque comprouincialibus concurrentibus. γ) Nec

υ) 1 *Tim. III. Tit. I.*
φ) *art. V. I. P.* § 15.
χ) *art. XII. I. P.* §. 6.
ω) *art. V. I. P.* §. 17.
α) *c.* 3. *sq. D.* 79.
β) *c.* 16. *D.* 6. *c.* 13. *D.* 61.
γ) *c.* 13. 16. *D.* 61. *c.* 2. *D.* 62. *c.* 9. 12. 13. *D.* 63. *c.* 4. *D.* 65. *c.* 56. *X. h. t.*

Nec *regum consensus* in *occidente* excludebatur, δ) etiam in electione *pontificis*. ε) Denique a CAROLI M. temporibus constitutio episcoporum regibus in *Germania* cessit iure *fundationis*, extorta HENRICO V. a pontifice, et libertate antiqua eligendi restituta. Rursus hæc infracta a pontifice, restituta suo modo per *concordata* nationis Germanicæ.

§. XXXII.

IN clero, qui electioni intererat, præeminebant *capitula cathedralis ecclesiæ*, CAROLI M. æuo iam vbique obuia. His primariæ partes in electione obrigerunt, et effecerunt, vt tandem reliquus clerus et populus ab ea penitus exclusi et iam FRIDERICI II. æuo illa *capitulo* priuatiue adscripta fuerit, ζ) quod *generali* iure tandem confirmatum est. η)

§. XXXIII.

IN electione pontificis *cardinales* suffragia ferunt, ϑ) in conclaui clausi. Hi olim constituebant clerum parochosque ciuitatis ipsius, adeoque (1) adhuc hodie singuli titulos suos seu *ecclesias proprias* habent, vnde denominantur: (2) sunt vel *presbyteri* vel *diaconi*, ι) vnde (3) ab antiquo *senatus ecclesiasticus* conflatus, et ad quem (4) sede vacante cura regiminis rediit. Sub STEPHA-

δ) *c.* 25. *D.* 63.

ε) *c.* 21. *sqq. D.* 63.

ζ) FRIDERICI II. *bulla de libert. ecclesf.* vid. CONRING. *de constitut. episcop.* §. 64.

η) *c.* 14. 18. 21. 25. 29. 42. *X. h. t.*

ϑ) *c.* 1. *D.* 23. *c.* 11. *D.* 79. Bullas de electione pontificis collegit MEVSCHEN *in ceremon. elect. p.* 7. *sqq.*

ι) *c.* 3. *D.* 79.

PHANO III. a. 760. (5) *septem episcopi propinquiores* in senatum tracti, κ) a quo tempore *tres ordines cardinalium* fuere noti. Ipsorum eminentia iam seculo IX. admodum aucta, et praedicatum *cardinalium*, quod olim commune *clero ordinario* seu *titulato* fuit, priuatiue illis cessit, λ) vt hodie *cardinalatus* sit eminentissima ecclesiae dignitas, cum regia dignitate aequanda. μ) Creatio nouorum cardinalium fit a pontifice de consensu maioris partis cardinalium, cuius ritus traditur *in ceremon. Romano*, ν) et quamuis in horum creatione *nepotismus* prohibitus, bullae tamen contra eum proditae effectu caruerunt. ξ)

§. XXXIV.

(III) Conuocandi omnes sunt de capitulo per *decanum*, *qui electioni interesse debent et volunt, et possunt:* ο) absentes per *literas*, nisi in remotis agant. π) In *pontificis* tamen electione conuocatio absentium cessat. Nec etiam vocantur, qui electioni interesse *non possunt*, vt suspensi: ρ) excommunicatione maiori ligati: σ) vocem in capitulo non habentes, quales sunt, (1) qui *subdiaco*na-

κ) COHELL. *in notit. cardinal. c. V. p.* 7. THOMASSIN. *de vet. et noua eccl. discipl. P. I. lib.* 2. *c.* 115. §. 10. *et* 116. §. 2. 3.

λ) *tom. II. de praeb. et dign.* §. 61.

μ) MABILL. *tom. I. mus. Ital. p.* 262. *c.* 10.

ν) edito a B. HOFFMANNO *tom. II. collect. lib. I. sect.* 8. *c.* 1. *sqq.* Ritus electionis papalis in conclaui refertur *ibid. lib. I. sect.* 1. 2. *et* 3. Ritus antiquus vero in *libro diurno sacr. pontific. c.* 2. *tit.* 2. *sqq.* ab Eodem *cit. l.* edito.

ξ) vid. AVCTOR *de la nepotisme.*

ο) *c.* 42. *X. h. t. de elect.*

π) *c.* 18. 28. 36. *eod.*

ρ) *c.* 16. *in f. eod. c.* 8. *de consuet.*

σ) *c.* 39. *de elect.*

conatus ordine haud ſunt decorati τ): (2) in monaſteriis *fratres laici* υ): (3) ſupernumerarii canonici: υυ) (4) defectu ætatis ſtatutariæ laborantes φ): (5) meri laici. χ) Denique nec *coguntur* intereſſe electioni, quæ libera eſſe debet, ψ) qui nolunt.

§. XXXV.

IMPEDITI vel abſentes procuratorem conſtituere poſſunt, vnum vel plures, vt tamen (a) vnus eorum tantum ſuffragium ferat ω): (b) ſint de capitulo. α)

§. XXXVI.

ELECTIO (IV) *facienda intra tres menſes* ſub pœna *deuolutionis*, β) poſtquam epiſcopus defunctus terræ mandatus. γ) Elapſo termino deuoluitur electio ad ſuperiorem, δ) et ſic in *mediatorum*, ad epiſcopum; in epiſcoporum vero, ad pontificem, niſi electores a ſuperiore impediantur. ε)

§. XXXVII.

PERAGENDA (V) *forma præſcripta*, per *ſcrutinium*, *compromiſſum*, *inſpirationem.* SCRVTINIVM perficitur per *vota maiora* capituli, ſecundum formam canonicam. ζ) Ante omnia præmittitur (1) *miſſa de Spiritu Sancto:* ζζ) (2) *prædeliberatio*

τ) *clem. 2. de ætat. qual. et ord. præf.*

υ) *c. 32. de elect. in 6.*

υυ) *c. 54. X. eod.*

φ) *cit. c. 32.*

χ) *c. 43. 56. de elect.*

ψ) *c. 3. verſ. ceterum in 6. eod.*

ω) *c. 46. in 6. eod.*

α) *c. 42. X. eod.*

β) *c. 41. X. de elect.*

γ) *c. 36. X. eod.*

δ) *c. 41. X. eod.*

ε) *c. f. X. eod.* vid. infra *tit. de ſupplenda neglig. prælat.*

ζ) *in c. 42. eod.* præſcriptam conf. *c. 23. de elect. in 6.*

ζζ) *c. 14. X. h. t.*

liberatio de *capitulatione*, electio præscribenda aliusque: (3) *iuramenti præstatio* a singulis: (4) electio trium *scrutatorum*. Horum officium est, vt vota colligant (a) *secrete*, in scriptis vtplurimum, vt nequidem scrutatoribus innotescat suffragium singulorum: (b) *sigillatim*, non a pluribus coniunctim: (c) *ordine iusto*, vt scrutatores a semet inuicem ante ceteros vota excipiant: (d) *diligenter*, vt in scriptis redigant vota seu protocollo inserant, eaque (e) *mox* publicent, vt electus censeatur, in quem *maior pars capituli* consensit, et sic in *vnum* conferenda.

§. XXXVIII.

MAIOR pars æstimanda ratione *collegii* ipsius, non simpliciter ex *numero* votorum. η) Proinde (a) si deest maior pars intuitu *capituli*, nihil ea electione actum, sed sequente die reiteranda, ηη) et tamdiu repetenda, donec maiora vota quis ferat; (b) maior pars quoque *sanior* esse debet, ϑ) cuius ratio hodie non habetur; ι) nisi (c) in pontifice, qui per *duas tertias* conclauis designandus, κ) quæ *saniorem partem* absolute constituere creduntur. λ)

§. XXXIX.

SVPER electione peracta et publicata (1) *decretum electionis* conficiendum, subscriptionibus eligentium roborandum, μ) adhibitis etiam Notariis, omnia legitime annotantibus, et totus actus finien-

η) *c.* 48. *X. de elect.*

ηη) *c.* 25. *X. h. t.*

ϑ) *c.* 42. *et* 55. 57. *X. eod.*

ι) CIRON. *ad h. t p.* 23. *conc. Trident. sess. XXV. de regul. c.* 6.

κ) *c.* 6. *X. eod.*

λ) *c.* 9. *eod. in* 6.

μ) *c.* 9. *C.* 2. *q.* 1. *c.* 13. *C.* 7. *q.* 1. *c.* 20. *X. eod.*

finiendus hymno Ambrosiano. (2) Omnis variandi potestas electoribus adempta. ν)

§. XL.

ALTER modus eligendi est per COMPROMISSVM, quando a capitulo, nemine dissentiente, vni vel pluribus, etiam extra gremium capituli existentibus clericis, ξ) electio committitur. ο) Electus a compromissariis recusari nequit, etiamsi vnum ex se elegerunt, π) modo (a) forma compromissi seruata ρ): (b) illud, re integra, haud reuocatum fuerit. σ)

§. XLI.

DENIQVE etiam tertius modus per INSPIRATIONEM approbatus, si omnes in vnum mox consentiunt, sine vitio et praecedente tractatu. τ) Sed ad *clamorem populi* facta, reprobata est. υ)

§. XLII.

ELECTIO facta electo mox praesentanda, eiusque consensus petendus, υυ) quem intra mensem sub poena amittendi iuris edere, φ) et praeterea intra trimestre *confirmationem* petere debet a superiori, χ) quae iam concilio Nicaeno ψ) introducta. Ante eam habet quidem *ius* ex electione quaesitum, ψψ) sed *vsu* et *exercitio* eius destituitur. ω)

§. XLIII.

ν) *c.* 58. *X. de elect. et c.* 21. *eod.*

ξ) *c.* 8. *X. eod.*

ο) *c.* 30. 33. *X. eod.*

π) *c.* 33. *X. eod.*

ρ) *c.* 32. *X. eod.*

σ) *c.* 30. *X. eod.*

τ) *c.* 42. *X. eod.*

υ) *c.* 2. *X. eod. c.* 27. *D.* 63. *tom. I. b. t.* §. 19. *sqq.*

υυ) non antea. *c.* 46. *X. h.*

φ) *c.* 6. *eod. in* 6.

χ) *c.* 6. *cit.*

ψ) *c.* 4. *conc. Nic.*

ψψ) *c.* 21. *X. eod.*

ω) *c.* 9. 17. *X. eod.*

§. XLIII.

CONFIRMATIO ideo desideratur, vt aminetur *processus electionis* et *persona electi.* de hæc (1) petenda a superiore ab ipso electo capitulo, cui decretum electionis transmitti Olim quidem episcopum *metropolitanus* con mabat, α) et pontifex eos duntaxat, qui imm ate eius sedi subiecti erant; β) episcopus v *mediatos prælatos.* Ast iure nouo episcopor *probationem* sui iuris esse, censuit pontifex, qu ad *causas maiores* pertineret.

§. XLIV.

IN quibus regnis (2) *nominationes regia* locum *electionis* successerunt, vt in Gallia, H pania, ceteris γ), *probatorium diploma* petend a pontifice per ipsum regem, episcopum d gnantem.

§. XLV.

ELECTI (3) *personaliter* Romæ compar iussi sunt, vel impediti procuratorem legitime structum mittere, δ) expensis ex *reditibus præla ræ vacantis* soluendis. δδ) (4) Pariter etiam cap lum, electione in *concordia* facta, duos procu tores: sin in *discordia*, singulæ partes duos c *actis* et *monumentis* mittunt, et tandem (5) ex de *processu* ipso et *persona electi* in consistorio pali cognitio instituitur. ε)

§. XL

α) adhuc tempore INNOCENTII III. *c.* 32. *et* 44. *h. t.*

β) *c.* 3. X. *de causa possess. et prop. c.* 44. X. *h. t.*

γ) FLEVRIVS *instit. iur. eccl. P.* I. *c.* 10. §. 18. *sqq.* ACOSTA *ad h. t. p.* 93. CHOPPIN. *de sacra polit. lib.* I. 2. *n.* 9.

δ) *c.* 16. *h. t. in* 6.

δδ) *c.* 45. X. *h. t.*

ε) BARBOSA *de vniu. eccl. lib.* I. *c.* 9. *n.* 10. FLEVR. *cit. l.* §. 19.

§. XLVI.

A metropolitano confirmatus olim eidem præſtabat *iuramentum fidelitatis*, pontifici vero non alii, quam eidem immediate ſubiecti, ζ) ſecundum formam præſcriptam. η) Iure nouo per *confirmationem* etiam huius iuramenti exactionem ſibi pontifex aſſeruit.

§. XLVII.

HAC confirmatione vinculum ηη) ſeu matrimonium inter epiſcopum et eccleſiam, electione initiatum, ratum fit ϑ), vt ea, quæ *iurisdictionis* ſunt, peragere queat. ι) Plenius ius ex *electione* nanciſcuntur epiſcopi extra *limites Italiæ*, qui etiam *ante confirmationem* mox imperii ſacri et profani exercitium conſequuntur, niſi capitulatione prohibeantur. κ)

§. XLVIII.

VIDELICET ante electionem vel poſtulationem electores leges huius capitulationis de *modo regiminis* concipiunt, electoque offerunt, vt eas iuramento confirmet, quod ſub hac conditione electus ſit. Damnatæ vero ſunt, (a) quæ *detrimentum graue* iurium epiſcopalium, et (b) *condominium* capituli quoad iura territorialia inducunt. λ)

§. XLIX.

ζ) c. 13. X. *de maior. et obed.*

η) c. 4. *de iurei.*

ηη) vt vocatur in c. 7. X. *de vot.*

ϑ) c. 4. X. *de translat. epiſc.*

ι) c. 17. X. *de elect.*

κ) c. 44. X. *de elect.*

λ) vid. decretum LEOPOLDI de anno 1698. et bullam INNOCENTII XII. *de anno* 1695. apud SONNEMANNVM *in defenſione iurium capituli eccleſ. colleg. S. Andreæ Hildeſ. p.* 26. *et in regiſtro iur. alleg. p.* 14.

§. XLIX.

SEQVITVR via *extraordinaria* et quidem (I) per *postulationem.* *Postulare* idem est ac *instanter petere*, ceu olim fiebat ante constitutionem praelatorum a populo. κκ) Sed *iure decretalium* peculiarem significatum accepit. Videlicet POSTVLATIO est *capituli petitio ad superiorem directa, vt is, qui electione designatus, defectu canonico, dispensabili tamen laborat, per viam dispensationis ad praelaturam admittatur.* Duo ergo hic concurrunt: (1) praecedens per vota maiora designatio subiecti, laborantis defectu canonico: λ) (2) subsequens petitio pro admissione per viam dispensationis.

§. L.

PRAECEDIT ergo *qualiscunque electio*, per vota maiora, vt de voluntate capituli constet, quamuis forma in *c. 42. de elect.* tradita non exacte sit seruanda. Quandoque duplo maiora desiderantur, vt *postulabilis eligibilem* superare possit. μ) *Postulabilis* vero dicitur, qui defectu canonico, *dispensabili* tamen, laborat, ν) veluti in aetate, natalibus, vel vinculo, quo alteri ecclesiae adstrictus, vel si laicus. etc. ξ)

§. LI.

SVBSEQVI debet petitio ad *superiorem*, qui ratione *episcoporum* est pontifex, ο) ratione *mediatorum praelatorum* episcopus, cui subsunt.

§. LII.

κκ) *c.* 16. *D.* 61. *c.* 1. *D.* 62. *c.* 16. *D.* 63.

λ) modo non sit *indignus.* *c.* 1.

μ) *c.* 40. *X. de elect. c.* 3. *X. h. t.* alioquin praeualet electio *minoris partis c.* 40. *X. de elect.*

ν) *c. f. X. de post.*

ξ) *c. f. X. eod. c.* 20. 22. *X. de elect. c.* 13. *X. eod.*

ο) *c.* 4. *X. de post.*

§. LII.

PETITIO ideo dirigitur ad superiorem, vt *præuia dispensatione* admittatur. σ) Quocirca (1) a superiore reiici potest, quia est magis *gratiæ*, quam *iustitiæ* actus *admissio* τ): (2) designatus nullum ius quæsitum habet ante admissionem; υ) (3) administrationem in *spiritualibus* vel *temporalibus* ante eam suscipere nequit φ): (4) re integra, h. e. antequam petitio superiori præsentata, capitulum consilium suum mutare potest. χ) Reiecta postulatione superior prælatum designat. ψ)

§. LIII.

AB hac differt *postulatio simplex* pro *consensu* eius impetrando, absque quo designatus eligi nequit, vtut alias habilis sit. Consensus talis variis ex caussis desideratur, vel ob ius *regium* ψψ), vel aduocatiæ ω), vel ob votum obedientiæ, quo electus adstringitur, vel ob aliud interesse fundatum, et ita reuera consensus *votum negatiuum* continet, α) cum potestate *exclusiuam* dandi.

§. LIV.

IN prælaturis et baliuiis ordinum militarium A. C. etiam postulatio *secundum quid* locum habet, si *postulabilis*, cui iuxta statuta earum defectus obstat, cum *eligibili* concurrit, vt ille non aliter, quam duabus tertiis, hunc superare

σ) si directo eligitur, electio est nulla. *c.* 6. X. *de postul.*

τ) *c.* 3. X. *de postul.*

υ) *c.* 5. X. *de postul.*

φ) *c.* 23. X. *de elect.*

χ) *c.* 4. X. *de post.*

ψ) *c.* 1. X. *h. t. in f. Concord. nat. Germ.* Hic primus casus est *nominationis papalis* vel *episcopalis;* olim capitulum alium eligebat. *c.* 1. X. *de postulat.*

ψψ) secundum praxin antiquam *c.* 28. X. *de elect.*

ω) *tom. I. h. t.* §. 18.

α) *tom. III. tit. de iure patron.* §. 75. *sqq.*

rare possit; αα) nulla tamen admissione desiderata. β)

§. LV.

ABSOLVTE et *cum admissione* necessaria est in *prælaturis mediatis* cuiuscunque religionis, dirigenda ad dominum territorii, secundum principia adducta æstimanda, β*) quæ est loco *confirmationis*.

§. LVI.

CIRCA immediatos prælatos A. C. duo notanda, (1) quod nulla *confirmatione* indigeant, quamuis pro infeudatione vltra taxæ ordinariæ summam insuper eiusdem dimidiam pendere debeant, ac præterea titulo *electorum* vel *postulatorum* designentur ββ): (2) quod *capitulationes* iis præscriptæ aduersari haud debeant constitutionibus imperii, paci religiosæ ac Osnabrugensi, multo minus A. confessioni, aut conscientiæ eorum. γ) Mediati denique prælati, cuiuscunque religionis fuerint, in territoriis protestantium a *domino territorii* eandem impetrant. γγ)

§. LVII.

NEGATA *confirmatione* vel *admissione*, electio cassatur, et ex *concord. nationis German.* pontifex episcopum *nominat.* δ) Atque inde (II) nascitur altera *via extraordinaria* perueniendi ad prælaturam *ex nominatione regum*, vel *pontificis* respectu episcoporum: et *horum*, intuitu inferiorum prælatorum in casu adducto, aut facta resignatione, vel depositione.

TIT.

αα) BECMAN. *in histor. ord. Ioh. c. V. §. 4. in f.*

β) *art. V. I. P.* §. 16. 21. 22.

β*) *tom. I. b. t.* §. 19.

ββ) *art. V. I. P.* §. 21. 22.

γ) *art. V. I. P.* §. 16.

γγ) *tom. I. b. t.* §. 77.

δ) Adest hic secundus casus *nominationis papalis.*

TIT. VII.

TRANSLATIONE EPISCOPORVM.

SYNOPSIS.

ori sede ad maiorem iouentur prælati per nem. I. Præceden- tione et admissione II. Ex causa ne- t vtilitatis III. Con- transferendo. Ex- m inuitus transferri iquando in pœnam. ius fit ante consecra- V. Admissa transla- tifex extra ordinem successorem et trans- latus liberatur a priori eccle- sia. VI. Minores clerici au- ctoritate episcopi, vel inter pro- testantes, consistorii, transfe- runtur. VII. Translocatio inuiti quando locum habeat? VIII. Patroni consensus non desideratur in translocatione, nisi per modum permutationis fiat. IX. Translato pro rata temporis fructus beneficii a- missi debentur. X.

§. I.

mouentur denique prælati, facta *postulatio- ne*, ad prælaturas *maiores* per TRANSLA- TIONEM. Est vero nihil aliud, quam *epi- el prælati, ab ecclesia, cui præfuit, ad aliam post admissionem superioris, ex causa neces- vel vtilitatis facta transitio.*

§. II.

ANSLATIO omnis facienda (1) post lentem et a pontifice admissam *postulatio-* b) quia *beneficio curato* gaudens directo quit. Vnde I) auctoritas papæ, ex *dispen-* eiusdem, petenda, quod vinculum prius sol-

30. X. *de elect. vers.* c. 6. X. *eod.* vbi vocatur *volu-* c. 4. X. *de postulat.* *tus.*

ſoluendum ſit; ε) licet olim ad metropolita
et ſynodum prouincialem hæc cauſa ſpeć
rit. εε) Absque hac *diſpenſatione* facta tra
nulla eſt, ſed vtraque carere debet prælatus.

§. III.

FACIENDA II) hæc ex cauſa *neceſſitat*
vtilitatis communis, vt maiori cum fructu
ſiæ nouæ præeſſe queat. η) Regulariter enim
hibita eſt, ϑ) quod ex ambitione et lucri g
ſæpe ſuſcipiatur. ι)

§. IV.

QVIA ad præcedentem *poſtulationem* t
latio fit, III) *conſenſus* quoque transferendi n
ſarius eſt; extra ordinem tamen inuitus tra
tur, ſuadente *neceſſitate* et *vtilitate* κ) decre
perioris, vel a maiori ſede ad minorem *inpa*
quam *translocationem* dicunt, quippe quæ
ſus inſolita eſt. λ)

§. V.

FACILIVS permiſſa fuit translatio epiſcop
cti et confirmati ante *conſecrationem*, qua de
vinculum cum eccleſia conſummabatur. μ)
ficilius poſt eam, vt maiori deliberatione opu

§. VI.

TRANSITIONE approbata, (a) pontifex
vt in caſu poſtulationis prouidet ſedi vacan
(b) t

ε) *c.* 4. *X. b. t.*
εε) *c.* 37. C. 7. *q.* 1.
ζ) *c.* 25, *ibid. c.* 3. *X. b. t.*
η) *cit. c.* 37. *c.* 30. *de elect. in f. c.* 3. *X. b. t.*
ϑ) *c.* 23. *et* 25. C. 7. *q.* 1.
ι) *concil. Sard. c.* 1. C. 1. *de cler. non reſid.*

κ) *c.* 6. *X. de ætat.*
et ord. præf.
λ) *c.* 1. *X. b. t.*
μ) *c.* 1. *D.* 100. *c.* 4.
ν) per *concord. nat.* G
Adeſt hic tertius caſus
nationis papalis extra
riæ.

) translatus liberatur a vinculo, quo priori iun-
us fuit: (c) pallium, quo gaudebat, transmittit
ontifici. ξ)

§. VII.

PARI ratione nec presbyteri aut alii clerici
feriores ecclesiam suam deserere, et ad aliam
ansire possunt, sine *episcopi auctoritate*, ο) et ex
usa iusta, quod pari vinculo cum sua ecclesia
entur. Nec diuersa protestantium sententia,
od ordinatio graue inducat vinculum inter mi-
strum et ecclesiam, ad quam ordinatus est. Fal-
ıt, qui credunt, consistorii decreto negato, se
scedere posse, quod vocationem nouam *diuinam*
bitrentur, de cuius admissione vnice consisto-
um, non ipsimet iudicant. Vnicum excipio ca-
m, si in literis *vocationis* ministro ecclesiæ re-
gnatio libera reseruata sit. π)

§. VIII.

TRANSLOCATIO etiam ministri ecclesiæ
uiti fieri potest, si ex mutatione loci emendatio
orum speranda, ϱ) vel scandali causa remouenda.
ulta vt plurimum incommoda habet, quia in
nam fit, vt remotio magis suadenda, ad mini-
um in ea decernenda magna opus sit circum-
ectione. σ)

§. IX.

SOLIVS *consistorii* auctoritas, non etiam *pa-
oni* consensus, in ea decernenda, desideratur,
nisi

ξ) *c. 4. in f. de postul. præl.*
ο) *c. 24. C. 7. q. 1.*
π) *tom. V. tit. de pæn. §. vlt.*
Bœhm. Inst. Iur. Can.)

ϱ) *c. 9. D. 81.*
σ) *tom. I. b. t. §. 20. sqq.*

nisi per modum *permutationis* facienda sit, quia mutua translatio desiderat *præsentationem* vtriusque ecclesiæ patroni, ad quam etiam, iusta suadente causa, cogi potest. τ)

§. X.

CETERVM translatus non restituit impendia in eius vocationem ab ecclesia, quam deserit, facta, et pro rata temporis, quo deseruiit, salarium ei soluendum. υ)

TIT. VIIII.

DE AVCTORITATE ET VSV PALLII.

SYNOPSIS.

Archiepiscopi etiam pallio indigent. I. Quod olim insigne imperiale erat, ab imperatoribus patriarchis tributum. Tandem pontifex suo iure sibi illud asseruit, a quo archiepiscopi id petere debent. II. Forma pallii antiqua et recens. III. Potestas eius. IV. Datur post iuramentum fidelitatis præstitum, graui ære soluto. Modus tradendi. V. Vsus pallii personalis et restrictus est. VI. Præterea archiepiscopi et episcopi consecratione indigent, vt pontificalia peragere possint. VII. Olim absque eo plane suo officio fungi non poterant. VIII. Petenda intra tres menses. IX. A quibus facienda? assistentes quinam? X. Fit in ecclesia viduata, die dominico XI. Olim sola manuum impositione: hodie etiam per vnctionem et varios ritus. XII. Consecrati a Papa vocantur fratres: antea filii. XIII.

§. I.

QVI ad archiepiscopalem sedem electus, vel a minori ad illam translatus est, præter *confirmationem* etiam *pallium* a pontifice petere

τ) *c. 17. X. de iur. patron.* υ) *tom. I. h. t. §. 27. sqq.*

debet intra tres menses, φ) quo *plenitudo*
tis pontificalis cum archiepiscopalis nominis
tione conferri dicitur. χ)

§. II.

LIM pallium insigne *imperialis dignitatis*
t decus ab imperatoribus *patriarchis* con-
i. ψ) Nec hi vsum eius *absque consensu*
atoris aliis communicare poterant, ω) ne
n pontifex Romanus, adhuc aeuo IVSTI-
. Fracta imperatorum potestate in Italia,
ex sine imperatorum auctoritate *pallium* et
, et aliis communicauit, ab initio duntaxat
uibus *vicariatum* in *iure patriarchali* con-
α) tandem etiam omnibus archiepiscopis
VIII. ope BONIFACII, in Galliam et Ger-
m missi, quo hi prorsus, vt pontificis *vica-*
officiales, in *officio proprio* ei subiecti fuerunt.
etiam patriarchis orientis obtrudere voluit
CENTIVS III, cum potestate, vt hi postea
chiepiscopis id conferre possent. β)

§. III.

LIM erat indumentum totius corporis, ad
vsque promissum; splendidissimum atque
sum. γ) Hodie PALLIVM est *circulus seu*
, *latitudine trium aut quatuor digitorum*,
dida lana contexta, *quatuor crucibus intex-*
ata, *et solenniter super altari S. Petri con-*
secrata,

. 1. D. 106. c. 4. X. *de*
. 3. X. *b. t.*
om. I. *b. t.* §. 1.
TRAVCH. *l. amoen.*

iur. can. eclog. IV. *c.* II.
α) *tom.* I. *b. t.* §. 2. CI-
RON. *b. t. p.* 33.
β) *c.* 23. X. *de priuil.*
γ) STRAVCH. *cit. l.*

ſecrata, vnde de *corpore B. Petri ſumtum* dicitur. δ)

§. IV.

EO indigent *archiepiſcopi et epiſcopi exemti*, abſque quo nec epiſcopos aut eccleſias conſecrare, nec clericos ordinare, nec imperatores aut reges coronare, nec chriſma conficere, nec concilium conuocare, ε) imo nec *nomen archiepiſcopi* vſurpare ζ) poſſunt, vt deterior conditio ſit archiepiſcoporum, quam epiſcoporum.

§. V.

PALLIVM non datur, niſi fortiter poſtulantibus poſt datam fidei profeſſionem η), vt *vnitatem fidei:* et iuramentum fidelitatis præſtitum, vt *obedientiam* et *ſubiectionem* oſtendant. ϑ) Olim *gratis* dabatur, ι) ſed hodie graui ære redimendum. Traditur vel *præſenti*, vel traditio eius committitur vni vel duobus epiſcopis, qui poſt miſſæ celebrationem genu flexo in eccleſia metropolitana id tradunt, adhibitis conſuetis formulis, κ) et ſubiunctis literis. λ)

§. VI.

PONTIFEX eo vtitur *libere* et *vbique*: ceteri non item, ſed duntaxat (1) intra quamlibet ſuæ eccleſiæ prouinciam μ): (2) præſcriptis quibusdam diebus, dum miſſarum ſolemnia celebrant: ν) (3) al-

δ) *c. 4. X. de elect. tom. I. b. t. §. 6.*

ε) *c. 28. in f. de elect.*

ζ) *c. 3. X. h. t.*

η) *c. 1. 2. D. 100.*

ϑ) *c. 4. X. de elect.* CIRON. *h. t. p. 32. Pontif. Rom. p. 118.*

ι) *c. 3. D. 100.*

κ) *Ceremon. epiſc. c. 16. Pontif. Rom. p. 117.*

λ) GARNER *in diurn. Rom. c. IV.*

μ) *c. 1. X. h. c. 4. 5. eod.*

ν) *c. 6. X. h. Ceremon. epiſc. cit. l.*

(3) alteri commodari nequit ξ): (4) cum pallio ſepeliuntur: (5) translati ad aliam ſedem archiepiſcopalem nouo indigent pallio ο): (6) duplici pallio indiget, qui duabus ſedibus archiepiſcopalibus præeſt.

§. VII.

SED nec traditio pallii ſufficit, niſi etiam acceſſerit *conſecratio*, æque in ſimplicibus epiſcopis neceſſaria, quo (1) vinculum cum eccleſia conſummatur, π) & (2) *pontificalia* ſtricte dicta conferuntur, h. e. ius ordinandi clericos, conſecrandi eccleſias et altaria, chrisma conficiendi, ϱ) confirmandi baptizatos, cetera. Ab his differunt actus *ordinis ſacerdotalis*, ſimplicibus presbyteris per *ordinationem* conceſſi.

§. VIII.

SICVTI *presbyteri poteſtas* ab *ordinatione* dependet in totum, ita epiſcopi olim poſt *conſecrationem* demum rite ſuo fungebantur officio, vt ante eam eccleſia adhuc diceretur *viduata*, σ) quod vtriusque reuera vna *ordinatio* eſſet et diceretur. τ) Quo circa ſecundum *tempus ordinationis* locum habuit inter comprouinciales. υ)

§. IX.

CAVTVM hunc in finem, vt conſecratio fieret intra *tres menſes*, φ) niſi neceſſitas magna hoc tem-

ξ) *c.* 2. *h. t.*
ο) *c.* 4. X. *de poſtulat. præl.*
π) *c.* 4. *X. de translat. epiſc.*
ϱ) *c.* 15. *de elect. et el. poteſt.*
σ) *c.* 2. *D.* 75. *c.* 1. *D.* 100.
τ) *c.* 1. *c.* 24. *D.* 93. *c.* 5. *D.* 95.
υ) *l.* 29. C. *de epiſc. aud. c.* 1. *D.* 18. ZIEGLER *de epiſc. lib. II. c.* 9. §. 16.
φ) *c.* 2. *D.* 75. *c.* 1. *D.* 100.

tempus protelari vrgeat. Hoc hodie semper fingitur, vt consecratio ad plures annos, imo sæpe in perpetuum differri queat, præsertim in Germania, in qua episcopi statim post electionem episcopatus fasces arripiunt, ac pontificalia per vicarium peragunt.

§. X.

ARCHIEPISCOPVS consecratur ab omnibus suæ prouinciæ episcopis; χ) episcopus χχ) a metropolitano vel cui vices suas commisit, conuocatis eiusdem prouinciæ suffraganeis, ψ) et ad minimum tribus præsentibus. ω) In defectu comprouincialium alii ex vicina prouincia euocandi. α) Ceterum vnus tantum perag. primarium consecrandi officium; ceteri assistunt.

§. XI.

FACIENDA consecratio in *ecclesia vacante*, β) quod per eam ecclesiæ suæ alligetur, adeoque idem quoque obseruandum esset in parochorum ordinatione. Peragenda die dominica, γ) in solemni missa, hoc cum discrimine, vt pontifex ante *hymnum angelicum* consecretur, et postea consecratus missarum solemnia conficiat; ceteri vero inter *epistolam* et *euangelium*. δ)

§. XII.

χ) c. 1. D. 66.

χχ) vel etiam plures simul c. 5. X. de consecr. eccl.

ψ) c. 4. D. 24. c. 5. D. 64.

ω) c. pen. D. 64. c. 2. D. 66. c. 4. conc. Nic.

α) c. 9. D. 65.

β) concil. Aurel. IV. c. 5. D. 51.

γ) c. 1. D. 75. c. 5. D. 51.

δ) c. 28. in f. de elect. et elect. pot.

§. XII.

PER plura fecula fola *manuum impofitione*, iore apoftolico, peracta, absque *vnctione*, quæ rius innotuit, ex iudaismo affumta, ε) in *verti- capitis*. ζ) Adhibentur præterea infiniti ritus, reces, interrogationes, aliaque ex *pontificali Roano* addifcenda, infra tangenda. η)

§. XIII.

CONSECRATIO demum plenum ius et onfortium fraternum confecratis confert, vt ofthac a Papa *fratres*: ante *filii* vocentur, cum eteri omnes clerici, etiam cardinales, θ) titulo *liorum* defignentur, quod in confortium epifcoorum cum papa non fint affumti, ι) et confecra demum coepifcopi fiant. κ) Denique fingulis nnis folemnis confecrationis memoria celebraur. λ)

TIT.

ε) MORIN. *de SS. ordinat.* *III. ex.* 6. *c.* 2. §. 1. *fqq.*
ζ) *c.* 1. *X. de S. vnct.*
η) *tit. XV. de facra vnctio-e* §. 46. *feq.*
θ) *c.* 34. *X. de off. et pot. iud. deleg. c.* 7. *X. de renunc.*
ι) *c.* 6. *X. de crim. falfi.* CIRON. *tit. de elect. p.* 29.
κ) *c.* 1. *D.* 84.
λ) *c.* 16. *de confecr. D.* 1.

TIT. IX.

DE RENVNCIATIONE.

SYNOPSIS.

Renunciatio quid. I. Facilius officio sacro, difficilius statui clericali resignatur, II. Electioni facta & vocationi libere quis renunciat. III. Non item officio iam suscepto, IV. Desideratur in hac renunciatione iusta causa. V. Decretum et cognitio superioris, et hodie pontificis, quoad episcopos ac praelatos exemtos: Episcoporum vero, quoad clericos mediatos. VI. Sponte fit, aliquando etiam coacte. VII. Pure, non in fauorem tertii, nisi a pontifice. De huius resignationis conditionata effectu. VIII. Resignatus amittit officium et beneficium, salvo clericali statu. IX. Hic enim deponi nequit, nisi dispensante pontifice, imo a sacerdote ordinato numquam. X.

§. I.

IVS *episcoporum* vel aliorum *ministrorum ecclesiae* definit RENVNCIATIONE, quae est *spontanea iuris vel officii ecclesiastici vel etiam status clericalis ex iusta causa et decreto superioris suscepta abdicatio spontanea*, quae etiam *resignatio* et *cessio* λλ) vocari solet.

§. II.

FACILIVS *iure oblato;* difficilius *officio ecclesiastico* suscepto, saluo statu clericali: difficillime ipsi *statui clericali* episcopus vel alius clericus renunciat. μ)

§. III.

ETENIM (I) electioni vel vocationi, quae electo mox ad *consensum* interponendum praesentanda, libere electus aut vocatus renunciat vel

λλ) *c.* 46. *X. de elect.*

μ) *c.* 11. X. *h. t.* ibi: *loco tantummodo cesserit, et non ordini vel etiam dignitati.*

l *expresse* vel *tacite*, intra mensem consensum ud declarando. μμ) Hoc facto electores ad am electionem pergere possunt, renuncians ve- per appellationem eam impedire nequit. ν) In- tus enim nemo episcopatum vel aliud *officium* *rum* suscipere regulariter cogitur. ξ)

§. IV.

MVNERIS episcopalis, vel ecclesiastici in nere, iam suscepti, impeditior est renunciatio vinculum, quo alligatur ecclesiæ suæ episcopus usue clericus, ο) imo in genere ob rationem blici muneris, quod nemo arbitratu suo a se ab- care potest.

§. V.

PERMISSA tamen est (II) *ex iusta et appro- ta causa*. π) Huc pertinet: (a) conscientia cri- inis occulti vel iniustæ promotionis: (b) debi- as corporis, vel senectus, ππ) ob quam officio nplius vacare nequit: (c) defectus scientiæ, vt gere nesciat ecclesiam; (d) malitia plebis, si ernat nec audiat episcopum: (e) irregularitas, dequaque contracta: (f) graue scandalum, quo euitetur. Non sufficit allegatio grauitatis la- ris, vel voluntatis diuinæ cognitæ; *tu enim quo do scis, quod talis inspiratio sit cælestis;* ρ) nec nique persecutionis imminentis, aut meræ vti- atis priuatæ, seu commoditatis.

§. VI.

μμ) *c. 6. de elect. in 6.*

ν) *c. 16. X. de elect.*

ξ) *l. 31. C. de episc. et cler.* EGLER *de clerico reni- te.*

ο) *c. 4. X. de translat. c. 11. C. 7. q. 1.*

π) *c. 10. X. h. t.*

ππ) *c. 1. X. h. t.*

ρ) vt ait Pontifex *cit. c. 10. pers. verum si propter.*

§. VI.

ACCEDERE debet (III) *causæ cognitio et decretum superioris*, qui *iurisdictionem ecclesiasticam* habet, excepto pontifice, qui libere renunciat. σ) Olim renunciatio episcopi ad *iudicium metropolitani* pertinebat; τ) *iure* vero *nouo papæ*, qui eam admittere vel recusare potest. υ) Priori casu ad eum pertinet prouisio in Germania ex *concordatis:* φ) posteriori casu cogi potest renuncians, ad officium suum continuandum. χ) Pariter prælati exemti cum consensu pontificis renunciare debent. ψ) Alii clerici minores ex decreto episcopi, ω) qui *ius instituendi* habet; vt in *collatoris laici* manus facta non sufficiat, α) quia *actus iurisdictionis* est. In *mensibus papalibus*, in quibus confert Papa *beneficia mediata* per Germaniam, facienda in *manus pontificis* iuxta concordata.

§. VII.

FACIENDA est (IV) *renunciatio sponte:* coacta non valet, β) nisi (1) remotionem meruerit renuncians γ): (2) schisma vniuersale aliter tolli non possit; quo casu etiam pontifex cogi potest ad cedendum a concilio vniuersali, ex *decreto concilii Constantiensis:* (3) nisi cum instantia veniam cedendi postulauerit, eamque impetrauerit, quo casu consilium mutare nequit. γγ)

§. VIII.

σ) *c.* 1. *h. t. in* 6.

τ) *c.* 3. C. 6. *q.* 3.

υ) *c.* 4. X. *de translat. episc.*

φ) hic adest quartus casus *nominationis papalis*, cui accedit quintus in *depositione*.

χ) *c.* 4. X. *h. t. c.* 19. C. 7. *q.* 1.

ψ) *c.* 15. *h. t.*

ω) *c.* 4. X. *h. t.*

α) *c.* 8. X. *h. t.*

β) *c.* 5. X. *h. t. c.* 2. 4. X. *de his, quæ vi met. causa.*

γ) *c.* 10. *in f. de excess. prælat. c.* 6. *et* 9. *de concess. præb.*

γγ) *c.* 12. X. *h. t.*

§. VIII.

FACIENDA (V) *pure*, ſine *pacto*, adiecta *conditione*, vel *modo*, δ) adeoque in *fauorem tertii* facta non valet, nec poteſt admitti ab *epiſcopo*. Extra ordinem admittitur (a) a *pontifice*, reſignatione in eius menſibus facta: (b) inter proteſtantes a *principe*: (c) *permutationis cauſa* etiam ab *epiſcopo*. ε) Operatur talis reſignatio, vt non alii, quam *tertio*, in cuius fauorem facta erat, beneficium vacans conferri queat, modo reſignans adhuc per XX dies vixerit. ζ) Hoc facto, reſignatarius ſuccedit ſuo modo in ius reſignantis: non ſemper in *locum*, quia reſignatione ſemper vltimus *inter æquales* in collegio locus vacat. η)

§. IX.

FACTA renunciatione, etiam per procuratorem, ſpeciali mandato inſtructum, ϑ) beneficium vacat, ι) nec ad illud ei patet regreſſus, κ) niſi noua *electione* aut *collatione*. λ) Statum tamen clericalem adhuc retinet, manetque ſub foro eccleſiaſtico.

§. X.

NON æque facile enim admittitur renunciatio *ſtatus clericalis*, vt rurſus *ſtatum laicalem* adſumere, vxorem ducere, et in feuda ſecularia ſuccedere poſſit; niſi diſpenſante pontifice, cum etiam pontifex hoc effectu ſoluere poſſit vota mo-

δ) *c.* 4. 8. *de pact. c.* 34. X. *de Simon.*
ε) *clem. vn. de rer. perm.*
ζ) *tom. I. h. t.* §. 17.
η) *ibid.* §. 18.
ϑ) *clem. vn. h. t.*
ι) *c.* 6. *de reſcript. in* 6.
κ) *c.* 3. 6. X. *h. t.*
λ) *c.* 3. X. *h. t.*

monaſtica. μ) *Sacerdos ordinatus* tamen nunquam ad ſecularem ſtatum ob *characterem indelebilem*, quem deponere nequit, ν) reuerti; nec papa diſpenſare poteſt, vt rurſus laicus fiat. ξ)

TIT. X.

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRAELATORVM.

SYNOPSIS.

Etiam ſuperior ſupplet negligentiam prælatorum. I. In conferendis iuſto tempore beneficiis commiſſam, et electione poſt tres menſes dilata. II. Deuoluitur hoc caſu collatio et electio ad ſuperiorem, etiam in foris proteſtantium. III. Imo ad ordinarium collatorem in Germania, ſi papalis prouiſio intra tres menſes haud præſentata. IV. Negligentiam etiam in adminiſtranda iuſtitia ſupplent iudices eccleſiaſtici. V. In officio commiſſa plectenda per depoſitionem. VI.

§. I.

CVm his, qui renunciant, quodammodo conveniunt, *prælati negligentes*, qui officio ſuo deſunt, ſeu *inutiles* ſunt. ο) Priori enim caſu vacanti eccleſiæ proſpicit, et poſteriori ſupplet negligentiam *ſuperior*.

§. II.

μ) *tom. I. P. I. conſ. et deciſ. arg. 43. n. 139. ſqq.*

ν) *concil. Trident. ſeſſ. VII. c. 9. et ſeſſ. 23 de reform. c. 4.*

ξ) *tom. I. P. I. conſil. cit. l. n. 155. ſqq.* Vtrum ſubdiaconus et diaconus? haud deciſum eſt in concilio Tridentino, quod reſignationis ſubdiaconorum exempla a pontifice admiſſa non deficiant, *cit. l.* adlata.

ο) *c. 2. X. de translat. epiſc. verſ. ſed neque.*

§. II.

COMMITTVNT autem prælati negligen-
m, (I) in non conferendis beneficiis intra
κ, π) et (II) capitula in non eligendo intra tres
enses; ρ) modo (a) vacantiam sciuerint σ):
) omne iustum impedimentum cesset. τ) *Im-
dimentum* enim iustum et *ignorantia* excludunt
gligentiæ pœnam.

§. III.

DEVOLVITVR hoc casu ius conferendi olim
adatim ab episcopo ad archiepiscopum: ab
emtis ad pontificem: υ) a patronis ad episco-
im. Si capitulum negligens est in *eligendo*, ho-
e ad pontificem: φ) si in *conferendo*, ad episco-
im collatio deuoluitur, χ) modo accedat sen-
ntia in casu dubio. ψ) Atque hæc *deuolutio*
iam in foris protestantium obtinet, ratione *pa-
onorum*, *prælatorum mediatorum*, et *capitulo-
rm* negligentium: difficilius in capitulis imme-
atis A. C. negligentia in eligendo admissa. ω)

§. IV.

IN Germania etiam deuoluitur ius confe-
ndi ad *ordinarium collatorem*, si intra tres men-
s a die notæ vacationis *prouisio papalis* non fu-
it insinuata, α) quod tamen ad capitula et bona
sta-

π) *c. 1. de concess. præb. c. eod.*

ρ) *c. 41. X. de elect.*

σ) *c. 3. h. t.*

τ) *c. 41. X. h. t. c. 5. X. de concess. præb.*

υ) *c. 3. X. h. t.*

φ) adest hic sextus casus *nominationis papalis extraordinariæ. c. 12. X. de conc. præb.*

χ) *c. 15. X. de concess. præb.*

ψ) *tom. I. h. t. §. 6.*

ω) *tom. I. h. t. §. 10. sqq.*

α) *concord. nat. Germ. vers. quoties vero. I. P. art. V. §. 20.*

ſtatuum A. C. eccleſiaſtica immediata non pertinet. β)

§. V.

SVPPLET etiam (III) defectum in adminiſtranda iuſtitia commiſſum ſuperior, ſi ad eum recurritur vel per modum *querelæ* ob denegatam iuſtitiam: vel *appellationis*, de quibus ſuo loco. Quid quod etiam iudex eccleſiaſticus negligentiam iudicis ſecularis ſupplere poſſit. γ) Quod tamen Galli, Hiſpani et Germani haud admittunt hodie, δ) licet olim hoc ſub prætextu admodum turbata fuerit iuſtitiæ adminiſtratio. ε)

§. VI.

SED potiſſimum negligentia presbyterorum *in officio* plectenda, et quidem olim *depoſitione*, ζ) quod multo magis in *prælatis* obtinere debebat, vtpote quorum ſollicitudo ſuper omnes eccleſias multo grauior eſt, quamuis hi hodie negligentiam ſuam ſuppleant per *vicarios* vt plurimum.

TIT.

β) *art. V. pac. Osnabr.* §. 19.

γ) *c.* 11. *X. de for. compet. in f.*

δ) ESPEN. *P. III. iur. eccl. tit.* 2. *c.* 3. §. 29. *ſq.* conf. *tom. I. h. t.* §. 16.

ε) Vid. *centum grauam. in comitiis Noriberg. pontificis oratori oblata* §. 10. *ſqq.* Etenim implorarunt quiuis actores *officium iudicis eccleſiaſtici*, vel quod in foro ſeculari deficeret auxilium: vel administratio iuſtitiæ impeditior eſſet.

ζ) *c.* 8. *D.* 81.

TIT. XI.

DE TEMPORIBVS ORDINANDORVM ET QVALITATE ORDINANDORVM.

SYNOPSIS.

Ante ordinationem olim clerici haud fungebantur officio. Episcopi tamen in Germania electi statim imperii actus exercent. I. *Ordinatio antiqua, ab ordine quomodo differat.* II. *Ordinationis definitio. Inde deducta consectaria.* III. *Protestantium diuersa sententia.* IV. *Episcoporum ordinatio intra tres menses peragenda.* V. *Die dominico: aliorum clericorum tempore ieiunii.* VI. *Gradatim ordines conferendi, cum temporum interstitiis.* VII. *Ad certum titulum.* VIII. *Hodie sine titulo in sensu antiquo, alio tituli significatu assumto.* IX. *Ordinatio olim facta in ecclesia vacante.* X. *Gratis, honorariis consuetis exceptis.* XI. *Annatae inde in curia Rom. introductae.* XII.

§. I.

Praelati aliique clerici, licet legitime vocati et confirmati, officio tamen *proprio* ab antiquo fungi haud potuerunt ante *ordinationem*, sed ecclesia adhuc dicta *viduata*, η) quod matrimonium spirituale inter ecclesiam et praelatum vel presbyterum per ordinationem demum *consummatum* censeretur. θ) Episcopi tamen ante eam, imo in Germania ante *confirmationem* ι) actus *imperii* in sacris et profanis exercere possunt, certo indicio, hoc munus magis *alienum*, quam *proprium* vel ad minimum *secundarium* episcoporum olim habitum fuisse. Hoc vnice olim in

η) c. 2. X. *de translat.*
θ) c. 4. X. *eod.*
ι) c. 44. X. *de elect.*

in *pontificali ſacrorum adminiſtratione* conſiſtebat, quam hodie aliis committere ſolent, contenti imperio eccleſiaſtico et ſeculari, per *electionem* collato.

§. II.

ORDINATIO a *manuum impoſitione apoſtolica*, quae genus *benedictionis miraculoſæ* fuit, κ) ortum traxit, vnde etiam *munus benedictionis* vocatur, λ) *precibus* et *ieiunio* olim peracta, μ) et in initiandis presbyteris iudaicis iam in veteri fœdere vſitata. ν) Imo in hac ipſa *adlectio in ordinem eccleſiaſticum*, vt TERTVLLIANVS ait, ξ) vnice quæſita fuit, ignota prima tonſura, poſt aliqua ſecula ſubſtituta. ο) *Ordo* autem *eccleſiaſticus* eſt *officium eccleſiaſticum*, diuerſo gradu diſtinctum, per *ordinationem* in certa eccleſia collatum. π) Qui in eo erant, dicebantur in *conſeſſu ordinis eccleſiaſtici* eſſe, ϱ) quod nunquam ſine *eccleſia certa* eſſent. De *ordinum* diuerſis gradibus ſupra actum. σ)

§. III.

ORDINATIO itaque eſt *perſonæ ad certum officium eccleſiaſticum lectæ ſolemnis benedictio, qua mediante poteſtas illius obeundi cum efficacia et gratia ſpirituali confertur.* Etenim (1) efficaciam ſpiritualem ſeu *Spiritus S.* per *manuum impoſitio-*

κ) *Act. VIII*, 17. 1 *Tim. IV*, 14. 2 *Tim. I*, 6.

λ) *c.* 44. *in f. cit.*

μ) *Act. VI*, 6. *XIII*, 3. *XIV*, 23.

ν) *Numer. XI*, 16. 17. *XXVII*, 18. *Deuter. XXXIV*, 9. conf. *differt. VII. ad Plin. et Tertull.* §. 45.

ξ) *de idololatr. c.* 7.

ο) ſupra *tit. V.* §. 5.

π) *c.* 6. *X. de corp. vitiat. c.* 2. *X. de digam. non ordin.*

ϱ) TERTVLL. *de exhortat. caſtit. c.* 7.

σ) *tit V.* §. 10. *ſqq.*

positionem ordinato infundi docent, τ) vnde scholasticorum *character indelebilis* ortus cum doctrina de *Simonia:* (2) tot sunt *ordinationes* introductæ, quot sunt ordines seu gradus ecclesiastici: (3) *iuris diuini* esse censetur υ) et *Sacramentum*, ex instituto apostolico descendens φ): (4) potestas obeundi certi officii sacri quidem per eam confertur, sed *in genere*, sine determinatione certæ ecclesiæ; vnde et (5) reiterationem prohibent. Olim per illam simul *certæ ecclesiæ* præficiebatur ordinatus, et ita rectius cum illa matrimonium contraxisse dicebatur, ob vinculum, quod hoc ipso inter ecclesiam et prælatum contractum.

§. IV.

PROTESTANTES a tribus prioribus conclusionibus dissentiunt: χ) in *quarta* et *quinta* quidem subsistunt, vt tamen neminem ordinent, nisi *certæ ecclesiæ* admouendum, nec *reiterationem* ad *sacrilegium* reiiciant, sed eam minus necessariam credant. ψ)

§. V.

OLIM mox post *electionem* seu *vocationem ad munus sacrum* peragebatur, ω) quo iure etiam protestantes vtuntur rectissime. Episcoporum *consecratio* seu *ordinatio* pedetentim dilata ob negligentiam *metropolitanorum* vel *propriam* epi-

τ) *c.* 9. C. 1. *q.* 3. *Concil. Trid. sess.* 23. *c.* 4.

υ) *c.* 4. C. 1. *q.* 7.

φ) *concil. Trid. sess.* 23. *de sacram. ord. c.* 2.

χ) *tom.* I. *h. t.* §. 10. *sqq. et* 17. *sqq.*

ψ) forsan ex natura *actuum legitimorum*, vt infra *tit.* XVI. §. 52. ostensum.

ω) *tom.* I. *h. t.* §. 19.

epiſcoporum: denique ob ingentem apparatum, ſumtum, aliasque cauſas politicas. α) Inde cautum, vt a tempore confirmationis ad minimum *intra tres menſes* fieret, β) ſub iactura epiſcopatus, ſi poſtea intra alios tres menſes eam petere negligeret. Sed hodie *indulta papalia* γ) ad plures annos eam ſæpe ſuſpendunt.

§. VI.

CONSECRATIO epiſcoporum facienda, (I) *die dominica hora tertia*, αα) quod ex doctrina apoſtolica trahunt. ββ) Ordinatio aliorum clericorum, et quidem ad *minores* promouendorum, etiam diebus feriatis vel aliis: γγ) ad *maiores ſeu ſacros* intra *ieiunia quatuor temporum* aut *ſabbatho ſancto*, denique *ſabbatho ante dominicam paſſionis*. δ) Epiſcopus extra hæc tempora ordinans cum eo, qui recipit ordines, ſuſpenditur. ε) Etiam in eccleſiis proteſtantium quandoque ad certum tempus veluti diem dominicum reſtricta; in pleriſque tamen libera eſt. ζ)

§. VII.

CONFERENDI (II) ordines *gradatim*, omiſſo ſaltu, adeoque quatuor *minores* præmittendi, η) quod cum hodie tantum *dicis gratia* fiat, ſine vllo vſu, facile diſpenſatur cum ordinandis. ϑ) Præterea olim (III). *interſtitia* temporum in ſingulis ordinibus obſeruanda. Plures eodem die con-

α) *v. tit. IX.* §. 10.
β) *c.* 2. *D.* 75. *c.* 1. *D.* 100.
γ) *Concil. Trid. ſeſſ. VII. de reform. c.* 9.
αα) *c.* 1. *D.* 75. *c.* 3. *X. h. t.*
ββ) *c.* 5. *D* 75.
γγ) *c.* 1. 3. *X. h. t.*
δ) *c.* 3. *X. h. t.*
ε) *c.* 8. *X. h. t.*
ζ) *tom. I. h. t.* §. 21.
η) *c.* 1. *ſqq. D.* 59. *c. vn. de cler. per ſalt. promot.*
ϑ) *concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de reform. c.* 14. *in f.*

conferri nequeunt, ι) quod olim quidem aliquem, hodie nullum vſum habet, quia nemo amplius in his ordinibus miniſtrat, ſed functiones eorum aliis ceſſerunt.

§. VIII.

(IV) FACIENDA ordinatio ad *certum titulum*, vnde denominantur *eccleſiæ*. κ) Huic olim opponebatur ordinatio *abſolute* facta, haud directa ad officium in certa eccleſia peragendum. Hæc nulla erat, λ) quia titulus *eccleſiam certam* deſignauit, μ) ſiue *plantatam*, ſiue *plantandam*. Vnde titulum etiam habent (a) *miſſionarii* ad eccleſiam inter infideles colligendam miſſi: (b) qui eccleſiæ caſtrenſi, nauticæque præſunt.

§. IX.

MVLTITVDO ambientium clericatum, et monachorum effecit, vt tandem ordinationes *abſolutæ* inualuerint, *tituli*que appellatio ad media, donec ſe ſuſtentandi, translata fuerit. ν) Vnde hodie ordinantur *abſolute* clerici (1) ad titulum *beneficii*, quod in *collegiata* vel *cathedrali* eccleſia poſſident: (2) *proprii patrimonii*, vnde ſe alere poſſunt: (3) *paupertatis*, quem titulum monachi in monaſteriis præ ſe ferunt, cum ſui prælati conſenſu ordinandi: ξ) (4) *penſionis*. ο)

§. X.

ι) *c.* 13. 15. X. *h.* CIRON. *ad h. t.*

κ) *c.* 20. *D.* 70.

λ) *c.* 1. 2. *D.* 70. *c.* 16. *de praeb.*

μ) BASNAGE *tom.* II. *annal. eccl. ad ann.* III. §. 2. *ſq.* CHOPPIN. *de ſacra polit. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* II. THOMASSIN. *P. I. lib.* 2. *c* 21. § 11.

ν) *c.* 4. X. *de praeb. c.* 13. X. *de æt. et qual. et ord. præf.*

ξ) *c.* 5. X. *h. t.*

ο) *concil. Trid. ſeſſ.* 21. *c.* 2.

§. X.

OLIM quoque (V) ordinatio in *ecclesia ipsa vacante*, cui clericus praeficiendus erat, fiebat; quod per eam illi agglutinaretur, π) et *officio vacanti* praeponeretur, atque ita *ad verum titulum* fieret. ρ) Posterius vbi neglectum, ipsa formula quoque ad *ordinationem*, absolute et in genere faciendam, attemperata, et *extra vacantem ecclesiam* fieri coepta. Hoc iure etiam protestantes vtuntur, σ) quamuis neminem ordinent sine *titulo*, sed tantum certo officio ecclesiastico praeficiendum. Alibi etiam *ordinatio absoluta* recepta: τ) quid? quod quidam eam commendent, vt *vtilem*, υ) quod admitto, si, ad certum restringitur ordinandorum numerum.

§. XI.

(VI) GRATIS quoque facienda, ne Simonia committatur, quam in hoc casu praecipue quaerunt. φ) Mercenariam ordinationem reprobant etiam protestantes, sed ex alio fundamento, imo nec absolute *honoraria consueta* damnant. χ) Haec iam olim vsitata, ψ) et officialibus episcopi debita, ω) modo non excederent *vnius anni reditus*, qui olim exigui erant. α)

§. XII.

π) CYPRIANVS *epist.* 67.

ρ) Sicuti olim milites certum titulum habebant. MERILL. *lib. III. obs. c.* 2.

σ) *tom. I. h. t.* §. 19. *sq.*

τ) *tom. I. h. t.* §. 16.

υ) C. W. LOESCHERVS *de ordinat. sine titulo clerico protestant. collata licita et vtili*, quamuis in ipsa dissertatione magis *vtilitatem* probet quam *licentiam*.

φ) *c.* 3. 7. 8. 11. C. 1. *q.* 1.

χ) *tom. I. h. t.* §. 28. *sqq.*

ψ) *Nou.* 56. *c.* 1.

ω) *Nou.* 123. *c.* 3.

α) *Nou.* 123. *c.* 16.

§. XII.

INDE natales *annatarum* petendi, soluenda-n olim ab iis, qui a *pontifice* immediate pro-uebantur. Pedetentim hic a temporibus HO-RII III primarias collationes *vndequaque* ad raxit, et sic *annatas* auxit, h. e. *primi anni re-us eius beneficii, quod conferebat.* β) Reser-uit sibi easdem *de ecclesiis cathedralibus et mo-steriis virorum* in *concordat. nat. Germ.* vtut ctionem eis restituerit *liberam.* De *ceteris be-iciis mediatis secularibus* et *regularibus* non er ei debentur, quam (a) quatenus sedis Roma- auctoritate conferuntur: (b) valorem 24. flo-iorum auri de camera excedunt: (c) iuxta ta-n antiquam cameræ apostolicæ petuntur, non gendam, auctis licet reditibus. In terris pro-tantium, sublato *iure pontificis*, *soluuntur prin-i*, qui in ius supremum sacrum successit, γ) od olim exercuit pontifex.

TIT.

) RAYNALDVS *ad ann.* . *Tom. I. h. t.* §. 39. THO-SSIN. *de vet. et noua ec-disicpl. P. III. lib.* 2. *c.* 58. NATAL. ALEXANDER *in diss. IX. ad secul. XVI. et XVII.*

γ) *Tom. I. h. t.* §. *vlt.* conf. ill. de LVDEWIG *de iur. an-nat. cap. vlt.*

TIT. XII.

DE SCRVTINIO IN ORDINATIONE FACIENDO.

SYNOPSIS.

Ordinatio facienda præuio examine ordinandi. XIII. Quod episcopi Archidiaconis commiserunt. XIV. Episcoporum examen fit in confirmatione. XV. Modus examinandi presbyterii et diaconatus candidatos iuxta concilium Tridentinum, XVI. et in ecclesiis protestantium. XVII. Homagii præstatio examini accessit cum iuramento religionis. XVIII.

§. XIII.

Facienda (VII) ordinatio, præuio *legitimo examine seu scrutinio*, quod δοκιμασίαν καὶ τοῦ βίου αἵρεσιν vocarunt Græci, δ) atque in *do-*

[redacted]

§. XV.

INTERROGATIO hæc fit tantum in *presbyterorum* et *diaconorum* ordinatione: non in *consecratione episcoporum.* ι) Ad quem enim pertinet *confirmatio*, ille diligenter, etiam *ex officio*, κ) examinare debet et *electionis processum* et *personam electi*, λ) h. e. hodie curia Romana. Ad hanc enim mittere tenetur electus personas idoneas, ex quibus inquisitio hæc haberi queat. μ) Ipsa grauitas officii qualitates in episcopo tales desiderat, ν) quæ arduum desiderant scrutinium.

§. XVI.

IVXTA *concilium Tridentinum* ξ) ad *diaconatum* vel *presbyteratum* ordinandi (a) proponendi sunt a parocho, cui id commissum, in ecclesia ad *impedimenta occulta* detegenda: (b) huius simul partes sunt, vt inquirat in *mores*, *ætatem*, cetera, relatione episcopo sine mora transmissa: (c) paulo ante ordinationem euocantur ad *scrutinium rigorosum*, adhibitis peritioribus, qui in *doctrinam*, *fidem*, *genus*, *ætatem* diligenter inquirant.

§. XVII.

PARITER ο) ad ecclesias parochiales protestantium promouendi (1) præsente inspectore per concionem δοκιμαστικὴν probandi: (2) relatione ad consistorium facta, assessoribus quibusdam examen com-

ι) *c. vn. X. h. t. in f.*
κ) *c. 19. X. de elect.*
λ) *c. 44. X. de elect. c. 34. eod.*
μ) *cit. c. 44.*
ν) *c. 2. D. 23. 1 Tim. III.*
ξ) *sess. 23. de reform. c. 5.*
ο) *tom. I. h. t. §. 3. sqq.*

TIT. XII.

DE SCRVTINIO IN ORDINATIONE FACIENDO.

SYNOPSIS.

Ordinatio facienda praeuio examine ordinandi. XIII. *Quod episcopi Archidiaconis commiserunt.* XIV. *Episcoporum examen fit in confirmatione.* XV. *Modus examinandi presbyterii et diaconatus candidatos iuxta concilium Tridentinum,* XVI. *et in ecclesiis protestantium.* XVII. *Homagii praestatio examini accessit cum iuramento religionis.* XVIII.

§. XIII.

Facienda (VII) ordinatio, praeuio *legitimo examine seu scrutinio*, quod δοκιμασίαν καὶ τοῦ βίου αἵρεσιν vocarunt Graeci, δ) atque in *doctrinae* et *vitae purioris* perscrutatione consistit: hac omissa, *furtiue* ordinati dicebantur, a clero abiiciendi. ε)

§. XIV.

EXAMEN hoc ab episcopis, alienis negotiis intentis, *archidiaconis* delegatum est. ζ) Hi praesentant ordinandos episcopo, ordines conferre intendenti, η) adhibita consueta formula: *postulat sancta mater ecclesia etc.* θ) Praesentatione facta, interrogantur: *vtrum dignos eos cognoscant?* quo facto respondent: *in quantum fragilitas humana nosse sinit.*

δ) obseruante CIRONIO *ad h. t.*

ε) *c. 4. D. 81.*

ζ) *c. 7. 9. X. de offic. archidiac.*

η) *c. 9. cit.*

θ) *c. vn. X. h. t.*

§. XV.

INTERROGATIO hæc fit tantum in *presbyterorum* et *diaconorum* ordinatione: non in *consecratione episcoporum.* ι) Ad quem enim pertinet *confirmatio*, ille diligenter, etiam *ex officio*, κ) examinare debet et *electionis processum* et *personam electi*, λ) h. e. hodie curia Romana. Ad hanc enim mittere tenetur electus personas idoneas, ex quibus inquisitio hæc haberi queat. μ) Ipsa grauitas officii qualitates in episcopo tales desiderat, ν) quæ arduum desiderant scrutinium.

§. XVI.

IVXTA *concilium Tridentinum* ξ) ad *diaconatum* vel *presbyteratum* ordinandi (a) proponendi sunt a parocho, cui id commissum, in ecclesia ad *impedimenta occulta* detegenda: (b) huius simul partes sunt, vt inquirat in *mores*, *ætatem*, cetera, relatione episcopo sine mora transmissa: (c) paulo ante ordinationem euocantur ad *scrutinium rigorosum*, adhibitis peritioribus, qui in *doctrinam*, *fidem*, *genus*, *ætatem* diligenter inquirant.

§. XVII.

PARITER ο) ad ecclesias parochiales protestantium promouendi (1) præsente inspectore per concionem δοκιμαστικὴν probandi: (2) relatione ad consistorium facta, assessoribus quibusdam examen com-

ι) c. vn. X. h. t. in f.
κ) c. 19. X. de elect.
λ) c. 44. X. de elect. c. 34. eod.
μ) cit. c. 44.
ν) c. 2. D. 23. 1 Tim. III.
ξ) sess. 23. de reform. c. 5.
ο) tom. I. h. t. §. 3. sqq.

committitur de doctrina, eruditione, et inprimis de iis, quae ad *officium pastorale* spectant: (3) testimonia vitae ante actae, et inprimis Academicae, edere: (4) probari denique *libris symbolicis* et *ordinationibus* ecclesiasticis subscribere, atque *iuramentum religionis*, et, in quibusdam locis, etiam *Simoniae* cum *homagio* praestare tenentur.

§. XVIII.

HOC *homagium* etiam episcopi et archiepiscopi, atque hi quidem in receptione pallii praestant pontifici π) illi vero in consecratione, vt eius omissio admodum insolita dicenda. ϱ)

TIT. XIIII.

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QVI RENVNCIAVIT EPISCOPATVI.

SYNOPSIS.

Ordinat tantum episcopus consecratus, etiam deposito officio. XIX. Qui dignitati renunciauit, minores, non maiores confert. XX. Episcopus debet esse competens ratione ordinandorum. XXI. Ex accidente etiam alienae dioeceseos episcopus. XXII. Clericus graecus ordinatur a graeco episcopo. XXIII. Protestantes in ordinante qualitatem episcopalem non desiderant; depositos tamen arcent, nec talem competentiam, qualem ius canonicum, requirunt. XXIV.

§. XIX.

π) c. 4. X. *de elect.*

ϱ) quod OTTO Bamberg. episcopus circa initium seculi XI. professus est apud LVNIG. *tom. II. spicil. eccles. p.* 21.

§. XIX.

Peragenda (VIII) ordinatio ab *episcopo*, σ) et quidem (1) a *consecrato*, qui in locum apostolorum successisse dicitur, quibus hanc spartam vindicant. σσ) Nondum consecratus alii episcopo vel vicino vel *suffraganeo* vices suas demandare potest, imo etiam episcopo, qui renunciauit tantum *loco*, non etiam *dignitati*. τ)

§. XX.

VTRIQVE renuncians minores adhuc valide conferre potest, qui etiam a *non-episcopo* quandoque conferuntur: non item *maiores*, vt tamen ordinati *characterem* recipiant, sine *executione* officii, nisi *dispensatum* cum iis fuerit. υ) Idem quoque asserendum de episcopo deposito vel suspenso, quia adhuc retinet *characterem indelebilem*. φ)

§. XXI.

SED præterea (2) episcopus debet esse *competens* ratione *iurisdictionis*, vt alienæ diœceseos hominem non ordinet, nec tonsuret, *sine licentia sui episcopi*. χ) Ergo regulariter eos tantum, 1) qui vel *origine*, vel 2) quoad *domicilium*, vel 3) ratione *beneficii*, quod possident, diœcesani sunt. ψ) Annumerauit his etiam *concilium Tridentinum* ω) 4) *familiares*, qui per triennium con-

σ) *c. 24. D. 93.* ibi: *quid facit, excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter non faciat.*

σσ) Fundamentum quæritur in *iure clauium*, apostolis et eorum successoribus a Christo commisso. *c. 1. X. de summ. trinit. vers. vna.*

τ) *c. 1. X. h. t.*

υ) *c. 1. cit.*

φ) *c. 2. X. h. t.*

χ) *c. 3. et 4. de tempor. ordin. in 6.*

ψ) *c. 3. cit.*

ω) *sess. 23. de ref. c. 9.*

continuum in episcopi conuictu ωω) fuerunt: quod tamen *episcopo titulari* haud est concessum. α)

§. XXII.

ALIENAE dioeceseos subditos ordinat episcopus quilibet. si *literis dimissoriis* instructi sunt a *proprio episcopo*, quibus causa, quare eos *nolit* vel *non possit* ordinare, inserta est. β) Absente episcopo, vicarius generalis, vel, sede vacante, eas capitulum dare potest. γ) Denique suspenso proprio episcopo, vt de eo publice constet, etiam absque his dioecesani a vicinis aliis episcopis ordinari queunt. δ)

§. XXIII.

TOLERATVR etiam mos, vt clericus *Graecus*, Latino episcopo subiectus, cum huius licentia a *Græco pontifice* secundum *morem græcorum* ordinari possit; ε) cum nec Græci a Latinis, nec hi ab illis ob rituum diuersitatem ordinari queant. ζ)

§. XXIV.

PROTESTANTES *iure diuino* episcopis ordinandi ius datum esse negant, qui nequidem hoc iure constituti. η) Hanc potestatem vnice exercuerunt propter *primatum*, concurrentibus presbyteris, ϑ) adeoque hanc spartam vel *seniori* vel *superintendentibus* recte commiserunt, qui et ipsi ordi-

ωω) qui dicti sunt *clerici commensales. c.* 4. *X. vt lite non contest.*

α) *concil. Trid. sess. XIV. de reform. c.* 2.

β) *c.* 1. *de tempor. ordin. in* 6. *conc. Trid. sess.* 23. *de reform. c.* 3.

γ) *c.* 3. *de tempor. ord. in* 6.

δ) *c.* 2. *in f. de temp. ordin. in* 6.

ε) *c.* 11. *X. de temp. ordinat.*

ζ) *c.* 9. *X. eod.*

η) vid. *supra tit. V.* §. 12. *sqq.*

ϑ) *tom. I. b. t.* §. 3. *sq.*

ordinati ſunt, id quod conuenientius eſt. i) Depoſitis *inſpectoribus*, vel qui renunciarunt officio, nulla amplius poteſtas competit. Denique nec *competentiam* intuitu *ordinandorum* deſiderant, quod ſine *titulo vero* neminem more catholicorum ordinent; ſed tantum reſpectu *eccleſiæ*, cui ordinandus præficiendus, vt illa ordinatori ſubiecta ſit.

TIT. XIV.

DE AETATE ET QVALITATE ET ORDINE PRAEFICIENDORVM.

CVM TIT. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII.

SYNOPSIS.

Irregulares ab ordinationibus arcentur. Vnde dicti? XXV. Plures externæ qualitates a iure canonico in ordinandis deſiderantur. XXVI. Iuſta ætas XXVII. Peritia XXVIII. Ordo et interſtitia temporum. XXIX. Legitimi natales. XXX. Succeſſio hereditaria in beneficiis præcauenda. XXXI. Porro libertas. XXXII. Excluſis etiam libertis. XXXIII. Integritas ſtatus eccleſiaſtici. XXXIV. Manus ab effuſione ſanguinis puræ. XXXV. Immunitas ab obligatione reddendarum rationum. XXXVI. Integritas animi et corporis. XXXVII. Monogamia XXXVIII. Incolatus ratione diœceſeos. XXXIX.

§. XXV.

In ordinandis (IX) debitæ *qualitates*, in *regulis eccleſiaſticis* deſideratæ, adeſſe debent: his deſtituti, *a regula alieni* dicebantur, k) poſtea

i) tom. I. h. t. §. 6. ſq. k) concil. Nic. c. 17.

[redacted]

postea dicti *irregulares*, si *inhabilitate perpetua* laborabant.

§. XXVI.

QVALITATES *internas* tantum desiderat scriptura sacra; λ) quibus canones *externas* plures addiderunt, quales sunt sequentes.

§. XXVII.

(1) IVSTA AETAS. In *lectoribus* quidem hanc olim XVIII annus constituebat; μ) vtrum vero etiam in ceteris minoribus ordinibus necessarius fuerit, dubium est. Ad *subdiaconatum* XX, ν) ad diaconatum XXV, ad presbyteratum et episcopatum XXX annus praescriptus fuit; ξ) salua tamen dispensatione. ξξ) *Iure nouo* infantiam egressus, minores ordines ο) suscipere potest: οο) *Concilium Tridentinum* π) in subdiaconis tantum XXII, in diaconis XXIII, in presbyteris vero XXV annum inceptum desiderat. Ante legitimam aetatem ordinatus, sine dispensatione, tamdiu ab executione suspensus est, donec legitimam impetrauerit. ππ) Hoc sollicitum annorum discrimen non agnoscunt protestantes, sed ad *mores* et *peritiam* respiciunt.

§. XXVIII.

(2) PERITIA. Aetas praecipue desiderata fuit, vt interim *scientiam literarum sacrarum* acqui-

λ) 1 *Tim. III. IV*; 7. conf. *c.* 1. *D.* 49.

μ) *Nou.* 123. *c.* 13. *c.* 2. *D.* 78. ALLATIVS *de aetat. et interstit. in collat. ord. p.* 33. *sqq.*

ν) *c.* 4. *D.* 77.

ξ) *c.* 6. *D.* 77. *c.* 2. *D.* 78. *c.* 7. X. *de elect.* ALLAT. *cit. l. p.* 63.

ξξ) *c. vn. h. t. in* 6.

ο) *c.* 2. 3. X. *de aetat. et qual. et ord. praef.*

οο) *c.* 4. *de temper. ordin. in* 6.

π) *sess.* 23. *de reform. c.* 12.

ππ) *c.* 14. X. *de temper. ordin.*

quirerent ordinandi. Rudes et ignari a *regimine animarum* inprimis arcendi, ϱ) et iam promoti remouendi. σ) Nec rudes in fecularibus literis esse debent, quae multum ad intelligendas *facras literas* faciunt, τ) quarum peritia instructus esse debet. υ)

§. XXIX.

(3) ORDO CONVENIENS. Nam *ordinate et per interstitia temporum ad ordines ascendendum.* φ) Nec enim ad presbyteratum adsumi queunt, nisi ad minimum *subdiaconi* fuerint: χ) qui etiam ad *episcopatum iure nouo* eligi possunt, ψ) vt tamen, antequam consecrentur, presbyteratus ordinem assumant, inuerso plane ordine. Cogi etiam quis potest ad *ordines maiores* suscipiendos, (1) ob *beneficium*, quod *ordinem certum* desiderat ω): (2) suadente *vtilitate* et *necessitate* ecclesiae, si ad maiores *idonei* sunt. α)

§. XXX.

(4) LEGITIMI NATALES. Exclusi sunt *illegitimi*, ab initio quidem *clericorum liberi*, ex concubinis nati: β) seculo X etiam *laicorum*, quae exclusio generalis illis *maculam* peperit. Admittuntur tamen (a) *legitimati* auctoritate ecclesiastica: (b) praeuia *dispensatione papali* ad dignitates, personatus et beneficia curata, γ) et in

ϱ) *c.* 14. *X. b. t.*

σ) *c. vlt. X. b. t. c.* 2. *et* 3. *D.* 36.

τ) *c.* 14. *D.* 37.

υ) *c.* 9. *D.* 38.

φ) GREGOR. M. *lib. IV. epist.* 53. ALLATIVS *cit. tr. p.* 69.

χ) *c.* 5. *X. b. t.*

ψ) *c.* 9. *X. b. t.*

ω) *Conc. Trident. sess.* 24. *de reform. c.* 12. *c.* 1. *X. b. t.*

α) *c.* 6. *X. b. t.*

β) *c.* 1 2. 14. *sqq. X. de fil. presbyt. ord. vel non.*

γ) *c. f. X. eod.*

in genere ad *maiores ordines*. Ad minores sufficit *episcopalis dispensatio*. δ)

§. XXXI.

CAVENDVM tamen, ne filius hoc modo patri in beneficio succedat, ε) vt resignatio patris *in fauorem filii* non valeat: ζ) interueniente media persona ad beneficium, quod pater olim tenuit, filius admittitur. η) Verum hanc cautelam protestantes respuunt; spurios tamen ob *maculam* etiam excludunt.

§. XXXII.

(5) LIBERTAS. Nam (1) serui et *proprii homines* arceantur, æque vt olim a militia, θ) nisi (a) manumissi fuerint ι): (b) domini consensus accedat. κ) Eo ignorante ordinatus deponitur, et domino restituitur, λ) excepto ad *presbyteratum* promoto, vt tamen domino *operas spirituales* præstet. μ)

§. XXXIII.

PARI ratione (2) *liberti* sine patronorum consensu ordinari nequeunt: ν) nec curiæ aut cuilibet conditioni obnoxius. ξ)

§. XXXIV.

(6) INTEGRITAS STATVS ECCLESIASTICI. In *pœnitentia publica* constituti ordinari ne-

δ) *c.* 1. *eod. in* 6.

ε) *c.* 15. *sqq. X. eod.*

ζ) RYMER *tom. I. act. Anglic. p.* 9.

η) *c.* 7. *et* 11. *X. eod. cit. tit.*

θ) *c.* 1. 4. 8. *de seru. non ordin.*

ι) *c.* 3. *et* 6. *eod.*

κ) *c.* 2. *X. eod. N.* 123. *c.* 17.

λ) *c.* 9. *et* 10. *D.* 54. *c.* 2. *cit. tit.*

μ) *c.* 10. *D.* 54.

ν) *c. vlt. D.* 54.

ξ) *c.* 10. *D.* 34. *c.* 59. *D.* 50.

nequeunt, quia pro eiectis adhuc habiti; *o*) imo nequidem post *pœnitentiam publicam* reconciliati.

§. XXXV.

(7) MANVS AB EFFVSIONE SANGVINIS PVRAE. Hæc enim inprimis *irregularitatem*, etiam in iam promotis *oo*) operatur, si vel maxime in *militia*, *π*) aut mediante *sententia iudiciali*, quam tulerunt, *ϱ*) peracta. Iure *nouo* tamen non prohibentur prælati *iurisdictionem criminalem*, citra notam irregularitatis, aliis committere, *σ*) nec nocet ordinationi homicidium casuale. *τ*) Causa hæc a protestantibus repudiata.

§. XXXVI.

(8) IMMVNITAS A VINCVLO RATIONVM REDDENDARVM EX ADMINISTRATIONE TAM PVBLICA, QVAM PRIVATA. Huic obnoxii in fraudem eorum, quibus rationes reddendæ, ordines ambire solebant, vnde ecclesia infamabatur. *υ*)

§. XXXVII.

(9) INTEGRITAS ANIMI ET CORPORIS. Prohibentur enim (1) qui furore aut a Dæmone agitati fuerunt *φ*): (2) monoculi *χ*): (3) manu aut pollice mutilati, *χχ*) vt frangere sacram eucha-

o) *c.* 55. 58. *D.* 50. *c.* 59. *sqq. D.* 50.

oo) *c. f. X. de tempor. ordin.*

π) *c.* 36. *D.* 50. *c.* 24. *X. de homicid.*

ϱ) *c.* 30. *C.* 23. *q.* 8. *c.* 4. *X. de raptor.*

σ) *c. f. ne cler. vel monachi in* 6. PIASECIVS *in chron. p.* 519.

τ) *c.* 23. *X. de homicid. c.* 37. *sq. D.* 50.

υ) *c.* 1. *X de oblig. ad ratiocin. c* 5. *D* 89.

φ) *c.* 2. *D.* 33.

χ) *c. vlt. D.* 55.

χχ) inprimis sporte, *c.* 3. *D.* 55. quos *murcos* olim appellabant, obseruante MENAGIO *amœnit. iur. c.* 3.

eucharistiam nequeant ψ): (4) claudi, vt sine baculo vel pede ligneo incedere nequeant ω): (5) propria voluntate eunuchi facti, α) nisi ex consilio medici. β)

§. XXXVIII.

(10) MONOGAMIA. ββ) Digamus, qui secundas ante contraxit nuptias, γ) vel viduam aut repudiatam in matrimonio habuit, δ) vel etiam stupratam, ε) repellitur. Qui alii desponsatam duxit, ζ) aut plures habuit concubinas, η) non censetur bigamus. Denique admittunt etiam *dispensationem pontificis*, admodum tamen difficulter; ϑ) protestantes vero hoc impedimentum prorsus repudiant.

§. XXXIX.

(11) INCOLATVS *ratione diœceseos*. Peregrinos sine *literis dimissoriis* ordinari non posse, supra iam dictum. ι) Hanc qualitatem rursus protestantes repudiant, quia sanam doctrinam, vitamque integram et puram magis, quam has *scrupulosas obseruationes* postulant; si exceperis *canonicos*, quorum in statutis hæ vt plurimum repetitæ vel retentæ sunt, salua tamen principis dispensatione.

TIT.

ψ) *c. 6. et 7. de corp. vitiat. non ordin.*

ω) PASSERIN. *de elect. c.* 25. *n.* 327. *sqq.*

α) *c.* 3. 4. *X. cit. tit.*

β) *c.* 4. 5. *X cit. tit.*

ββ) *c.* 2. *X. de cleric. coniug.*

γ) *c.* 1. 2. *X. de digam. non ord. c. vn. eod. in* 6.

δ) *c.* 1. *cit. tit. c.* 8. *D.* 50.

ε) *c.* 2. *D.* 33.

ζ) *c.* 5. *X. cit. tit.* ACOSTA *ad tit. cit. p.* 122.

η) *c. vlt. cit. tit.*

ϑ) *c.* 2. 4. *X. de digam. non ord.*

ι) *tit. XIII* §. 21. *sq.* conf. *tit. de cler. peregr.*

TIT. XV.

DE SACRA VNCTIONE.

SYNOPSIS.

Attendenda in ordinatione forma solemnis. Generales de ea obseruationes. XL. *Symbola, quibus subdiaconi ordinantur sine manus impositione.* XLI. *Diaconis manus imponitur a solo episcopo, in quo materia sacramenti quaeritur.* XLII. *Presbyteris vero ab episcopo et praesentibus presbyteris, adhibita vnctione, aliisque variis symbolis.* XLIII. *Vnctio haec pro mera solemnitate habetur* XLIV. *Characteri presbyterali per ordinationem episcopalem aliquid accedere dicitur.* XLV. *Haec longe solemnior est presbyterali. Chrismate vngitur caput cum ambabus manibus. Noua symbola adhibentur.* XLVI. *Haec vnctio antiquior est vnctione presbyterorum. Differt ab vnctione regum.* XLVII *Graeci ea non vtuntur, vnde colligitur, eam ad substantiam ordinationis non pertinere.* XLVIII. *Pontificalia ornamenta. Cur pontifex baculo non vtatur.* XLIX. *Vnctio regum characterem non dicitur imprimere, nec spiritualem potestatem.* L.

§. XL.

In primis vero (X) *forma ordinationis solemnis* sedulo obseruanda, quae pro *diuersitate ordinum* variat. x) Hic primario de *ordinibus maioribus* xx) tantum agendum; quibus induendi (1) admonentur ante omnia, vt cogitent, *se castitatem obseruare, atque in ecclesiae ministerio semper mancipatos esse debere:* (2) *symbolis* quibusdam interuenientibus officium sacrum accipiunt.

§. XLI.

x) secundum *pontific. Rom.* pag. 19. 21. 24. 27. 31. 40. 58. 75.

xx) de *minorum ordinum* collatione agitur in *c.* 16. *sqq.* D. 23.

§. XLI.

SVBDIACONIS ab episcopo *calix vacuus* cum *patena vacua superposita*; ab archidiacono vero *vrceoli cum vino et aqua* atque *mantile* traduntur. Postea amictum iis induit episcopus, et *librum epistolarum* tradit. Sed *manuum impositionem* non accipiunt, λ) quia serius, procedente tempore, ecclesia eos instituit: μ) vnde nec *characterem* imprimere dicitur, ν) adeo, vt subdiaconi, dispensatione pontificis, ad statum laicorum olim redierint. π)

§. XLII.

DIACONIS vero, quia ab apostolis instituti, manus imponitur, sed a solo *episcopo*, sine *presbyterorum* concursu; *quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecrantur.* ο) Atque in hac *manuum impositione* constituitur *materia* huius sacramenti; forma vero in verbis: *accipe Spiritum S. ad robur, et ad resistendum diabolo et tentationibus eius, in nomine Domini.* οο) Vnde *materia* et *forma* differt ab initiatione subdiaconi, quæ ob defectum manus impositionis pro *ordinatione* vix habenda.

§. XLIII.

MAIOREM apparatum desiderat *presbyterorum ordinatio*, quamuis olim sola *manuum impositione* et *precibus* absoluta fuerit. Videlicet (1) *episcopus* vtramque manum capiti ordinandi imponit,

λ) *c. 15. D. 23.*

μ) GRATIANVS *ad D. 21.*

ν) MORINVS *ad SS. eccles. ordin. ex. XI. c. 1. §. 2.*

π) *tom. I. P. I. conf. et decis. arg. 43. n. 149. sqq. et 182. sq.*

ο) *c. 11. D. 23.*

οο) *Pontific. Rom. p. 49.* MORINVS *cit. l. exerc. IX. c. 2. §. 1.*

ponit, sine vlla verborum recitatione. Idem (2) faciunt post eum *omnes sacerdotes* praesentes, in quo haec ordinatio differt a *diaconorum* initiatione π): (3) imponit ei orarium siue *stolam:* post (4) *casulam*, quae *vestis sacerdotalis* est. Tandem (5) *oleo catechumenorum consecrato* ππ) inungit ordinandi ambas manus, simul iunctas, adhibita formula praescripta. ϱ) Post (6) tradit ei *calicem* cum vino et aqua, et *patenam* superpositam cum hostia. Post aliquot preces (7) *professionem fidei* facit ordinatus, et hac facta, denuo ambas manus super caput eius imponit, hac adhibita formula: *accipe Spiritum S. quorum remiseris peccata, remittuntur eis, et quorum retinueris, retenta sunt.* Denique (8) initiatus promittit episcopo et pontifici obedientiam.

§. XLIV.

SERIVS ordinationi presbyterorum addita *vnctio.* σ) Vnde in ea *materiam substantialem* non constituunt, sed in *manuum impositione*, *n. 1. et 2. §. praeced.* tradita. τ) Quae autem verba *formam*, mediante qua *character* imprimitur, constituant, incertum est; neque enim eam inesse verbis: *accipe Spiritum S. etc.* plenius docet MORINVS. υ) Ideo autem de *materia* et *forma* solliciti sunt, quia ordinatio *sacramentum* illis, non

π) *c. 8. D. 23.*

ππ) *c. 3. X. de consecr. eccl. s.*

ϱ) *in pontif. Rom p. 66. et c. vn. X. h. t.*

σ) vt nequidem NICOLAI I tempore Romae in vsu fuerit, vt liquet ex eius *epist* 39.

τ) *Concil. Trid. sess. XIV. c. 4.* MORINVS *tr. cit. P. III. exerc. 7. c. 2 §. 6. sqq.*

υ) *cit. tr. c. 5.* vbi §. 3. ad obiectionem ex *concil. Trid. sess. 23. can. 4.* desumtam respondet.

non aeque protestantibus, est, quod *materia* et *forma* constat. φ)

§. XLV.

QVAMVIS *ordinatione presbyterali* iam *character indelebilis*, qui impedit iterationem ordinationis, impressus fuerit; nibilominus tamen presbyter, ad *episcopatum* promotus, denuo consecrandus, qua noua ordinatione episcopali *perfici* et *augeri* dicitur *character*. χ)

§. XLVI.

CONSECRATIO *episcopalis* adhuc multo solemnior est *presbyterali*. ψ) (1) Praeter consecratorem *duo assistentes* adsumuntur, ex quibus senior praesentat consecrandum: (2) hic genuflexus coram consecratore iuramentum praestat ω): (3) sequitur examen α): (4) missa: (5) consecrator, adiuuantibus assistentibus, imponit super ceruicem et scapulas electi librum euangeliorum β): (6) idem et assistentes ambabus manibus caput tangunt dicentes: *accipe Spiritum S.* addita benedictionis formula. γ) (7) Pollice dextro caput electi *chrismate* inungit, ambasque manus additis consuetis formulis: (8) tradit ei baculum pastoralem, annulum, librum euangelii clausum, eique cum assistentibus dat osculum:

φ) Idem cit. tr. P. III. exerc. 1. c. 3.

χ) IDEM cit. l. exerc. 3. c. 1. §. 10.

ψ) tradita *in pontific. Rom.* p. 75. *sqq.* conf. *supra tit. VIII.* §. 9. *sqq.*

ω) secundum formulam in *pontif. R.* p. 79.

α) secundum *interrogationes in pontif. R.* p. 81 relatas.

β) secundum *c.* 4. *concil. Carth. IV.* relati in *c.* 7. *D.* 23.

γ) secundum *cit. c.* 7. conf. pontif. *R.* p 89. *sq. c. X. b. t.* vers. *manus episcopi.*

[illegible] (9) electus offert λ) atque consecrator communicat cum. (10) Post capiti imponit mitram, chirothecasque, et in sedem episcopalem deducit, quod *inthronisationem* vocant.

§. XLVII.

DEFVIT olim vnctio episcoporum, δδ) quamuis *presbyterali* antiquior sit, ε) ex fœdere antiquo tandem assumta, ζ) vt *vnctio exterior esset signum interioris vnctionis.* η) *Caput* vero *inungitur episcopi propter auctoritatem et dignitatem, et manus propter officium et ministerium*, vt censet INNOCENTIVS III. θ) Simul vero innuit, in hoc differre episcoporum a regum *vnctionibus*, quorum brachia tantum *oleo* deliniuntur, *vt ostendatur, quanta sit differentia inter auctoritatem pontificis* et *principis potestatem.* Hæc vero differentia tantum restringenda ad *vnctiones papales:* in vnctionibus regum, quæ a primatibus fiunt, non attenditur. ι)

§. XLVIII.

GRAECI *vnctione materiali* in ordinationibus *presbyterorum* et *episcoporum* haud sunt vsi. κ) Vnde sequitur, (1) vt ad *substantiam ordinationis* non pertineat, sed tantum ad *accidentia*, quod latini ordinationes græcorum tolerauerint λ): (2) vt in sola *manuum impositione* hæc quærenda

γ) *pontif. R. p.* 108.

δδ) *tom. I. h. t.* §. 2.

ε) MORINVS *de SS. ordinat. P. III. ex. 6. c.* 2.

ζ) *Exod.* XXX, 23. *sqq.* XXIX, 7. *c. vn. X. h. t.*

η) *c. vn. X. h. t.*

θ) in *cit. c. vn.*

ι) *tom. I. h. t.* §. 21. *sq.*

κ) *c. vn. X. h. t. ab init.* MORINVS *cit. l. ex. 6. c.* 1. ACOSTA *h. t. ab init.*

λ) *c.* 11. *X. de tempor. ordin.*

renda sit, qua etiam duntaxat vtuntur protestantes: (3) vt verba IVSTINIANI, ad patriarcham Constantinopolitanum directa, *μ*) non de *vnctione*, sed de *euangelii* et *manus impositione atque benedictione* accipi debeant. Hæc erant SANCTISSIMA MYSTERIORVM *Græcorum*, *quæ episcoporum* CAPITI *aut* MANIBVS *imponebantur*. Opinio autem de *sacramento* ex his verbis recte colligitur.

§. XLIX.

RECENSENTVR præterea *h. t. ν*) *pontificalia ornamenta*, sedulo explicata ab ANDREA du SAVSSAY, *ξ*) inter quæ etiam *baculus pastoralis* der Krumbstab, deprehenditur, quo olim etiam vsus est pontifex R. *ο*) Postea eundem abiecit, vt indicat INNOCENTIVS III, *π*) duplici addita ratione, quarum altera *historica* vel *fabulosa*, altera *mystica*. Vera forsan quærenda in odio erga inuestituram per *annulum* et *baculum:* vel vt ostendat pontifex, se aliis tradere quidem *baculum*, non accipere ab aliis.

§. L.

CONSECRANTVR etiam imperatores regesque per *vnctionem*, *ϱ*) in qua tamen nec *sacramentum*, nec *potestatem spiritualem* tribui vncto censent: nec *characterem* admittunt, ne potestatem, deponendi imperatores regesque, pontifici adimant. *σ*) Sed pariter nec ius *constituendi* re-

μ) in *l.* 34. §. 3. *C. de episc. audient.*

ν) in *c. vn. in f. cit.*

ξ) *in panoplia sacerdotali.*

ο) A COSTA *in comment. ad h. t. in f.*

π) *in cit. c. vn. in f.* ibique GONZAL. *n.* 41.

ϱ) *cap. cit. vn. h. t. c.* 34. X. *de elect.*

σ) GONZALEZ *ad c. vn. cit. n.* 20.

[illegible] inde deriuandum, quod pontifex inani conatu inde sibi tribuit; r) ne alias *Hostiensi* episcopus, qui pontificem coronat per *regnum mundi*, ius constituendi pontificem tribuamus.

TIT. XVI.

DE SACRAMENTIS NON ITERANDIS.

SYNOPSIS.

Ordinatio inducit vinculum inter ecclesiam et ordinatum. LI. Iterari nequit, quod sit actus legitimus et characterem imprimat indelebilem. LII. Si quid in ordinatione omissum, supplendum posthac sine reordinatione. Nota, ordinatio adhibenda, si de ea dubitatur. LIII. Tribuit potestatem spiritualem. LIV.

§. LI.

EFFECTVS primus ordinationis est, quod vinculum inter *ecclesiam* et *ordinatum* arctissimum contrahat, quod *matrimonium spirituale* dixerunt. v) Hoc ex vsu antiquo tractum, quo nemo *sine titulo* ordinatus est. Huius consequens erat, vt ecclesiam priuato ausu nemo deserere posset, quod supra euictum, et non tantum de episcopo, sed etiam de quolibet cle-

r) *vol. I. b. t.* §. 13. *sqq.*

v) *c.* 2. *et* 4. X. *de translat. episc.* Ex hac doctrina, *de matrimonio* cum ecclesia contracto, tracta est conclusio *de dote ecclesiae*, de qua ZIEGLERVS peculiari egit opusculo. Dicitur etiam *vinculum, quo ecclesia suae ligatur episcopus c.* 7. X. *de voto.*

clerico ad *certum titulum* ordinato accipiendum, φ) vt nequidem *episcopi titulares* excepti sint, qui aeque suae ecclesiae copulati in partibus infidelium finguntur. χ)

§. LII.

ALTER est, quod *semel* tantum fiat, nec iterari queat exemplo *actuum legitimorum.* ψ) Adducit quoad *sacros ordines mysticam rationem*, quod *characterem indelebilem* animae ordinati imprimat, reiterationem omnem impedientem. Haec ratio a *militia* ab AVGVSTINO tracta, ω) obscura tamen est, vt distincte concipi nequeat. α) Tracta quoque haec doctrina ad *baptismum* et *confirmationem.* β)

§. LIII.

SI in ordinatione per incuriam aliquid omissum, veluti *vnctio* in episcoporum, γ) et *manuum impositio* in diaconorum aut presbyterorum, δ) non iteratur ordinatio, sed id, quod omissum, caute supplendum. Diuersum dicendum,

φ) Sicuti miles, qui etiam *titulum* habere dicitur, absque *missione* stationem suam seu cohortem relinquere nequit.

χ) LEVREN. *in for. benef.* P. II. *qu.* 221. *n.* 2. *in f.*

ψ) *l.* 80. §. 3. *de acquir. vel omitt. hered.* Si enim *electio episcoporum* inter actus legitimos refertur secundum *c.* 2. *de elect. in* 6. iuncto *canone concilii Lugdunensis I.* apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p.* 402. quem compilator truncauit; multo magis *ordinatio* iis accensenda.

ω) *c.* 97. C. 1. *q.* 1. MERILL. *Lib. III. obseru. c.* 2. IACOB LYDIVS *in synt. sacro de re milit. lib.* 1. *c.* 6. vnde etiam *titulus* ordinatis clericis tribuitur.

α) *tom. I. h. t.* §. *IV. sqq.*

β) *concil. Trid. sess.* 7. *de sacram. c.* 9.

γ) *c. vn. X. de sacra vnct. ab init.*

δ) *c.* 1. *et* 3. *X. h. t.*

dum, ſi quis ordinatus a *non epiſcopo*, vel de quo dubitatur, an epiſcopus fuerit; ε) quo caſu *reordinatio* fit, tum *quod reiterari oporteat, quod male actum:* ζ) tum *quod reiteratum non cenſeatur, quod an collatum ſit, ignoratur.* η)

§. LIV.

TERTIVS effectus eſt, quod tribuat *poteſtatem ordinis* et *ſacra adminiſtrandi*, maxime quoad presbyteros et epiſcopos, quam etiam retinet depoſitus et reſignans. *nn*) Quartus denique eſt, quod poſt eam conſecrari *fratres* a pontifice vocentur. ϑ) Primum effectum admittunt proteſtantes: characterem vero reſpuunt, vtut a *reordinatione* alieni ſint, et tertium quoque ſuo modo approbant effectum.

TIT. XXIII.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

SYNOPSIS.

De officiis clericorum propriis et vicariis. Minorum ordinum nulla hodie ſunt. I. Diaconi miniſtri fuerunt epiſcopi et eccleſiae. Pro Leuitis tandem habiti. II. Subdiaconi illorum rurſus miniſtri. III. Horum officia, rariorem vſum habentia. IV. Diaconorum antiqua varia: tantum in miſſa ſolemni hodie quendam vſum habentia. V. Olim curam animarum exercebant in parochiis, docentes et baptizantes. VI. Subdiaconi et diaconi proteſtantium ſacramenta adminiſtrant cum cura animarum, ſubordinatione diſtincti a primario paſtore. VII. Primus inter diacones archi-

ε) *c.* 2. *D.* 68. *c.* 52. C. 1. *q.* 1.

ζ) *c.* 24. C. 1. *q.* 7.

η) *c.* 16. *de conſecr. D.* 1.

nn) *tom. I. h. t.* §. 10. *ſqq.*

ϑ) vid. ſupra *tit. VIII.* §. 13.

archidiaconus dictus. Eius munus proprium. VIII. Vicarium, quod episcopi per illum plurima expedirent, ad episcopalem curam pertinentia. Inde dignitatem est nactus. IX. et vicarius natus dictus. Definitio vicarii nati. X. Pedetentim plures archidiaconi in dioecesibus latioribus introducti, et singulis districtus assignati. XI. Vicarium officium in quo se exserat. Imprimis ecclesias visitat, et iurisdictionem exercet in prima instantia. XII. Plura illis negata, quae maioris momenti sunt. Non excommunicant. De iure poenas pecuniarias exigendi. XIII. Fastus archidiaconorum effecit, vt in plurimis dioecesibus suppressa sit eorum potestas, retento solo nomine. XIV.

§. I.

SEQVITVR, vt de *potestate* et *officiis praelatorum* ceterorumque *clericorum* agamus, vel *propriis* vel *vicariis*. Et quidem de officiis clericorum *ordinum minorum* propriis nihil attinet dicere, quae hodie *dicis gratia* tantum conferuntur; ipsa autem eorum ministeria vel a *non initiatis* peraguntur, vt *acolythorum* et *ostiariorum:* vel ab aliis occupata sunt, vt *lectorum* a *subdiaconis*, *exorcistarum* a *presbyteris*. 99) Viliora ministeria in ecclesiis protestantium etiam a *custodibus*, *ostiariis*, aliisque absque ordinatione peraguntur, foro ecclesiastico tamen subiectis.

§. II.

SVBDIACONORVM et *Diaconorum* diuersa sunt officia, diuersa etiam ordinatio. Diaconi in *ecclesia apostolica* fuerunt, ι) *episcoporum et ecclesiae ministri*, κ) per quos quaeuis iussa expediebant,

99) MORINVS *de SS. ordin. c. III. ex. 13. c. vn. §. 10.*

ι) 1 *Tim. III, 8. sqq.*

κ) *c. 14. 25. D. 93.*

diebant. Pedetentim ad *ministerium S. cœnæ* et alia officia sacra tracti sunt, ad *instar Leuitarum V.T.* λ) aliis ad viliora ministeria vocatis.

§. III.

IN *ecclesiis maioribus* his suffecti sunt *Subdiaconi*, *Diaconorum* quasi *ministri*, quorum officia vnice elucent in *missis solemnibus*. In *minoribus ecclesiis* et missis non-solemnibus *subdiaconi et quatuor ordinum minorum officia implent laici*, *vel supplent presbyteri cum sacrificant*, *si quid est*, *quod nefas sit laicos facere*, *vt vasa tangere et si quid aliud*. μ)

§. IV.

IN compendio officia eorum hoc modo determinat *pontificale Romanum.* ν) *Subdiaconum oportet aquam ad ministerium altaris præparare*, *Diacono ministrare; pallas altaris et corporalia abſoluere; calicem et patenam in vſum ſacrificii eidem offerre; de oblutionibus ipſis tantum in altare ponere*, *quantum populo poſſit ſufficere*, *ne aliquid putridum in ſacrario permaneat.* Ipſa hæc officiorum determinatio rariorem eorum vſum docet, ſi ſolemnes miſſas in ecclesiarum et epiſcoporum conſecratione, regum coronatione, aliisque occaſionibus peragendas exceperis. Et tamen *ſubdiaconatus ordo* haud negligi poteſt, ad minimum in iis neceſſarius, qui ad epiſcopatum adſpirare, et vocem in electione habere volunt, ξ) vt vſus eius primario in capitulis et collegiis canonicorum occurrat.

§. V.

λ) THOMASSIN. *P. I. lib.* II. *c.* 30. §. 5.

μ) verba ſunt MORINI *de SS. ordin. P. III. exerc.* II. *c.* 2. §. 1.

ν) *in cap. de ſubdiaconi ordin. p.* 27.

ξ) v. ſupra *tit. VI.* §. 6.

§. V.

DIACONORVM officium *pontificale Romanum* determinat: o) *Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare, et prædicare*, exemplo PHILIPPI, quem diaconum fuisse censent. π) Olim dispensabant panem et vinum præsentibus, ac ad absentes deferebant. ρ) Dimittebant catechumenos, energumenos et pœnitentes, vbi missa fidelium peragenda. σ) *Euangelium legebant* in missa: τ) assistebant episcopo et sacerdoti sacrificanti: υ) oblationes inferebant et disponebant in altari: denique officium precum et recitationem nominum peragebant. φ) Sed hæc officia hodie non nisi in *solemni missa* vsum habent, cum in *missis communibus* officia diaconorum impleant ipsi presbyteri: imo tandem in capitulis et collegiis canonicorum eo deuentum, vt ordinatio diaconorum magis in hunc fieri soleat finem, vt per *diaconatum*, tanquam *gradum*, ad *presbyteratum* adscendatur. χ)

§. VI.

ANTIQVI *diaconi* etiam ab *hodiernis* in eo differunt, quod olim præterea *curam animarum* in parochiis habuerint, ea de causa dicti *oculi episcoporum*, omnia sedulo perscrutantes, et ad epi-

o) in *cap. de ordinat. diaconi* p. 42.

π) *Act.* VIII, 26. *sqq.*

ρ) IVSTIN. *Martyr. Apol.* II.

σ) ZIEGLER. *de diacon.* c. 8. §. 41. *sqq.*

τ) CORVIN. *de person. et benef. eccles. lib.* II. *tit.* 4. n. 4.

υ) c. 1. D. 25. c. 59. *de consecr.* D. 1.

φ) c. 1. D. 25. ZIEGLER. *cit. l. c.* 8. §. 36. *sqq.*

χ) ESPEN. P. I. *iur. eccl. tit.* 1. c. 3. §. 12.

iſcopum referentes, ω) imo etiam docuerint, et
ptizauerint. Idem adhuc docent tituli *cardi-*
ltum diaconorum hodierni, qui olim parochiæ
erunt.

§. VII.

ETIAM in quibusdam eccleſiis proteſtan-
im ſuperſunt *diaconi* et *ſubdiaconi*, vt aliqua
iordinatio inter miniſtros eccleſiæ ſeruaretur.
ı proximius ad *antiquos diaconos* accedunt, quod
ram animarum in parochiis habeant, præterea
ro ſacramentum euchariſtiæ quoque admini-
ent. In hoc enim nullum agnoſcunt *ſacrifi-*
im, ergo nec differentiam inter *ſacerdotes* vel
ıitas admittere poſſunt. α) Ratio tamen *ſub-*
dinationis facit, vt paſtori primario *obſeruan-*
ım debeant, β) eiusque *adiutores* ſint, diſtri-
ıtis inter hos et illum laboribus. γ)

§. VIII.

PLVRES olim in *ſingulis eccleſiis diaconi*
erunt: poſtea fere vnice in *cathedralibus*. Pri-
us inter eos dictus eſt ARCHIDIACONVS, cu-
s munus *proprium* fuit, præeſſe diaconis, ſub-
aconis et clericis ordinum minorum, atque
rum officia, quis epiſtolam et euangelium le-
ıt, preces dicat et reſponſoria etc. dirigere, δ)
rum mores intueri, cuſtodire vaſa ſacra ε)
aque, etiam quæ ſimplicibus diaconis incum-
bunt,

ω) *c. 6. D. 93.*
α) *tom. I. b. t. §. 18.*
β) *ibid. §. 19. ſq. et 25.*
γ) *ibid. §. 23. ſqq.*
δ) *c. 1. D. 25. c. 2. X. b. t.*
ε) *c. 3. X. b. t.*

bunt, peragere. Pedetentim tamen plura ex his *primicerio* assignata. ζ)

§. IX.

QVIA diaconi in genere ministrabant episcopis, potissimum hi *archidiaconi ministerio* vtebantur, in negotiis *ad officium episcopale* proprie pertinentibus. Hinc, vt *ministri* eius, acceperunt *officium vicarium*, longo vsu tamen adeo firmatum, vt successores sibi hoc ipsum, vt *proprium* et *ordinarium*, iure hereditario, vindicauerint, *vicarii nati* dicti, tantae potestatis, vt *praelatorum* numero adscripti, et *secundi episcopi* facti fuerint. ζζ) Hoc intuitu archidiaconatus *dignitas* factus, etiam presbyteris collatus, aeque vt episcopi *cardinales diaconi* Romae fieri ambiunt, ac denique annum aetatis XXV desiderauit. η) Ita considerati ARCHIDIACONI *sunt vicarii nati episcoporum, imo secundi episcopi, iurisdictionem in banno sibi dicato exercentes in caussis leuioribus, cum aliis iuribus episcopalibus.*

§. X.

VICARIVS NATVS vero dicitur, *qui vicariatum alicuius praelati non ex mandato speciali, sed ex lege vel priuilegio gerit, vt officio proprio cohaereat, adeoque reuocari a principali aut restringi nequeat.*

§. XI.

PER plura secula haec vicaria potestas per vnum explicata, quia vnus tantum archidiaconus

ζ) vid. *tit.* XXV. *infra.*

ζζ) et *maiores post episcopum* dicantur. *c.* 7. X. *b.*

η) *c.* 7. X. *de elect.*

nus in *capitulo diœceseos* fuit. ϑ) Hæc pedetentim latiores ambitus accepit, atque monasteriis, ecclesiis, et bonis ecclesiasticis, adeoque etiam clericis, adeo abundare cœpit, vt in plures *archidiaconatus* seculo XII diuisa, quæ *banna archidiaconalia* vocata, singulisque proprius archidiaconus præpositus. ι)

§. XII.

VICARIA horum *potestas* huc redit, quod (1) examinent ordinandos, eosque sistant episcopo κ): (2) omnem curam cleri subiecti in parochiis gerant λ): (3) reparationi ecclesiarum invigilent μ): (4) acoluthos ordinent ν): (5) ecclesias sui banni visitent semel in anno, ξ) cum consensu episcopi, cui postea peractæ visitationis rationes reddere debent ο): (6) abbates et abbatissas vt et parochos in sede ponant, seu *corporaliter instituant*: π) iurgia singulorum, etiam contra archipresbyterum mota, audiant ϱ): et iurisdictionem exerceant; vnde tandem *forum archidiaconale* ortum, quod in *prima instantia* σ) exercent in causis leuioribus, maioribus episcopo reseruatis, τ) prout consuetudine determinatæ

ϑ) *c. 7. X. de rescript.*

ι) *c. 6. X. h. t. c. 54. de elect.* Dn. KRESS *de archidiaconis. c. III.* §. 4.

κ) *c. 7. X. h. t.*

λ) *c. 1. X. h. t. c. 1. D. 25.* cum *cura animae. c. 54. X. de elect.* et *custodia ecclesiarum vacantium. c. 6. X. de instit.*

μ) *c. 1. D. 25.*

ν) *c. 2. X. h. t.*

ξ) *c. 1. et 6. X. h. t.*

ο) *concil. Trid. sess. XXIX. de reform. c. 3.*

π) *c. 7. X. h. t. c. 9. eod. c. 6. X. de instit.*

ϱ) *c. 7. X. h. t.*

σ) *c. 3. de appell. in 6. c. 10. X. h.*

τ) *c. 7. X. h. t.*

ctæ ſunt, ſub cuius prætextu poteſtatem ſuam ad modum extenderunt. υ)

§. XIII.

CETERVM non poſſunt committere ſeu dare curam animarum, quod *inſtitutionem auctorizabilem* vocant φ): multo minus excommunicare, χ) niſi de conſuetudine. ψ) Denique iis interdictum, ne *pœnam pecuniariam* pro puniendis clericorum et laicorum exceſſibus loco *pœnitentiæ* exigant, ω) ſed cautum, vt ad minimum in vſus pios conuertant. α) Poſtquam enim pœnitentiæ antiquæ in *pœnas pecuniarias* hodie commutatæ ſunt, exactio earum archidiaconis interdici amplius non potuit. Inde *quæſtus archidiaconalis* et *faſtus* eorum inſignis natus.

§. XIV.

HIC vero abuſus effecit, vt in plerisque diœceſibus *archidiaconorum* infracta poteſtas ſit, et, licet *archidiaconi* ſuperſint, *honorem* tamen duntaxat in capitulo gerant ſine *adminiſtratione reali*, quod *perſonatum* vocant, vt ad minimum rudera antiquorum officiorum ſi non *re*, tamen *nomine* ſupereſſent. β)

TIT.

υ) *c. vlt. X. h. t.* ESPEN *de iur. eccl. P. I. lib.* 12. *c.* 1. §. 22.

φ) *c.* 4. *X. h. t.*

χ) *c.* 5. *X. h. t.*

ψ) *c.* 3. *X. de ſolut. c.* 1. *X. de eo, qui furt. ord. ſuſc.* SCHATEN *in annal. Paderborn. ad ann.* 1263.

ω) *c.* 3. *X. de poen.*

α) *Concil. Trid. ſeſſ. XXV. de reform. c.* 3.

β) KRESS. *cit. l. p.* 21. *ſq.*

TIT. XXIV.

OFFICIO ARCHIPRES-BYTERI.

SYNOPSIS.

rri cum episcopo re- t ecclesiam vt commi- Ecclesiis minoribus iiis seculo IV praepo- ra animarum, ab epi- ndente. II. Offi- m consistit in missa docendo, sacramen- istrando et visitando III. Ab his diffe- byteri, sine titulo in sensu antiquo, m missas legunt, et e confessiones au V. Definitio presby- i talis, et qua paro- Presbyteros parochos habent protestantes, pastores primarii, et cclesiae. Inde mini- VI. In quibusdam ec- clesiis sunt ministri ecclesiae, qui sacra peragunt, et presby- teri, qui eam regunt. VII. Illis debetur reuerentia et ho- nos. IIX. Olim senatum ec- clesiasticum cum episcopo con- stituerunt. Primus inter eos dictus archipresbyter. Huius munus vicarium et definitio. Subest archidiacono, vt episco- pi vicario IX. Alius vrba- nus: alius ruralis, cleri ru- ralis curam habens. X. In- spectores protestantium cum ruralibus conferuntur. Pro- pria horum officia. XI. An- tiqui chorepiscopi. Olim veri episcopi in agris erant. Tan- dem ab episcopis suppressi, of- ficio eorum in rurales decanos translato. XII.

§. I.

SBYTERI vel *seniores* olim cum episco- o in singulis ecclesiis constituti erant per ia priora secula, γ) curam animarum a peragentes, non tamen *fine auctoritate* . δ) Hic *primus presbyter* erat; ε) illi autem

5. *D.* 95.
RTVLL. *de baptismo.*

ε) *supra tit. V.* §. 13. *p.* 44.

v. Inst. Iur. Can.) H

autem eius *comministri*, *senatum ecclesiasticum* cum eo constituentes, et, illo mortuo, communi consilio regentes ecclesiam. ζ)

§. II.

SECVLO IV in *ciuitatibus maioribus* ab initio, η) et paulo post, dioecesibus episcoporum ampliatis, in aliis locis *ecclesiae minores* erectae, quibus ab episcopis *presbyteri* vel *diaconi* praepositi, ad sacra ex *praescripto episcopi* facienda, et curam animarum explicandam, *parochi* dicti. θ) Per aliquot secula tamen episcoporum dispositioni relictum, quatenus sacra peragere potuerint, a quorum auctoritate dependerunt. ι)

§. III.

MISSA ad *sacrificium* relata, episcopis *summum*, presbyteris vero *simplex sacerdotium* κ) assignatum, et horum potestas praecipue et (1) in genere in *sacrificio peragendo* λ) quaesita. Quandoque (2) iis etiam *cura animae* competit, quae sese exserit in *docendo*, *benedicendo*, *visitando infirmos*, μ) et *sacramenta administrando*, quatenus illa presbyteris relicta, vt sunt *baptismus*, ν) *sacrae coenae poenitentiaeque* administratio, ξ) *extrema vnctio*, ο) et ἱερολογία in matrimoniis contrahendis, quae quilibet presbyter duntaxat in sua parochia peragit. π)

§. IV.

ζ) EPIPHAN. *haeres.* 42.

η) EPIPH. *haeres.* 69 *n.* 1.

θ) THOMASS. *de vet. et noua eccl. discipl. P. I. lib.* 2. *c.* 22. §. 1. *sqq.*

ι) IDEM *cit. l. c.* 23.

κ) *c.* 4. *D.* 68.

λ) *c.* 1. *vers. vna X. de summa trinit.*

μ) *c.* 6. *D.* 95. *c.* 1. *D.* 25.

ν) *c.* 19. *de cons. D.* 4.

ξ) *c.* 12. *X. de poenit.*

ο) *c. vn. de S. vnct.*

π) *c.* 2. *X. de paroch.*

§. IV.

AB his distinguendi *presbyteri*, *in genere* titulum *beneficii* in *capitulis* vel *collegiis canonicorum:* vel *patrimonii*, *paupertatisque* ordinati, quibus nulla *cura animarum*, sed tantum *ius peragendi sacrificium* missæ, et, quandoque, ex *priuilegio*, ius *audiendi confessiones* competit. ϱ)

§. V.

INDE PRESBYTER, *qua talis*, est *sacerdos legitime ordinatus ad sacrificium missæ peragendum.* PRESBYTER PAROCHVS vero est *sacerdos*, ϱϱ) *qui in districtu sibi commisso, et ecclesia parochiali sacrificium missæ peragit, curamque animæ cum administratione ceterorum sacramentorum, excepta ordinatione et confirmatione, exercet*, vnde etiam *curatus* et *plebanus* dictus. De hac qualitate, infra agendi locus erit, σ) quippe quæ abesse potest *iure recentiori:* non item *iure antiquo*, cuius facies *secundum quid* adhuc apparet in *cardinalibus presbyteris*, *propriis* gaudentibus *titulis*, ceu antiquis parochiis.

§. VI.

PROTESTANTES in S. cœnæ consecratione nullum agnoscunt sacrificium, nec sine *titulo* ut *certa ecclesia* ordinant presbyteros. Vtrumque vsui primitiuæ ecclesiæ congruit, efficitque, ut *sacerdotium* illis denegemus. τ) Qua de re (a) *ministri*

ϱ) a SVAREZ... *de SS. et ord. præfic.* ... *minister. lib.* I. *c.* 16. dicti ... *sapienses presbyteri.*

ϱϱ) *c.* 5. *X. de ætat. et qual.*

σ) *lib. III. tit.* 29.

τ) *tom. I. h. t.* §. 4.

ministri ecclesiae vel *verbi diuini*, ac *pastores primarii* dicuntur, a Diaconis solo *gradu* seu *subordinatione* distincti, vbi hi supersunt: (b) nunquam cura animarum carent, vt semper sint parochi vel eorum *adiutores:* (c) vbique in suis ecclesiis docent, et in communi vel sigillatim verbo pascunt oues atque sacramenta administrant. Atque in hoc consistit eorum *ministerium*, imperio omni destitutum, quod praedicatum ea de causa tribuitur *collegio pastorum*, si plures pastores vel ecclesiae in quodam loco sunt.

§. VII.

QVIA olim *presbyteri*, qua tales, a *doctoribus* differebant, υ) vt illi praeessent ecclesiis, et omnia in coetu fidelium dirigerent, hi vero verbum diuinum docerent; inde, reformatione secuta, in quibusdam ecclesiis, maxime reformatis, reducta est differentia inter *ministerium* et *presbyterium;* vt *illud* officium docendi, sacramenta administrandi, et curam animae exercendi: *hoc* vero, cui etiam intersunt ministri ecclesiae, *officium directorium* gerat; designet pastores: pro eorum sustentatione sollicitum sit: curam pauperum habeat; mores singulorum obseruet et suo modo quandam disciplinam exerceat, iudiciaria potestate consistoriis relicta. φ) Haec *presbyteria ecclesiastica* ab ecclesiis, quas repraesentant, dependent, non item *iudicia ecclesiastica*, quae pars *regiminis ciuilis* sunt.

§. VIII.

υ) 1 *Tim.* V, 17. vid. *supra tit.* V. §. 11. *p.* 43.

φ) *tom.* I. *l. t.* §. 22. *sqq.*

§. VIII.

IVS canonicum *sanctitatem* immensam clericis attribuit quibuscunque, etiam prima tonsura tantum separatis a plebe, et in genere, *ordinatis*, ex ratione reipublicae ecclesiasticae propria. χ) Presbyteris parochis vel confessionariis praeterea assignat imperium in conscientias, ψ) seu in *foro paenitentiali*, vt loquuntur, cum *subiectione plebis*. Ab hoc *imperii* conceptu sunt alieni protestantes, docentque, ministris ecclesiae deberi *honorem* et *reuerentiam* ω) propter *curam* animae, et hoc intuitu *sanctam* eorum personam esse, cuius effectus sese praecipue exserit in *iuribus reuerentialibus*. α)

§. IX.

OLIM in singulis ecclesiis; *seculo IV et seqq.* vero primario in *ecclesiis cathedralibus* plures fuerunt presbyteri, senatum ecclesiasticum, adscitis etiam parochis ciuitatis, vna cum episcopo constituentes Primus inter eos, (quia ordo inter presbyteros in *consessu* adesse debuit,) ARCHIPRESBYTER dictus, vulgo Ertzpriester, vel *primus presbyter*, β) qui praeter *officium proprium* pedetentim etiam *vicarium* accepit, vt primarius *minister episcopi* et *adiutor*, γ) insigni auctori-

χ) *c.* 39. C. 17. *q.* 2.

ψ) *c.* 12. 13. X. *de paenit.*

ω) 1 *Tim. V*, 17. 1 *Thessal. V*, 12. 13. *Hebr. XIII*, 17.

α) *c.* 12. 15. C. 2. *qu.* 7. *c.* 8. D. 96. *c.* 9. *de renunc. l.* 4. C. *de iniur.* Conf. *tom.* I. *b. t.* §. 41. *sqq.* et B. STRYK. *de effect. iur. reuerent.* B. THOMASS. *de offic. princ. euangel. circa augenda salaria et honores ministror. ecclesiae.*

β) *Nou.* 123. *c.* 3. *in f.*

γ) prout in conciliis olim appellatus, teste MORINO *de SS. ordinat. P.* 3. *ex.* 16. *c.* 2. §. 8.

ctoritate olim praeditus. Fuit enim ab antiquo *vicarius ordinarius seu natus episcopi, curam et inspectionem in presbyteros ratione sacrorum exercens, et loco episcopi in ecclesia cathedrali et aliis archipresbyteralibus sacra peragens.* δ) Olim ab *archidiacono cum clero et populo* eligebatur: ε) iure nouo ab *episcopo* et *archidiacono*, ζ) cum etiam huic subesset, vt *vicario episcopi.* η)

§. X.

PLVRES ab antiquo fuere in dioecesibus: alius quidem in vrbe *cathedralis ecclesiae*, dignitatem in *capitulo* gerens, qui *vrbanus*: alii ruri constituti, *decani rurales* dicti, ϑ) qui per *parochias rurales*, sibi subiectas, presbyterorum curam in sacris peragendis ϑϑ) habent, ι) sine *iurisdictione* tamen, *archidiacono* delegata. Breviter: sunt *inspectores pastorum sibi subiectorum*, κ) adeoque ecclesias sibi subiectas visitant. λ)

§. XI.

PARITER protestantes parochiis pluribus, in certos districtus diuisis, praeficiunt *inspectores* vel *superintendentes*, quos alibi *decanos* dicunt. His datum est ius ordinandi sibi subiectos parochos, atque instituendi: in patronorum praesentatione exercent *votum negatiuum:* visitant ecclesias, sibi subiectas: curam rerum ecclesiasticarum

δ) *c.* 1. *D.* 25. *c.* 3. *X. h.*

ε) *c.* 20. *D.* 63.

ζ) *c.* 7. *in f. de offic. archidiac.*

η) *c.* 1. *D.* 25. *c.* 1. *X. h. t.*

ϑ) *c.* 8. *in f. de offic. archidiac.*

ϑϑ) *c.* 2. *e. f. X. h.*

ι) *c. f. X. h. t.*

κ) ESPEN *P. I. iur. eccl. tit.* 6. *c.* 2.

λ) IDEM *cit. l. c.* 5. §. 1.

rum gerunt et rationibus reddendis interſunt: mortuo paſtore *fiduciariam curam* interim vicino demandant: iurgia inter clericos, ſibi ſubiectos, componunt, ſed ſine *iurisdictione:* iura ſuorum paſtorum defendunt et ſedulam inſpectionem in eos exercent, vt ſinguli recte ſuo fungantur officio. μ)

§. XII.

IN cathedralibus eccleſiis etiam ſuperſunt ex æuo antiquo *chorepiſcopi*, ſed ſine munere, *perſonatum* gerentes duntaxat, etiam *epiſcoporum* olim *vicarii.* Tribus ſeculis prioribus fuerunt veri *epiſcopi* rurales. ν) Seculo IV vero prohibitum, in *villulis* et *agris* conſtituere epiſcopos, ξ) et qui iam erant conſtituti, epiſcopis ciuitatum ſubiecti ſunt, ο) vt eorum *vicarii*, quorum miniſterio vtebantur paſſim. π) Tandem eorum officium ſuppreſſum, ϱ) et in *rurales decanos* translatum, retento ſolo nomine, quod etiam iis olim *presbyteri rurales* ſubiecti eſſent. σ)

TIT.

μ) ſingula capita explicuit ZIEGLER *de ſuperintendente.*

ν) *diſſ. V. iur. eccleſ. antiq. ad Plin. et Tertull.*

ξ) *concil. Laodicen. c.* 57.

ο) *concil. Antioch. c.* 10.

π) *c.* 13. *concil. Ancyr.* THOMASSIN. *P.* 1. *lib.* 2. *c.* 1. §. 9. *et* 11.

ϱ) *c.* 5. *D.* 68. *Capitul.* CAROLI M. *tit.* 6. *c.* 110. 284. conf. *cit. diſſ. V. ad Plin. et Tertull.* §. 5. *ſqq.*

σ) *cit. diſſ. V.* §. 8.

TIT. XXV.

DE OFFICIO PRIMICERI

SYNOPSIS.

Vicarius episcopi etiam est primicerius. Quia in genere et speciatim in iure ecclesiastico denotauerit? I. Dignitatem & personatum gerit, ar- *chidiacono tamen subiecti uti illi clerici minores. Praecenter dictus, dirig horas canonicas. III. in eminenti dignitate fui*

§. I.

Multiplicato clero, et variis accessior aucto cultu diuino in *ecclesiis cathed bus*, noui *officiales* constituti, *episcopo* maxime *Romani*, *vicarii*. His etiam adiur PRIMICERIVS, quem in genere dicunt, *q dignitate quadam pluribus communi eminet, mumque locum tenet.* τ) In iure ecclesiastic *vicarius, a quo clerus inferior regitur*, υ) si tutus pedetentim *archidiacono*, postquam h *maiorem clerum* potestatem suam exercere grauioribus occupationibus distringi cœpit.

§. II.

INDE (1) *primiceriatus* ob vicarium ep pi munus *dignitas* est, χ) vel ad minimum *natus* ψ) in ecclesiis cathedralibus: (2)

τ) BRISSON. *de verb. signif. voce primicerius.*

υ) *c.* 1. *D.* 25.

φ) ACOSTA *ad h. t.* ab initio. conf. *t. I. h. t.* §. 1. THOMASS. *l. citand.* §.

χ) *c.* 8. *X. de rescrip X. de consuet.*

ψ) *c.* 8. *X. de consti*

to capitulari tamen poteſt tolli, quod iure nouo tanta eius non ſit neceſſitas ω): (3) archidiacono neque vt archipresbyter ſubeſt α): (4) ſubſunt eidem clerici *minorum ordinum.* β)

§. III.

DIRECTIONEM habet praeterea in diuino officio ſeu *horis canonicis*, vt ordinet, quis clericorum lectiones, benedictiones, pſalmum, laudes, offertorium, & reſponſoria dicere debeat. Ordinem et modum pſallendi in choro dirigit, γ) vnde *praecentor* dictus, δ) ſeu *primicerius ſcholae cantorum.*

§. IV.

ROMAE olim *Archidiaconus*, *archipresbyter* et *primicerius* ſuprema culmina erant, quae, abſente pontifice, gubernacula eccleſiae Romanae gerebant, ε) cum Romae etiam *primicerius* praeeſſet *diaconis*, eorumque lectiones aliaque officia diſponeret. ζ) *Praefectura* haec dignitatem tam eminentem iis peperit, vt etiam adiunctum *ſecundicerium* habuerit, η) qui in abſentia illius vices eius gerebat.

TIT.

ω) *cit. c.* 8. *de conſtit.*
α) *c.* 1. *X. h. t.*
β) *c.* 1. *D.* 25.
γ) *c.* 1. *D.* 25.
δ) *c.* 8. *X. de reſcript. c.* 6. *de conſuet.* ; ACOSTA *in comment. h. t.*
ε) THOMASSIN. *P. I. lib.* 2. *de diſcipl. eccl. c.* 103. §. 5.
ζ) *c. vn. X. h. t.*
η) Huius fit mentio in *diurno Rom. tit.* XI.

TIT. XXVI.

DE OFFICIO SACRISTAE.

SYNOPSIS.

Officii huius ratio olim simplex erat, sed thesauri ipsius dignitas ei addidit decus. I. Sacristae appellatio, inter praelatos relati. II.

§. I.

Custodia sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum, vel totius thesauri ecclesiastici, nec non eorum, quae ad *luminaria* pertinent, ϑ) *officium* quidem *simplex* olim erat; sed *thesauri ipsius* et *apparatus sacri* dignitas, praestantia et abundantia in ecclesiis cathedralibus ei addidit insignem *honorem*, vt decus singulare ei, qui officio huic praeerat, tribueret.

§. II.

CONSERVATVR hic *thesaurus* in *sacrario*, quod vulgo *sacristiam* vocant; vnde *sacrista* dictus, qui ei praeerat, inter *officiales* praecipuos episcopi relatus, vt Romae *praelatus* duntaxat huic muneri praefectus fuerit. ι)

TIT.

ϑ) *c. vn. X. h. t.*

ι) V. AVGVSTINVS PATRICIVS PICOLOMINEVS *in libro sacrar. ceremon. lib. III. sect.* 2. *c.* 18. editus a B. HOFFMANNO *tom. II. collect.*

TIT. XXVII.

DE OFFICIO CVSTODIS.

SYNOPSIS.

Custos inter tria culmina ecclesiæ relatus, ex dignitate ecclesiæ cathedralis. I. *Officium custodis et differentia huius a sacristæ officio.* II.

§. I.

Sicuti alibi primicerius κ) ita in aliis *ecclesiis cathedralibus* inter tria culmina ecclesiæ relatus est CVSTOS, quæ sunt *archidiaconus, archipresbyter, custos.* Vnde huic officio præstantiores et sanctiores tantum præponebantur. λ) Ipsius *ecclesiæ cathedralis* dignitas prælaturam huic tandem peperit.

§. II.

CVSTODIA ipsius *ecclesiæ cathedralis*, eorumque, quæ illi competunt, custodi commissa est, μ) sicuti *sacristæ pars ecclesiæ* seu *sacrarium* duntaxat. In horis canonicis campanæ ab eo, iubente archidiacono, pulsantur: omnia vtensilia ecclesiæ custodit indesinenter: lampades accendit, et exstinguit: ν) panem et vinum præparatum ad missam semper habere debet: ξ) absente episcopo oblationes etiam, eleemosynas, et decimas inter clericos diuisit olim, ο) vbi diuisio in *quatuor partes* adhuc locum habuit.

κ) §. 4. tit. XXV.
λ) c. 2. X. h. t.
μ) c. 1. X. h. t.
ν) c. 1. X. h. t.
ξ) c. 2. X. h. t.
ο) c. 2. X. h. t.

TIT. XXVIII.

DE OFFICIO VICARII.

Aliorum vicariorum species vel ex lege, vel capitulorum electione, vel decreto episcoporum dependentes. I. Quae illustrantur. II. Prima species vicariae potestatis est penes capitulum, sede vacante. III. Altera est in casu infirmi vel senis praelati, haud abiiciendi, sed coadiutore instruendi. IV. Qui proëpiscopus et vicarius eius est, non coëpiscopus. V. Constituitur cum auctoritate pontificis et consensu capituli. VI. Non simpliciter cum spe succedendi, nisi extra ordinem; imo hodie fere regulariter cum hac spe. VII. Singularis ratio horum coadiutorum cum spe succedendi. VII. Tertia species est vicariorum, ab episcopis assumtorum. Pontificalia enim peragunt per episcopos consecratos titulares. IX. Hi a pontifice constituuntur ad sedes amissas, et a barbaris occupatas, seu in partibus infidelium. X. Quid sint episcopi titulares? Eorum specialis ratio. XI. Iurisdictionem ecclesiasticam peragunt episcopi per officiales seu vicarios generales in spiritualibus. Horum origo post decursum seculi XII. quaerenda, auctore et suasore Innocentio III, XII. Horum maior necessitas in Germania. XIII. Hodie dantur vicarii generales papales, cardinalium, legatorum, episcoporum, abbatum et archidiaconorum. XIV. Vicarii episcopales praesunt vel iudiciis secularibus vel ecclesiasticis, a quibus appellatur ad archiepiscopum; ab illis vero ad suprema tribunalia imperii. XV. Iurisdictio horum iudiciorum est ordinaria, sed dependens ab arbitrio episcopi, qui limites his praescribit. Generaliter quid concessum censeatur? XVI. Praeter iurisdictionem plura ex speciali concessione in vicarium generalem transeunt, nec absque ea illi competunt. XVII. Quaedam plane ei concedi nequeunt. XVIII. A generali vicario differt foraneus seu particularis. XIX. In terris protestantium iurisdictio episcoporum et papalis cessat, adeoque dominus territorii subditis catholicis praeficere potest catholicum vicarium generalem, quoad instituta illis propria. XX. Distinguunt etiam tribunalia ecclesiastica et secularia; sed ex diversa causa

sa et diuerso consilio. XXI. *Iudicia ecclesiastica dependent a domino territorii: dantur etiam inferiora, mediatis competentia, a quibus appellatur ad superiora. Reliqua iura sacra extra iurisdictionem princeps immediate exercet.* XXII. *Dantur etiam iudicia ecclesiastica, subditis A. C. in terris catholicorum ex legis, non principis, concessione competentia.* XXIII.

§. I.

Episcoporum *officia* et *diœceses* quotidie laxiores ambitus acceperunt, vt, præter relatos *officiales*, alios *vicarios* clericos constituere necessum habuerint, quibus vices suas committerent. Atque hi omnes *ecclesiis cathedralibus* insigne decus attulerunt, *pro-pontificum* munus vel (I) ex legis præscripto, vel (II) ex capituli electione, vel (III) ex decreto episcoporum peragentes.

§. II.

PRIMVM contingit in *sedis vacantis* vel *impeditæ* casu, capitulo vicariam potestatem episcopi exercente. Alterum in casu debilitati episcopi, vel senio confecti, cui *coadiutor* ab antiquo datus est. Ultimum in assumtione *episcopi titularis*, vel *vicarii generalis*.

§. III.

PRIMA species vicariæ potestatis est penes *capitulum*, quæ sede vacante vel impedita exercetur, pertinetque ad *iura capitulorum*, dispositione legum ecclesiasticarum iis concessa, quam *proprio iure* exercent. Non aliter vero intelligi potest, quam cognito *capitulorum statu*, infra π) demum suo loco explicando.

§. IV.

π) *lib.* III. *tit.* IX.

§. IV.

ALTERA species in casu senio vel morbo confecti episcopi deprehenditur, cui extra ordinem quandoque olim *pro-episcopus*, quem *coadiutorem* nominant, datus est. ρ) Hoc *necessitas* admisit, extra quam *duos episcopos* in vna eademque dioecesi ratio reipublicae ecclesiasticae haud tolerauit. σ) Neque enim (1) ob infirmitatem corporis vel senium episcopi abiiciendi, et alii in eorum locum sunt substituendi: τ) nisi sponte resignent, υ) vel scandali vitandi causa remotio necessaria sit φ). (2) Viuenti episcopo et adhuc firmo alius succedere non debet χ). (3) Illegitimus est episcopus, qui in locum viuentis irrepsit, ex quo attentato *schismata* nata sunt, ψ) praecipue si *antipapae* discidium vniuersale in ecclesia effecerunt. ω) Denique (4) etiam infirmi et casu fortuito inhabiles facti fructus beneficii sui adhuc percipiunt. α)

§. V.

OBLIGATVR tamen, vt COADIVTOREM admittat, qualis est, *qui morbo vel senio confecto, vel alias debili praelato, in adiutorium ad regendam ecclesiam datur.* Adeoque *pro-episcopus* et magis eius *vicarius*, quam verus *coëpiscopus* est; cessante enim impedimento et infirmitate, admini-

ρ) *c.* 12. 13. 14. 17. 18. C. 7. *q.* 1.

σ) *c.* 41. C. 7. *q.* 1. *c.* 8. *concil. Nicaeni. c.* 9 *conc. Later. IV.* *a.* 1215. *c.* 14. *X. de offic. iud. ordin.*

τ) *c.* 1. 3. 4. C. 7. *q.* 1.

υ) supra *tit. IX. §. V.*

φ) *c.* 4. *X. de cleric. aegrot. vel debil.*

χ) *c.* 5. C. 7. *q.* 1.

ψ) *c.* 6. *eod.*

ω) quod fata *Constantiensis concilii* docent.

α) *c.* 1. 4. *X. de cler. aegrot. vel debil.*

ministratio eius desinit. β) Diuersa est ratio *coëpiscopi*, qui *simultaneum regimen* in solidum cum episcopo principali, etiam incolumi, exercet, γ) contra iuris rationem.

§. VI.

OLIM auctoritate *metropolitani coadiutor* impedito dabatur: δ) aliquando etiam *inuito*, vel ad tempus vel in perpetuum. ε) Iure nouo non aliter, quam ex *decreto pontificis*, quod causis maioribus eius constitutio annumeretur. ζ) Hoc impetrato, ipse episcopus sibi assumere potest *coadiutorem*, *vnum* vel *plures*, cum *assensu capituli*; vel si non possit, forsan quod demens sit, capitulum vel *duæ eius partes* eum constituunt. Si coadiutorem habere nolit, relatio a capitulo ad pontificem facienda, vt, quid faciendum sit, decernat. Denique constituto modici sumtus ex reditibus episcopalibus suppeditandi. η)

§. VII.

INDE vero liquet, coadiutorem primario *spem succedendi* non constitui, quod *vnum* vel *plures* sibi episcopus cum capituli consensu adsciscere queat. ϑ) Diuersa ratio fuit *coëpiscoporum*, ι) qui *in solidum* regimini ecclesiæ præfuerunt,

β) *c.* 37. *X. de offic. et pot. iud. deleg.*

γ) exemplo AVGVSTINI, VALERIO incolumi coëpiscopi dati. vid. *c.* 12. *C.* 7. *q.* 1.

δ) *c.* 5. *X. de cler. ægrot.*

ε) *c.* 37. *X. de offic. et pot. iud. deleg.*

ζ) *c.* 1. *de clerico ægrot. vel debil. in* 6.

η) vt plenius in *c.* 1. *de cler. ægrot. in* 6. traditur.

ϑ) *cit. c.* 1.

ι) SOZOM. *lib. II. c.* 20.

erunt, quod quandoque *extra ordinem* κ) factum est, pro *successione* firmanda. Denique, vrgente *necessitate* et *vtilitate* ecclesiae cathedralis vel monasterii, etiam coadiutor cum *spe succedendi* constituitur, causa diligenter a *pontifice* cognita. λ) In hunc finem hodie fere vnice vtriusque religionis capitula coadiutores eligunt, tum vt successor sit certus: tum vt incommoda sedis vacantis euitentur. A. C. addicti tamen superioris auctoritate non indigent.

§. VIII.

TALIS vero (1) coadiutor cum *spe succedendi* datur etiam illi, qui eo non indiget, episcopis tot officialibus instructis, vt etiam infirmi illis non indigeant: (2) capituli *electione* designatur, capitulatione adstringitur, et a pontifice confirmatur: (3) etiam *inuito episcopo* eligitur, quo viuente non vtitur pontificalibus, sed tantum *ius ad rem* non *ius in re* habere dicitur: μ) (4) mortuo praelato ipso iure statim succedit: ν) (5) non tenetur interim ad residentiam: (6) eo mortuo ante episcopum, effectu caret.

§. IX.

TERTIA vicariorum species est illorum, quos episcopi sibi assumunt. Exercent vero hi (I) *pontificalia*: (II) *imperium sacrum*. Ad illa alium, quam *consecratum episcopum*, adhibere non possunt; qua de causa *episcopum titularem* seu in *partibus infidelium* sibi adsciscunt, quem vulgo

κ) c. 3. 4. 5. C. 8. q. 1.
λ) *concil. Trident. sess.* 25. *de reform. c.* 7.
μ) BARBOSA *ad concil. Trid. cit. l. n.* 6.
ν) *tom. II. de cler. agnat.* §. 23.

go Weih-Bischoff dicunt, per quem *pontificalia* peragunt.

§. X.

CONSTITVVNTVR tales ab *episcopo* quidem, ad *pontificalia* iure vicario exercenda; a *pontifice* vero ad sedes amissas, & per infideles occupatas, quo more vsi iam sunt *imperatores Graeci*, quoad sedes a barbaris occupatas. ξ) Eodem etiam vsus est pontifex, post infeliciter finitam expeditionem sacram, episcopis ibidem constitutis sedes suas relinquere coactis, quos olim *vacantes* dixere, interim *regimini* alterius ecclesiae *vicario* praefectos. ο) Seculo XIV iam plures in Germania memorantur *episcopi titulares*, π) quos tamen CLEMENS V. aliter admittere noluit, quam accedente *auctoritate speciali sedis apostolicae*. ϱ) Ab hoc tempore vnice a Papa constituti sunt, nec desierunt dari, licet eorum constitutio a plurimis in concilio Tridentino σ) improbata fuerit.

§. XI.

SVNT ergo EPISCOPI TITVLARES, *episcopi consecrati sine reali dioecesi, a sedibus deperditis solo tantum titulo designati, ne spes earundem recuperandarum deponatur.* τ) Quocirca, quia di-

ξ) THOMASSIN. *l. citando c. 28. §. 4. sqq.*

ο) *c. 42. C. 7. q. 1. c. 5. D. 92.*

π) THOMASSINVS *P. I. lib. 1. c. 27. §. 4. sq.*

ϱ) *clem. 5. de elect.*

σ) PAVLVS SARPIVS *in histor. conc. Trid. p. 1233. sq.* De *episcopo titulari* scripsit HIERONYMVS WIELMIVS. Nouiter vero Romae anno 1733. *de episcopo titulari seu in partibus infidelium* tractatum canonicum edidit ANDREAS HIERONYMVS ANDREVCCI e soc. Jesu.

τ) THOMASSIN. *cit. l. c. 28. §. 5. sq.*

dioecesi reali carent, (1) *actus pontificales* nullibi exercere possunt, absque *proprii praelati* permissione υ): (2) veri dicuntur *episcopi* ex *consecratione*, et ita in *pontificalibus* aliorum episcoporum vices supplere possunt: (3) non eliguntur a capitulo, quod deest, sed *immediate* a pontifice constituuntur: (4) pontifex etiam hos *nuncios* mittere solet, vt *episcopali dignitate* coruscent: (5) assignat iis etiam, vt *missionariis*, per Germaniam prouincias, ab A. C. consortibus possessas, in quibus adhuc catholici habitant. φ)

§. XII.

AD *imperium sacrum* seu *iurisdictionem* exercendam in dioecesibus assumuntur ab episcopis VICARII κατ' ἐξοχὴν sic dicti, vel etiam OFFICIALES, χ) *qui vices episcopi in spiritualibus, h. e. in iurisdictione et aliis iuribus sacris speciatim concessis et eidem reseruatis supplent.* Iam olim seculo VI pontifex, vt *ius patriarchicum* per occidentem firmaret, quibusdam metropolitanis cum *pallio* contulit *vicariatum*, vt *Arelatensi* ψ) aliisque, ω) vt ea, quae canonibus statuta, vel a pontifice mandata, seruarentur. α) Episcopos quoque vices suas archidiaconis, archipresbyteris aliisque contulisse, supra dictum est. β) Sed praeterea

υ) *concil. Trident. sess. XIV. de reform. c.* 2. quamuis nihilominus ecclesiae suae fingantur copulati, vt supra *tit.* 26. §. 51. *p.* 104. dictum, adeoque absque *postulatione* ad aliam ecclesiam promoueri nequeant.

φ) Talis titularis episcopus Hannouerae residet.

χ) *c.* 1. 2. 3. *h. t. in* 6.

ψ) *c.* 3. *C.* 25. *q.* 2.

ω) vid. *obseru. ad* PETRVM *de* MARCA *de conc. sacerd. et imp. lib.* 5. *c.* 6. *obseru.* 3.

α) *c.* 6. *C.* 25. *q.* 2.

β) *c.* 7. *X. de offic. archidiaconi.*

post decursum seculi XII γ) episcopi vica-
nerales arbitrarios, seu ab eorum arbitrio
dentes, constituerunt, tum quod episcopi,
e cruce signati, sæpe abessent, et multipli-
upationum onere distringerentur: δ) tum
quod archidiaconi illis graues, et vastissimi
eos limites essent. Ipse etiam INNOCEN-
III in concilio Lateranensi iis auctor fuit,
arios tales sibi constituerent, ε) qui seculo
m vbique inualuerunt. ζ)

§. XIII.

is itaque de causis *prælati* qualescunque
iurisdictionis ecclesiasticæ exercitium *vicarios*
les sibi adsumserunt, eo magis in Germa-
cessarios, quod episcopi sæpe pluribus præ-
ioecesibus, et præterea *territoria secularia*
eant cum *superioritate territoriali*, quæ rur-
auioribus illos implicat occupationibus.

§. XIV.

HINC dantur (1) *vicarii generales papales*;
a vrbe, cuius potestas extra illam se non
lit: η) tum in *patrimonio* Petri, quod per
os regitur, ϑ) inter quos eminet *Auenio*.
Dantur (2) *cardinalium*, *legatorum*,
porum, *abbatum*, imo etiam *archidiaco-*
vicarii, qui vices prælatorum in *spiri-*
tuali

iam de his nec in *de-*
ratiani, nec in *hoc ti-*
aliquid occurrit.
. 15. X. *de offic. iudic.*

. 15. *cit.*
t ostenditur *h. t.* *in* 6.

qui vnice de his *officialibus*
agit.

η) *c.* 5. *X. h. t.*

ϑ) SBROZIUS *de resignat. benef. lib.* I *qu.* 3. *n.* 19.
CARMON. *de incompatibil. benef.* P. 1. *c.* 15. *n.* 1.

tuali potestate seu iurisdictione exercere dicuntur.

§. XV.

VICARII *episcopi* generales, seu *officiales* constituuntur vel ad *ecclesiastica*, vel ad *secularia*. Hi praesunt *tribunalibus secularibus* in Germania, in qua episcopi duplicem gerunt personam, *episcopi* et *principis secularis*, adeoque conueniens est, vt diuersa quoque erigant tribunalia. Illi vero *iudiciis ecclesiasticis* praesunt, magis seculo XII excultis per receptionem processus iuris Romani, vt etiam latino idiomate in his omnia proponantur. Atque hi speciatim dicuntur *vicarii generales in spiritualibus*, ι) inter *praelatos* relati, et *idem auditorium* cum *episcopis* habentes. κ) Ab his appellatur ad archiepiscopum vel pontificem, non ad ipsum episcopum: λ) ab illis vero ad suprema tribunalia imperii. Hoc etiam locum habet, si aeque *temporalibus* et *spiritualibus* praesunt. μ)

§. XVI.

POSTQVAM haec *tribunalia*, quae *officialibus* dicuntur, ea lege erecta, vt *ordinarie* et *regulariter* causae ecclesiasticae huc deferantur, officiales, qui his praesunt, *ordinariam* dicuntur *iurisdictionem* exercere, ν) quod haec iurisdictio *lege perpetua* constituta sit. Est tamen nihilominus *dependens* ab episcopi arbitrio, cui rationibus reddendis obnoxii sunt officiales seu vicarii, quia intra

ι) *c. 3. de temp. ord. in 6.*
κ) *c. 2. de consuetud. in 6. c. 3. de appellat. in 6.*
λ) *c. 2. cit.*
μ) *R. I. de anno* 1654. §. 164. *capitul. Caroli VI. art.* 14.
ν) *tom. I. h. t. §.* 7.

intra limites, ab episcopo præscriptos, se continere debent. Quocirca generalis *commissio officii* caussarum cognitionem duntaxat continet, seu iurisdictionem contentiosam, ξ) cui etiam subsunt archidiaconi, a quibus ad vicarios generales appellatur. ο)

§. XVII.

CETERA iura sacra, quæ præter *iurisdictionem* episcopo competunt, speciali concessione indigent, nec sub *generali commissione* veniunt: (1) vt collationes beneficiorum π): (2) potestas inquirendi, corrigendi, aut puniendi quorundam excessus, seu a suis beneficiis, officiis vel administrationibus amouendi ϱ): (3) dispensandi: (4) admittendi resignationes beneficiorum: (5) auctoritatem interponendi in alienationibus bonorum ecclesiasticorum: (6) dandi licentiam episcopis vicinis ordinandi clericos diœcesanos, episcopo in remotis agente σ): (7) a casibus, episcopo reseruatis, absoluendi τ): (8) vniendi beneficia: (9) vniones rescindendi: (10) auctoritatem interponendi in exstructione monasteriorum et ecclesiarum: (11) ius aggratiandi in pœnis: (12)) de crimine hæreseos cognoscendi: (13) concedendi indulgentias etc. ττ) Hæc et alia eminentiora

ξ) *c. 2. h. t. in* 6. *c.* 3. *de appellat. in* 6.

ο) *c.* 3. *cit. pr.*

π) *c. f. h. t. in* 6.

ϱ) *c.* 2. *h t. in* 6. *concil. Trident. sess.* 13. *de reform. c.* 4.

σ) *c.* 3. *de tempor. ordin. in* 6. LEVRENIVS *de vicar. episc. qu.* 466.

τ) *c.* 2. *de pœnit. et remiss. in* 6.

ττ) LEVRENIVS *de vicar. episc. qu.* 139.

tiora iura *v*) reseruata sunt episcopalia, quae etiam determinari solent statutis synodalibus. *φ*)

§. XVIII.

SVNT etiam *iura episcopalia*, quae iis plane concedi nequeunt, vel quod ex *consecratione*, qua *vicarius generalis* destituitur, dependeant, vt *pontificalia:* vel quod episcopo, vt *sedis apostolicae delegato*, competant in loca exemta: *χ*) vel quod speciatim *praesentiam episcopi* desiderent, vt ius degradandi clericos. *ψ*)

§. XIX.

AB his *generalibus vicariis* distinguuntur *particulares*, vulgo dicti *foranei*, qui in aliqua dioeceseos parte iurisdictionem sacram exercent, sed *subordinate* et in *prima instantia*, saluo recursu ad supremum tribunal ecclesiasticum, cui praeest *vicarius generalis*. Videntur hi in locum *archidiaconorum*, in certis bannis archidiaconalibus olim ius dicentium, introducti, quos optimo consilio cum principalibus archidiaconis in plurimis dioecesibus exesse voluerunt.

§. XX.

IN protestantium prouinciis quiescere iussa est *iurisdictio episcoporum* et *pontificis*, *ω*) vt ne-

v) de quibus prolixe agit PETRVS LEVRENIVS *de vicar. episc.*

φ) vid. LVNIG. *p.* 2. *spicil. eccles. p.* 269.

χ) LEVRENIVS *de vicar. episc. qu.* III.

ψ) *concil. Trid. sess.* 12. *de reform. c.* 4.

ω) *instr. pac. art. V.* §. 48.

nequidem ad monasteria et ecclesias catholicorum se amplius extendat, aeque cum aliis ecclesiis, A. C. addictis, superioritati territoriali subiecta. Cum vero propria sacra habeant atque instituta, quae ab alio, quam *praelato catholico*, regi non possunt, nihil impedit, quo minus dominus territorii *generalem vicarium in spiritualibus* subditis, sacris Romanae ecclesiae addictis, praeficiat, ad ea potissimum iura exercenda, quae illi propria sunt. Huius inspectioni et regimini etiam recte subiiciuntur *ordines exemti*, olim immediate pontifici subiecti, cuius potestate gaudet dominus territorii. α)

§. XXI.

PRAETEREA sicuti in dioecesibus iudicia *ecclesiastica* et *secularia* distinguuntur, ita in terris protestantium plerisque, optimo consilio haec duo tribunalia distincta sunt, non quidem ex *necessitate*, vt CARPZOVIVS β) censuit, nec quod princeps *duplicem* repraesentet *personam*, sed quod rei euangelicae haec separatio magis expedire visa fuerit, et superioritas sacra statuum A. C. independens sit.

§. XXII.

IVDICIA haec ecclesiastica, aeque ac secularia, a domino territorii, *qua tali*, dependent, γ) non

α) iura, quae tali praelato committi possunt, vt *vicario generali*, enumerata et illustrata sunt *tom. I. P. I. consult. et decis. argum. XV. n.* 104. *sqq.*

β) *in iurispr. consist. lib.* I. *def.* II. conf. *tom. I. b. t.* §. 18 *sqq.*

γ) *tom. I. b. t.* §. 26.

non ab ecclesia, suntque vel *superiora* vel *inferiora.* Hæc quandoque ciuitatibus et nobilibus mediatis competunt, cum nihil impediat, quo minus iurisdictionis ecclesiasticæ capaces esse possint in *prima instantia;* δ) quod multo magis de *territoriis subalternis* dicendum est, maiori auctoritate in sacris pollentibus. ε) Præficit huic tribunali laicos et clericos, ζ) a quibus appellatur ad maiora territorii tribunalia, non æque ad imperii dicasteria. η) Ipse princeps huic non subiicitur in caussis matrimonialibus aliisque, quas ipse ratione *subditorum* libere determinat. θ) Reliqua iura sacra, huic non data, immediate princeps exercet. ι)

§. XXIII.

AB his consistoriis ordinariis differunt *iudicia ecclesiastica*, quæ Landsassii et subditi statuum catholicorum anno 1624. in caussis ecclesiasticis exercuerunt, κ) a legis publicæ dispositione, non a *domini territorii catholicæ religioni* addicti arbitrio, dependentia. Vnde ab his ad illum recursus non datur, nec ei integrum est, caussas huc pertinentes auocare. λ)

TIT.

δ) *tom. I. h. t.* §. 27. *sqq.* DONDORFF *de iurisdict. eccles. quatenus magistratui municip. et in specie Hexapolitano competat.* HERTIVS *de superior. territor.* §. 13.

ε) vid. *tom. I. P. 1. consult. et decis. arg.* 34.

ζ) *tom. I. h. t.* §. 30. *sqq.*

η) *ibid.* §. 38. *sq.*

θ) *ibid.* §. 47. *sqq.*

ι) *ibid.* §. 49. *sqq.*

κ) *art. V. I. P.* §. 31.

λ) *tom. I. h. t.* §. 43.

TIT. XXIX.

FFICIO ET POTESTA-
IVDICIS DELEGATI.

SYNOPSIS.

inarii vicarii sunt ssarii. Causa dele- ipalium et hodier- Quid iudices de- ? Quinam dele- legati regulariter non possunt, nisi tacite hoc conces- Delegatio fit motu ad instantiam li- III. Quinam de- it? IV. Delegan- plures definite vel De clausula: Si non omnes, et altera: vt vnus aut ambo procedant. V. Delegatur vel tota causa, vel pars, principium, medium, finis. Stricte limites commissionis obseruandi. VI. Honos et potestas delegatorum. Sunt instar iudicum ordinariorum, vt ab iis appellari possit ad delegantem, et quandoque ad subdelegantem. VII. Quomodo exspiret delegatorum officium. VIII.

§. I.

ordinarios vicarios, h. e. *magistratus esiasticos superiores*, dantur etiam *extraonarii*, vices prælati gerentes in *speciali* per *delegatam iurisdictionem*, seu *com-*, *v*) qui *delegati* vocantur. Causa de- xtra ordinem iudices ad certam causam a iurisdictione, quærenda in curia Ro- stquam enim frequentissimus ad eam re- cursus

X. *h. t.* 6. 7. *h. t. in* 6. *c.* 3. X. *de re-* ocatur in *c.* 14. *et script.* cimus X. *h. t. c.* 5.

curſus vel per *appellationem* vel per viam *ſimplicis querelæ in prima inſtantia* eſſe cœpit, atque hanc praxin ISIDORI *collectio* promouit, nonobſtante iudicum ordinariorum contradictione, ξ) *euocationes ſubditorum* ægre ferentium, ο) prudente conſilio electa eſt via *delegandi iudices in partibus*, vt loquuntur, ne extra prouinciam vel diœceſin cauſa tracta videretur. π) Inde vnice de *delegationibus papalibus* h. t. agitur, quamuis ad quascunque curias pedetentim harum praxis peruenerit. Eo rarius tamen illorum vſus concedendus, quod in curiis principum neceſſitas earum *regulariter* deficiat, tribunalibus ordinariis non deficientibus. ϱ) Admittuntur tamen, ſi qualitas *cauſarum* vel *perſonarum* commisſiones deſiderat, ϱϱ) quarum ratio tamen minime æſtimanda ex iudicum pedaneorum poteſtate. σ)

§. II.

SVNT ergo IVDICES DELEGATI *perſonæ idoneæ, quibus imperans vel ſuperior vices ſuas in cognitione vel compoſitione certæ cauſæ controuerſæ extra ordinem σσ) committit.* Delegant ergo, (1) a *quibus iurisdictio principaliter dependet*, h. e. pon-

ξ) *c.* 1. X *h. t.*

ο) *c.* 38. X *h. t.*

π) *c.* 28 X. *de reſcript. vbi cautum, ne quis extra diœceſin vltra duas diætas trahatur.*

ϱ) vid. *ordin. proc. Saxon. emend. t.* 1. §. 9.

ϱϱ) Huc referri poſſunt deſideratæ *commiſſiones locales,* ad cauſas grauaminum religionis eruendas.

σ) Aut ex interpretum fluctuationibus ad *auth. ad hæc* C. *de iudic.* ad quas reſpexit pontifex in *c.* 27. X. *h. t.*

σσ) Inde vocantur *iudices extraordinarii* in *c.* 5. X. *de transact.*

pontifex, τ) prælati, υ) principesque seculares; φ) non item horum *iudices ordinarii*, quorum industria singulariter electa; nisi (1) ad actus quosdam particulares, qui in *ordinaria audientia* commode expediri nequeunt, vel (2) si hac potestate speciatim præditi fuerint, vt *regimina* in quibusdam prouinciis. Vnde nec *delegati* subdelegare possunt, χ) nisi vel *expresse* vel *tacite* hæc potestas iis concessa. Posterius factum censetur vel ob *dignitatem delegatorum*, qua coruscant *papales*, pontifice non alios, quam in *dignitate ecclesiastica* constitutos delegante: ψ) vel ob singularem eorum statum. ω)

§. III.

DELEGATIONES fiunt (II) vel *motu proprio*, ex qualitate causæ aut suadente vtilitate reipublicæ, veluti si causa grauis et ardua sit: α) vel ad *instantiam* litigantium. β) Illæ communibus, hæ petentium sumtibus expediuntur: hæ facilius declinari possunt ab aduersario, non item illæ. Papales declinari in genere non possunt, ne causæ extra prouinciam trahantur.

§. IV.

DELEGANTVR (III) *idoneæ personæ* tum ratione *ætatis:* γ) tum ratione *dignitatis*, quæ in papa-

τ) *c. 3. X. h. t. c. 3. h. t. in 6.*
υ) *c. 7. de offic. ordin. in 6.*
φ) *l. 5. C. de iudic.* ibi: *nisi a principe iudex datus sit.*
χ) *tom. I. h. t.* §. 15.
ψ) *c.* 11. *de rescript. in 6.* nisi forsan industria singularis delegatorum papalium electa. *c.* 43. *X. c.* 12. *h. t. in* 6.
ω) Si capitulum vel aliud corpus illustre delegatum, vel etiam abbatissa.
α) *c. 3. X. h. t.*
β) *c. 43. X. h. t.*
γ) *c. 41. X. h. t.*

papalibus desideratur: tum ratione *qualitatis causæ*, quod ad caussas ecclesiasticas clerici delegandi: δ) tum ratione *morum*, ne *suspecti* sint, qui recusari possunt. ε) De *causa suspicionis* cognoscunt vel ipsi concommissarii dati cum clausula: *si non omnes:* ζ) vel *arbitri* ad hoc electi. η)

§. V.

DELEGANTVR (IV) *vnus* vel *plures*, atque hi vel *indefinite*, quo casu alter absque altero procedere nequit, ϑ) nisi impeditus hac potestate præditus alteri vices suas delegauerit: ι) vel *definite* cum *clausula conditionali: si non omnes;* vel disiunctiua: *vt vnus aut duo aut omnes procedant.* κ) Priori casu, vno impedito, quod vel *non possit*, vel *nolit* commissioni interesse, λ) reliqui tantum *suo iure* λλ) procedere possunt, de quo ante omnia *ex actis* constare debet. μ) Posteriori casu etiam vnus præueniens alios excludere potest, ν) vt tamen, hoc impedito, reliqui caussam continuare queant. ξ)

§. VI.

DELEGATVR (V) vel *tota causa*, quod a pontifice fieri solet, etiam cum *potestate exequendi*, ο) quod *iurisdictione plena* delegatus fruatur: π) vel

δ) *c.* 11. *de rescript. in* 6.

ε) *c.* 17. *X. h. t.*

ζ) *c.* 4. *h. t. in* 6. *c.* 22. *X. h. t. c.* 13. *X de rescript.*

η) *c.* 39. *X. c.* 4. *h. t. in* 6.

ϑ) *c.* 16. 22. 42. *X. h. t.*

ι) *c.* 6. *X. h. t.*

κ) *c.* 8. *h. t. in* 6. *c.* 11. *de haeret. in* 6.

λ) *c.* 13. *X. de rescript.*

λλ) *c.* 34. *X. h. t.*

μ) *c.* 21. *X. h. t.*

ν) *c.* 6. *de precur. in* 6.

ξ) *c.* 8. *h. t. in* 6.

ο) *c.* 7. 26. 28. *verf. quia vero X. h. t.*

π) *c.* 5. 27. 28. *X. h. t.*

vel *pars* tantum causæ, veluti *executio*. Vnde differt delegatus *cognitionis* et *executionis*, ϱ) omni *cognitione* destitutus. ϱϱ) Pariter potest delegari *principium*, *medium* et *finis causæ*. σ) Vt plurimum hodie in curiis principum *pars* tantum *causæ* vel *actus* quidam *particulares* delegantur, velnti amicabilis compositio, examen testium, cetera, qui stricte *commissarii*, *cognitores*, vel *auditores* vocantur. σσ) Stricte itaque limites præscripti obseruandi, τ) vt tamen etiam commissa censeantur *accessoria*, υ) et sine quibus delegatio expediri nequit. φ)

§. VII.

DELEGATIS papalibus ex qualitate delegantis singularis honos debetur; χ) habent enim potestatem in omnes, qui illorum iurisdictionem impediunt, ψ) et ad instar *iudicum inferiorum ordinariorum* habentur. Vnde ab illis appellatur ad delegantem. ω) A subdelegatis appellatur ad principalem delegantem, si totam causam subdelegauerint: α) si *partem* duntaxat quandam, vt quid sibi reseruauerint, αα) ad *subdelegantem*. β)

§. VIII.

EXSPIRAT officium delegatorum (I) *morte delegantis*, *re adhuc integra*: litis pendentia constí-

ϱ) *c.* 28. *verſ. quia* X. *h. t.*

ϱϱ) *c.* 27. X. *h. c.* 24. X. *de reſcript.*

σ) *c.* 27. X. *h. t.* ACOSTA *h. t. p.* 141.

σσ) *c.* 27. *verſu porro* X. *h. t.*

τ) *c.* 4. 21. 32. X. *h. t. c.* 24. X. *de reſcript.*

υ) *c.* 5. *et* 21. X. *h. t.*

φ) *c.* 5. 11. 13. X. *h. t.*

χ) *c.* 11. X. *et c.* 2. *h. t. in* 6.

ψ) *c.* 1. 11. X. *h. t.*

ω) *c.* 11. *h. t. in* 6.

α) *c.* 3. *h. t. in* 6.

αα) *c.* 38. X. *h. t.*

β) *c.* 18. 26. §. *porro h. t. c.* 7. 10. 14. *h. t. in* 6.

ſtituta, non exſpirat: γ) (II) *morte delegatorum*, niſi forſan *officio* delegatio facta; δ) vel clauſula adiecta: *ſi non omnes:* ε) (III) *Reuocatione* ζ) etiam ſubdelegantium, ſi poteſtas reuocandi reſeruata. η) (IV) *Finito negotio*, veluti facta executione. ϑ) (V) *Recuſatione* vel *prouocatione ad ordinarium*, quae hodie permiſſa. (VI) *Temporis lapſu*, quo delegatio incluſa fuit, niſi de communi partium conſenſu illud prorogatum fuerit. ι)

TIT. XXX.

DE OFFICIO LEGATI.

SYNOPSIS.

Legati a pontifice mittuntur vel cum iurisdictione, vel pro nudo negotio expediendo. I. Definitio legatorum. Tres eorum ſpecies. II. Legati nati quinam? de legatione regi Siciliae demandata. III. Eorum poteſtas, ſed hodie admodum imminuta, excepta legatione Sicula. IV. Miſſi ſunt vel ex ordine cardinalium, qui a latere dicuntur, vel ſimplices nuncii ex alio ordine lecti. V. Legatorum a latere eximia dignitas et poteſtas in beneficiis conferendis et iurisdictionis eccleſiaſticae exercitio. Inſtar ordinariorum, imo proconſulum antiquorum habentur. VI. Minor nunciorum dignitas et poteſtas, licet itidem vt iudices ordinarii in prouincia ſibi decreta habeantur. VII. Iure hodierno legatorum poteſtas valde imminuta, vt ordinariorum iurisdictionem turbare non valeant. VIII. —

§. I.

γ) *c.* 19. 30. *X. c.* 6. 7. *h. t. in* 6. ſi *executio gratiae* commiſſa, *c.* 9. *h. t. in* 6.

δ) *c.* 14. *X. h. t.*

ε) *c.* 42. *X. h. t.*

ζ) *c.* 6. *h. t. in* 6.

η) *c.* 7. *h. t. in* 6.

ϑ) *c.* 9. 26. *X. h. t.*

ι) *c.* 4. *X. h. t.*

§. I.

VICARIVM pontificis munus etiam gerunt *legati*, quibus in certis prouinciis ab antiquo commissum fuit *legationis officium* ad instar veterum *proconsulum* ceterorumque præsidum, quibus certæ erant decretæ prouinciæ moderandæ. Etenim prouinciarum sibi commissarum *ordinarii* habentur, κ) quod ipse papa *concurrentem iurisdictionem* cum quouis ordinario sibi afferat. Præterea sicuti iure Romano noti erant *legati simplices*, et *cum iurisdictione missi*, λ) ita pontifex legatos mittit vel *cum* vel *sine iurisdictione*. Illi mittuntur in certam prouinciam, aliquando plures, μ) in quibus vices pontificis gerunt, et imperium sacrum exercent: ν) hi, more gentium, ad certum ministerium expediendum ablegantur. ξ)

§. II.

SVNT vero LEGATI *ministri pontificis missi, vel ad negotium cum rebuspubl. christianis expediendum more gentium; vel ad iurisdictionem pontificis ad instar magistratuum explicandam in prouinciis sibi demandatis.* Horum tria genera recen-

κ) *c. 2. h. t. in 6.*

λ) *t. t. D. de offic. proc. et legati.*

μ) *c. 4. 7. X. h. t.*

ν) *c. 1. X. h. t.*

ξ) Vt olim *Apocrisiarii*, summi pontificis responsa seu mandata in aula Constantinopolitana exequentes. *Nov. 6. c. 2. in f. N. 123. c. 25.* CANTEL. *in histor. metrop. vrb. P. I. diss. IV. c. 3.* Imo *iam vsu diuturno receptum esse*, IDEM *cit. l. c. 4. n. 11.* testatur, *vt ne mittantur legati, nisi pax inter Christianos principes sit concilianda; nisi bellum inferendum Turcis; nisi suborta sit inter Christianos principes vel inter se vel cum pontifice dissensio.* conf. *sacr. ceremon. lib. 1. sect. 5. c. 2.*

recensentur; nam alii dicuntur *nati*, alii de *latere*, alii *missi*. o)

§. III.

LEGATI NATI sunt, *qui legationis pontificiae spartam, muneri archiepiscopali vel loco perpetuo priuilegio annexam, gerunt*. π) Hanc legationem obtinuerunt primates in regnis, ϱ) et iure singulari exercet *Rex Siciliae* per totum regnum, quod VRBANI II priuilegio, ROGERIO et eius successoribus dato, vulgo attribuunt. Huius caussa sine dubio inde petenda, quod sicuti episcopi, a patriarcha Constantinopolitano olim dependerint, ita graeci imperatores *ius sacrorum*, iure antiquo, in Sicilia exercuerint, in cuius iura successit ROGERIVS, expulsis Saracenis. Cum vero sedi papali hic subiiceret Siciliam, transigendum cum ea fuit, vt ROGERIVS *iura sacrorum* sub titulo *legati apostolici* retineret. σ) Virtute huius *legationis* Rex omnem *iurisdictionem ecclesiasticam* exercet in supremo tribunali, quod *inappellabile* est, et *monarchiam Siciliae* vocant: episcopos et archiepiscopos constituit: legatos a latere non recipit, nisi ex beneplacito et sine offensa potestatis suae supremae, et, vt paucis dicam, *rex* et *papa* in regno est. Intolerabilis haec legatio visa fuit CLEMENTI XI, vt eam anno 1714. abolere tentauerit, quamuis sine effectu. τ)

§. IV.

o) *c. 1. h. t. in 6.*

π) *c. 6. X. de praesumt.*

ϱ) *c. 1. X. h. t. c. 13. X. qui fil. sunt legit.*

σ) vid. ill. Dn. de LVDEWIG. *in singular. iur. publ. t. IV. p. 452. sqq.*

τ) Bulla abolitionis refertur *tomo VIII. bullar magni p. 148.* Defensionem monarchiae Siciliae contra eam suscepit anno 1716 DVPINVS *dans la defense de la Monarchie de Sicile contre les entreprises de la cour de Rome.*

§. IV.

PARITER ceteri *legati nati* de quibuscunque caussis, etiam in prima instantia, exemplo pontificis, cognoscunt, et concurrentem cum ordinariis exercent potestatem. υ) Sed plerumque hodie eam impediunt *legati missi*, quatenus cum *iurisdictione* in eam prouinciam mittuntur, quod tantum in horum defectu legationem suam expediant; quam rationem tamen non admittit rex Siciliae, nec olim admiserunt legati ceteri nati. φ) Denique horum auctoritas pedetentim admodum imminuta. χ)

§. V.

MISSI sunt, *qui pro arbitrio pontificis mittuntur in prouincias*, et quidem vel ex *ordine cardinalium*, qui dicuntur a *latere*, ψ) vel *collaterales*, ω) si dignitas et grauitas caussae eam legationem postulauerit: vel ex alio *ordine ecclesiastico*, qui *nuncii* vocantur, atque vel ad *tempus* vel *in perpetuum* mittuntur. Vtroque casu non *loco*, sed *personae* legatio tribuitur. α)

§. VI.

LEGATI *a latere* maius omnibus post *Romanum pontificem* in prouincia, sibi decreta, imperium habent. β) Egressi vrbem, legationis accipiunt insignia ad instar proconsulum: γ) excommu-

υ) *c.* 1. *X. h. t.*

φ) *c.* 8. *X. h. t.*

χ) vid. PARID. GRASSI *diarium Rom. cur. ad an.* 1518. *n.* 2.

ψ) *c.* 8. 9. *X. h. t.*

ω) in diplomate apud VGHELL. *in Ital. sacra tom.* I. *p.* 257. *nou. edit.*

α) *c.* 6. *X. de praesumt.*

β) *c.* 36. *de elect. in* 6.

γ) *l.* 8. *D. de offic. proc. c.* 2. *h. t. in* 6. *c.* 23. *X. de priuil.* conf. *sacr. ceremon. lib.* 1. *sect.* 8. *c.* 18.

communicatos vbique pro manus iniectione in clericos absoluunt: δ) cum quolibet ordinario exemplo papae concurrunt (I) *in beneficiis conferendis:* ε) in Germania tamen (1) sine offensa *concordatorum*, quae etiam pontificem stringunt; et de iure communi (2) saluis *reseruatis papalibus*, ζ) ac (3) saluo *iure patronatus laicali*, cui praeiudicare nequeunt. η) Pariter (II) concurrunt in *iurisdictionis exercitio* in prouincia sibi decreta cum ordinariis, quia etiam *pro ordinariis* ad instar proconsulum reputantur, *vt ibidem euellant, dissipent, aedificent atque plantent*. ϑ) Vnde eorum officium per mortem pontificis non desinit. (III) Imo praeuenire possunt ordinarium in beneficiis conferendis per *reseruationem*, ι) modo (a) vacent ante legationem finitam: (b) pendente prima in aliqua ecclesia cathedrali vel collegiata non faciant aliam. κ)

§. VII.

MINOR est potestas *nunciorum*, cum iurisdictione missorum, quamuis itidem de causis, per appellationem aut simplicem querelam ad eos delatis, vt *iudices ordinarii*, cognoscant, λ) et sic proprium tribunal, quod vocant die *Nunciatur*, habeant, atque etiam statuta condant. μ) Non tamen possunt beneficia conferre, nisi ex speciali

δ) *c.* 20. X. *de sentent. excomm. c.* 4. X. *h. t.*

ε) *c.* 31. *de praeb. in* 6.

ζ) relatis *in c.* 3. 4. *h. t. et clem.* 2. *de praeb.*

η) *c.* 28. X. *de iur. patron. c.* 6. X. *h. t.*

ϑ) *c.* 2. *h. t. in* 6.

ι) *c.* 4. *h. t. in* 6.

κ) *c.* 3. *h. t. in* 6.

λ) *c.* 1. X. *h. t.*

μ) *c.* 9. X. *h. t.*

li indultu: ν) nec abſoluunt excommunicatos ob manuum iniectionem *extra prouinciam*, vel *extraneos*, huc venientes; imo *nati* eos abſoluere plane nequeunt. ξ) Denique nec pari honore cum legatis a *latere*, qui *charaсterem* habent *repræſentatitium*, excipiuntur.

§. VIII.

OLIM legatis debebantur *procurationes* a prouincia, ad quam miſſi erant, magna cum *rapacitate* exercitæ. ο) Hic abuſus effecit, (1) vt plane hodie iis non amplius debeantur: (2) vt non ſine conſenſu principum et conditionibus præſcriptis excipiantur π) (3) vt nequidem hodie epiſcoporum iurisdictionem præripere aut turbare poſſint. ϱ)

TIT.

ν) *c.* 1. *h. t. in* 6.

ξ) *c.* 9. X. *h. t.*

ο) PETRVS DE MARCA *de conc. ſacerd. et imp. lib.* V. *c.* 48. *ſqq.*

π) ESPEN *P.* I. *iur. eccleſ. tit.* 21. *c.* 3.

ϱ) *concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 20.

TIT. XXXI.

DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII.

SYNOPSIS.

Episcopi et pontifices dicuntur iudices ordinarii. Habent diœcesin et imperium sacrum. I. *Quid designet diœcesis iure antiquo et hodierno?* II. *In Germania episcopi habent duplex territorium, sacrum et seculare.* III. *Diœceses episcoporum seculo IV ortæ auctoritate concilii provincialis. Accedere etiam debuit consensus imperatorum et regum; vnde inuestitura per annulum et baculum.* IV. *A seculo IX constitutio episcopatuum a pontifice priuatiue dependit.* V. *In his diœcesibus episcopi exercent iura pontificalia, iurisdictionis, legis diœcesanæ, et status.* VI. *Iurisdictionis stricte acceptæ capita:* VII. *Legis diœcesanæ primaria capita:* VIII. *Iura status in quonam consistant?* IX. *Potestas omnis episcoporum limitata est, saluis iuribus papalibus.* X. *Quiescit ius episcopale et papale in territoriis protestantium.* XI. *Ipsi principes A. C. ius sacrorum exercent iure proprio, non communicato.* XII. *Sed A. C. prælati duplicem adhuc personam gerunt et duplici iure censentur.* XIII.

§. I.

De *vicario iure episcoporum prælatorumue* actum: nunc de *ordinario* eorum *iure* agendum, vnde dicuntur *iudices* seu magistratus *ordinarii*, seu *principales*, quod imperium sacrum exerceant *in sua diœcesi* seu *territorio*, *proprio iure σ*); vicarii vero *exercitium alienæ iurisdictionis* habeant. *σσ*) Nata inde sunt IVRA PAPALIA

σ) vnde dicuntur *pontifices diœcesani*, c. 6. X. *de statu monach.* sicuti seculares principes *domini territorii* appellantur.

σσ) *tom. I. b. t.* §. 1.

PALIA atque EPISCOPALIA, quæ etiam *iura ordinariatus* dici ſolent, *quæ magiſtratus eccleſiaſtici ſupremi in ſua diœceſi proprio iure, non ex alieno beneficio, exercent.* Duo ergo hic conſideranda: (I) *diœceſes*, in quibus hæc exercentur: (II) ipſa *imperii ſacri* iura. Singuli epiſcopi vnam tantum diœceſin habent, et in ſingulis territoriis eccleſiaſticis vnus tantum epiſcopus; τ) pontifex vero vel *particularem* in Italia: vel *vniverſalem*, quam orbis chriſtiani limitibus includunt, habet; concurrit enim cum quolibet prælato, vt *duo capita* in *vna diœceſi* ſint.

§. II.

DIOECESIS olim *tractus multarum prouinciarum, in vnum coactarum, ſub regimine et adminiſtratione Præfecti prætorio, vel eius vicarii in ciuilibus*, ττ) *aut exarchi in eccleſiaſticis* υ) dicebatur. Quocirca ius eccleſiaſticum plures prouincias, ad vnum patriarcham pertinentes huc refert: præterea vero prouincias metropolitanorum, ſub quibus ſunt epiſcopi plures, *diœceſes* ius eccleſiaſticum appellat. φ) Tandem etiam *territoria ſingulorum epiſcoporum* hoc nomine venerunt, χ) qui ſignificatus hodie frequentior eſt.

§. III.

τ) *c.* 14. *X. b. t.*

ττ) IACOBVS GODOFREDVS *in topograph. Cod. Theodoſ.* SPANHEMIVS *in Geograph. ſacra et eccleſ. tom. I. p.* 71. *ſqq.*

υ) CAROLVS A S. PAVLO *Geograph. ſacra proœm. p.* 5. *ſq. c.* 2. *concil. Conſtantinopol.* P. de MARCA *de conc. ſacerd. et imp lib. VII. c.* 5. §. 2. *ſqq.*

φ) CANTELIVS *in hiſtor. metrop. vrb. p.* 3.

χ) *Concil. Trid. ſeſſ. XIV. de ref. c.* 2. *ſeſſ. VI. de reform. c.* 5.

§. III.

HABENT autem episcopi in Germania duplex *territorium: ecclesiasticum*, ad iurisdictionem eorum ecclesiasticam pertinens, quod etiam per Statuum secularium territoria se extendit: vel *seculare*, cui praeest simul, vt *princeps imperii* cum *superioritatis territorialis* exercitio. Vtrumque diuersos limites habet diuersamque *causam efficientem.* ψ)

§. IV.

PRIMITIVAE ecclesiae singulae episcopos habuere, vt plantatio ecclesiarum, olim libera, in se contineret plantationem sedium episcopalium. Seculo IV demum episcopi, in *celebrioribus* collocati *ciuitatibus*, ω) territorium seu *parochiam* acceperunt, auctoritate *concilii prouincialis*, sub metropolitani directione. α) Metropolitanorum sedes dignitati vrbis attribuendae; non tamen postea, diuisis aliter a principe prouinciis, passi sunt patres, *dioeceses* etiam *ecclesiasticas* diuidi, ne quidem ex principis rescripto. β) Sed pedetentim Imperatoris in oriente accessit dispositio vel consensus: γ) nec in *occidente* erecti noui episcopatus sine *regum auctoritate.* δ) Pariter in Germania per BONIFACIVM plures erecti episcopatus cum consensu *pontificis* et *regis*,

ψ) *art. V. I. P.* §. 48.

ω) *concil. Sardic. c. 6.*

α) *c. 6. cit.*

β) P. DE MARCA *de concord. sacerd. et imp. lib. 2. c. 8.*

γ) *N.* 131. *c.* 3. vbi patriam suam IVSTINIANVS in archiepiscopatum erexit, consensu tamen Vigilii.

δ) COINTIVS *in annal. eccl. Franc. ad a.* 541. *n.* 71.

gis, ε) vnde natales *inuestiturae* per *annulum et baculum* repetendi. ζ)

§. V.

SECVLO XI institutio *nouorum episcopatuum*, pontifici simpliciter adscripta, η) quo iure postea *priuatiue* vsus, ϑ) exclusis *legatis a latere*. ι) Sic Ioannes XXII *diaecesin Tholosanam* diuisit in quinque dioeceses episcopales, ecclesiamque Tholosanam in *archiepiscopalem* erexit, atque a iurisdictione Narbonnensis ecclesiae penitus exemit. κ)

§. VI.

IN his *diaecesibus* seu *territoriis ecclesiasticis* exercent episcopi (I) *pontificalia*, quorsum pertinent actus ordinis episcopalis: λ) et quae ad cultum diuinum peragendum spectant. μ) (II) Ipsum *imperium sacrum* seu *regimen*, quod praecipua functio episcopi *iure nouo* esse creditur. ν) Hoc in tres dispescunt partes, quarum prima actus *iurisdictionis*: altera *legis diaecesanae* iura: ξ) tertia *iura status* seu dignitatis ecclesiasticae ο) complectitur.

§. VII.

ε) ceu docet *capitulare* KARLOMANNI *de an.* 742. *c.* 1. apud BALVZ. *tom.* I. *capitul. p.* 145.

ζ) CONRING *de constitut. episcop. German.*

η) *c.* 1. X. *ne sede vac.* THOMASSIN. *de eccl. discipl. P.* I. *lib.* I. *c.* 57. §. 8.

ϑ) *c.* 8. X. *de excess. praelat. c.* 1. X. *de translat. episc. clem.* 1. *in f. vt lite pend.*

ι) *c.* 4. X. *de legat.*

κ) *c.* 5. *extrau. commun. de praebend. et dignit.*

λ) *vid. supra tit.* 6. §. 19. *p.* 61.

μ) *c.* 14. X. *h. t.*

ν) vid. LE MAISTRE *de instaurat. antiq. episc. principat. lib.* II. *c.* 9.

ξ) *c.* 1. C. 10. *q.* 1. *c.* 16. X. *h. t.* I. *P. art. V.* §. 48.

ο) *c.* 9. X. *de probat.* vbi *honor a iurisdictione* distinguitur. *c.* 16. X. *h. t.*

K 4

§. VII.

AD *iurisdictionem* stricte acceptam pertinet caussarum omnium, ad forum ecclesiasticum de iure spectantium, *cognitio* et *decisio* cum emendis. π) Inde dicitur episcopus *iudex ordinarius* in sua dioecesi, atque per *tribunalia ecclesiastica*, quae *officialatus* dicuntur, hanc exercet potestatem. ϱ) Archiepiscopi et primates in suffraganeorum suorum subditos non aliter exercent iurisdictionem, quam caussa per *appellationem* similemue *recursum* ad eos deuoluta, aut speciali concessione papali. σ) Vnde (1) caussam appellationis quidem delegare possunt suffraganei subdito, ad suscipiendam delegationem autem eum compellere nequeunt: τ) (2) non possunt in suffraganeorum dioecesi constituere officiales, aut eam ingredi, vt in ea propria auctoritate iudicent, aut aliud quid disponant υ): (3) caussas per viam appellationis ad se deuolutas, non possunt alibi, quam in sua propria ciuitate vel dioecesi audire. φ)

§. VIII.

LEX DIOECESANA sumitur vel *generaliter* pro omni *potestate territoriali sacra*, et ita *iurisdictionem* atque *pontificalia* quoque complectitur: χ) vel *specialiter* in oppositione *iurisdictionis* et *actuum pontificalium*, cum quandoque monasteria sint exemta *secundum quid*, h. e. tantum a *iu-ris-*

π) *c.* 16. *et* 18. X. *h. t.*
ϱ) *c.* 15. X. *h. t. c.* 7. *h. t. in* 6.
σ) *c.* 9. X. *h. t.*
τ) *c.* 11. X. *h. t.*
υ) *c.* 1. *h. t. in* 6.
φ) *c.* 5. *h. t. in* 6.
χ) *c.* 3. X. *de restit. in integr. c.* 15. X. *de praescript.*

iurisdictione episcopi, non a *lege diœcesana*: ψ) Huc pertinet ω) (1) canonica obedientia ac subiectio, præstanda vel in scriptis vel homagio a clericis, qui promouentur, α) nec ab *obedientia ecclesiastica* excipiuntur laici β): (2) ius instituendi et destituendi: (3) ius corrigendi, reformandi, atque censuras ecclesiasticas infligendi, veluti per interdictum aut excommunicationem γ): (4) ius absoluendi a censuris δ): (5) beneficia conferendi: (6) visitandi ε): (7) conuocandi synodos, et statuta synodalia condendi ζ): (8) dispensandi limitato tamen modo: (9) indulgentias concedendi ad XL dies η): (10) inspectio in bona ecclesiastica et religiosas domus ϑ): (11) exactio procurationum, censuum, cathedratici, et charitatiui subsidii: (12) ius auctoritatem impertiendi in exstructione ecclesiarum et monasteriorum: (13) scholas publicas erigendi: (14) ius confirmandi, et postulationem admittendi prælatorum mediatorum. ι)

§. IX.

IVRA STATVS seu PRAEEMINENTIAE singularis voce *reuerentiæ* exprimuntur. κ) Ob hanc

ψ) c. 12. X. h. t.
ω) secundum c. 16. X. h. t.
α) c. 6. D. 23. c. 3. X. de maior. et obed. c. 15. X. de excess. prael.
β) c. 6. de maiorit.
γ) c. 1. 15. X. h. t.
δ) c. f. X. h. t.
ε) c. 15. X. h. t. c. 6. h. t. in 6.
ζ) vid. *supra tit.* II. §. 9. p. 19.
η) c. 14. X. et c. 3. de poenit. et remiss. in 6.
ϑ) l. 33. §. 4. C. de episc. et cler.
ι) v. tit. V. §. 31. tit. VI. §. 21.
κ) in c. 16. X. h. t.

TIT. XXXII.

DE OFFICIO IVDICIS.

SYNOPSIS.

Ius episcopale et officium episcopi differunt. Pariter in principe A. C. a iure sacrorum officium eius circa illius exercitium differt. I. Officium Praelatorum ad duo dirigitur, tum ad vitandum ea, quae prohibita sunt, tum ad agendum, quae eis iniuncta. Quaenam generatim ad posteriorem classem spectent? II. Officium eorum, vt iudicum ordinariorum. Olim duplex pro ratione diuersi processus. III. Officium quandoque pro actione proponi dicitur, cum litis contestatione, exceptis praeparatoriis. IV. Distinctio inter officium nobile et mercenarium hodie inanis est. V.

§. I.

Aliud est *ius episcopale*, quod in *facultate morali* consistit, de quo *tit. anteced.* actum: et aliud *officium episcoporum*, seu quid facere debeant, de quo *h. t.* ψ) Pariter intuitu principum A. C. *a iure sacrorum*, quod vi summi imperii exercent, distinguendum est eorum *officium*, quod *limitat* et *modificat* illorum exercitium, ω) vt secundum *naturam religionis*, eiusque finem et praescriptum verbi diuini, sine studio dominationis, aut imperio in conscientias; denique secundum *leges publicas imperii*, α) et *pacta*, cum statibus prouincialibus inita, illud exerceatur.

§. II.

ψ) Duo haec capita sedulo distinguit et explicat PAVLVS SQVILANTE *de obligat. et priuileg. episcop.*

ω) *tom. I. tit.* 31. §. 58. *sqq.*

α) *art. V. I. P.* §. 31. *et art. VII.* §. 1.

§. II.

OFFICIVM prælatorum duabus claſſibus includi poteſt, (I) vt, quæ prohibita et vetita, omittant: β) vt, (II) quæ illis in ſacris et iure eccleſiaſtico iniuncta ſunt, ſedulo peragant. Huc pertinet præcipue *cura animarum*, vt *verbo* et *exemplo* ædificent ſibi ſubiectos: γ) ſedulo eccleſias ſubiectas viſitent: ſalutaria inducant: vitam irreprehenſibilem agant: δ) vt cogitent, *non cathedram facere ſacerdotem, ſed ſacerdotem cathedram: non locum ſanctificare hominem, ſed hominem locum:* ε) vt curam pauperum inprimis habeant, ζ) et hoſpitales ſint: η) verbo diuino intenti, quo ſubditos paſcere debent etc.

§. III.

ATQVE hæc quidem ad *ſacerdotale officium* ſpectant, ſingulis locis illuſtranda. Officium eorum, quatenus *iudices* ſeu *magiſtratus eccleſiaſtici* ſunt, multiplex itidem eſt, et commune tam iudici *ordinario*, quam *delegato*. ϑ) Hoc præcipue verſatur circa lites obmotas, vt citius finiantur, ι) et ſuum cuique tribuatur. Olim officium magiſtratus aliter ſeſe habebat in proceſſu *ordinario*, in quo iudex pedaneus ex formula iudicabat: aliter in *cognitione extraordinaria*, in qua magiſtratus ipſe *ſummatim* et *liberius* cognoſcebat, quales cauſæ ad

β) quæ SQVILLANTE *cit. tr.* tantum recenſet.

γ) *c.* 15. *X. de offic. ind. ordin. c.* 12. *D.* 40.

δ) *c.* 6. *D.* 25. *c.* 6. 7. *D.* 40.

ε) *c.* 12. *D.* 40.

ζ) LAVNOIVS *tom. II. P.* 2. *de cura eccleſ. pro miſer. et pauper.*

η) *c.* 1. *ſqq. D.* 42.

ϑ) ACOSTA *ab init. ad h.* t.

ι) *l.* 13. *pr. D. de iudic.*

ad *officium praetoris* κατ' ἐξοχὴν pertinere dicebatur. κ)

§. IV.

HVC quoque pertinebat *restitutio minorum*, quae *extraordinariae cognitionis* sub *mero praetoris officio* erat. Hoc sensu dicitur *officium iudicis*, quod in his caussis *implorandum* erat, λ) pro *actione* proponi, μ) quod olim *sollemnis actio* deficeret, ac solum auxilium *magistratus* imploratum; atque hinc *imploratio officii iudicis* dictum. Porro saepe iudex implorandus pro alimentis decernendis, et pro aliis similibus caussis *extraordinariae cognitionis*, in quibus aduersarius tamen audiendus, et sic litis contestatione opus est. ν) Secus est, si imploratur de iis, quae ad *praeparatoria* iudicii et vnius partis iura spectant, veluti pro dando aduocatum, quem reus habere non poterat, ξ) quod, non audito aduersario, facere potest iudex.

§. V.

INDE *iure canonico* est desumta distinctio inter *officium iudicis nobile*, quod vel motu proprio vel ad meram implorationem, deficiente *sollemni actione*, exercetur, vt in persecutionibus extraordinariis: et *mercenarium*, quod circa actionem sollemniter motam versatur, et olim, iudice pedaneo dato, expediebatur. ο) Modo hoc diverso

κ) *l.* 1. §. 14. *de extraord. cognit.*

λ) *l.* 8. *l.* 46. *de minor. l.* 52. §. 1. *de fideiuss. l.* 2. §. 1. *vt in possess. legat.*

μ) in *c.* 2. *X. h. t.*

ν) *c.* 2. *X. h. t.*

ξ) *c.* 1. *X. h. t.*

ο) *tom. I. h. t.* §. 5.

verso sublato, simpliciter asserendum, officium iudicis ad regulas processus noui iuris alligatum, atque implorationem nobilis officii in processu *ordinario* inanem *oo*); in processu vero *summario* superfluum, et sic nullius vsus esse. *π*) Ceterum ipsum iudicis officium in singulis capitibus processus cuiuscunque ostendi poterit. *ϱ*)

TIT. XXXIII.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

SYNOPSIS.

Clerici ad regimen vocati inter se ordinem desiderant. I. Maioritas quid sit? duplex est, tum clericorum inter se, tum ratione laicorum. II. Primum fundamentum maioritatis est decus imperii, ex quo magistratus ecclesiastici collocantur. III. Tale etiam est in hierarchia monastica. IV. Ex hac ratione archidiaconus archipresbytero praefertur. V. Alterum fundamentum est subordinatio officiorum ecclesiasticorum. VI. Tertium est proedria simplex, ex variis caussis depromta. VII. Inferiores quidam sunt ratione subiectionis, quidam ratione subordinationis, et proedriae. VIII. Laicorum subiectio respectu praelatorum est adhuc maior iuxta ius canonicum. De legatione obedientiae et praestantia imperii sacri. IX. Remissior hodie haec obedientia est in Germania et Gallia. X. Praecedentia tamen et reuerentia, statui ecclesiastico debita, salua. XI.

§. I.

oo) quod agnitum *in R. I. de a.* 1551. §. 32.

π) *tom. I, b. t.* §. 6, *seqq.*

ϱ) Praecipua capita in vtroque processu explicata sunt *tom. I, b. t.* §. *sqq.*

§. I.

Qvia plures ſunt magiſtratus eccleſiaſtici, imo omnes clerici in genere ad regimen eccleſiæ deſtinati, τ) *ſubordinatio* inter eos conſtituta eſt, quam *maioritatem et obedientiam* dicunt. Illius præcipue ratio habetur in *proceſſionibus*, *publico regimine* et *comitiis ſacris*.

§. II.

EST ergo MAIORITAS ECCLESIASTICA nihil aliud, quam *ordo imperii ſacri legitimus, ſecundum quem alter alteri in clericatu; in genere vero clerici laicis præferri debent.* υ) Etenim *maioritas* hæc duplex eſt, tum ratione *clericorum inter ſe:* tum ratione *clericorum* intuitu *laicorum*, quos loco præcellunt. φ) Prior deſignat *ordinem legitimum clericorum inter ſe*, ſecundum quem alter alteri præferendus, (I) ob *maius imperii decus:* vel (II) ob *ſubordinationem* ordinum *eccleſiaſticorum*: vel (III) ob *proedriam ſimplicem* aliunde competentem.

§. III.

MAIVS IMPERII DECVS in magiſtratibus eccleſiaſticis conſpicuum eſt, in quibus ſequens *ordo ſedendi* in conciliis et in *hierarchia* ipſa obſeruandus. χ) Horum caput (1) eſt pontifex: ſequuntur (2) *cardinales*, *a latere pontificis* exiſtentes, et ſenatum cum eo conſtituentes: (3) legati eius: (4) patriarchæ ψ): (5) primates: (6) archi-

τ) vid. *tit. V.* §. 3. *et* 4. *p.* 39.

υ) Inde olim *maiores* Meyer, in genere dicti ſunt præfecti et propoſiti. CANGIVS *in gloſſar. voce maior.*

φ) *c. vlt. D.* 4.

χ) ſecundum *ceremon. Rom. lib.* 1. *ſect.* 14. *c.* 5.

ψ) vid. *Ceremon. Rom. lib. I. ſect.* 3. et *ſect.* 14. *c.* 5.

iepiſcopi: (7) epiſcopi exemti: (8) epiſcopi
fraganei: (9) abbates mitrati ω): (10) pro-
notarii apoſtolici: (11) vicarii generales epi-
ſporum: (12) archidiaconus α): (13) capi-
lum eccleſiarum cathedralium: (14) vicarii ca-
tulares ſede vacante β): (15) *abbates* ſimplices.

§. IV.

SED etiam *decus imperii* ſeſe exſerit in *re-
blica monaſtica;* γ) ſingulorum ordinum enim
put eſt *generalis*, vel *vicarius generalis*, illo
ortuo: ſequuntur *procuratores generales:* poſt
uinciales, et a capitulis prouincialibus deſi-
ati *viſitatores*, tandem *abbates locales*.

§. V.

HAEC ratio quoque efficit, vt *archidiaconus*,
od vices epiſcopi in *iurisdictione* gerat, archi-
esbytero præponatur, et hic illi ſubiectus ſit,
licet ille tantum *diaconus*, hic vero *presbyter*
. Pariter cardinalis diaconus præfertur omni-
s epiſcopis, quod *a latere* pontificis ſit.

§. VI.

SVBORDINATIO in ipſis ordinibus hunc
oduxit ordinem, vt primus ſit *epiſcopus:* ſe-
quan-

ω) WIESTNER *h. t. n.* 21.

α) Hunc poſtponi vicario
nerali, docet P. LEVRE-
VS *de vicar. epiſc. qu.* 60.
niſi conſuetudine aliud in-
ductum.

β) vid. LEVREN. *cit. l. qu.*
.

γ) *lib. III. tit.* 35. deline-
ta. Variam huius reipubli-
cæ faciem per diuerſos magi-
ſtratus in compendio refert
GEORGIVS RIVIVS (vero
nomine LAVTERBACHIVS,
rerum feudalium Secretar.
Guelpherbyt.) *in monaſt. hi-
ſtor. occident. c.* 169. *p.* 456.
ſqq.

δ) *c.* 2. *de offic. archid.* vid.
ſupra tit. XXIII. §. 12.

quantur *presbyteri:* deinde *diaconi*, ε) *subdiaconi* et *ordines minores.* ζ) Atque hic ordo inter ipsos cardinales episcopos, presbyteros et diaconos quoque seruatur.

§. VII.

PROEDRIA SIMPLEX ex variis aliis fontibus eruitur: (1) ex *personatu* seu *honore simplici* sine *iurisdictione*, quo inter canonicos *scholasticus*, *thesaurarius*, *sacrista* et *custos* instar praelatorum corruscant. η) (2) Ex *qualitate canonicali*, quae praeferentiam conciliauit clero cathedralium et collegiatarum ecclesiarum prae aliis clericis. (3) Ex *qualitate loci*, quae clero *ciuitatensi* praeferentiam tribuit prae clero *rustico*. (4) Ex *consuetudine*, ex qua praepositi et decani in plurimis locis abbatibus praeferuntur. ϑ) (5) Ex *tempore*, vt qui eiusdem ordinis, praeferantur secundum tempus ordinationis, ι) quod inter episcopos quoque obseruatur; κ) imo etiam inter plura monasteria eiusdem religionis in eodem reperta loco, quia prius fundatum praefertur. λ) Inter canonicos prior receptus aliis pariter praefertur. (6) Ex *singulari priuilegio*, quod praetendunt fratres *ordinis praedicatorum*, μ) aliique, qui

ε) *c.* 15. *D.* 93. *c.* 20. *eod.* *c.* 14. *X. h. t.*

ζ) vid. *supra tit. V.* §. 14. 15. *p.* 44. *sq.*

η) vid. *supra tit.* 25. *sqq.* *p.* 120.

ϑ) *tom. I. h. t.* §. 43.

ι) *c. f. D.* 17. *c.* 1. *X. h. t.*

κ) vid. *tit. VIII.* §. 8. *p.* 69.

λ) PELLIZARIVS *tom. II. manual. regul. tr. VIII. c. 6. sect. 4. subs.* 2. *n.* 212. *sqq.* conf. *tit. V.* §. 25.

μ) PELLIZARIVS *cit. l. n.* 205.

qui ad *docendum* ſunt conſtituti. ν) Denique (7) ex *qualitate eminentiori ordinatoris*. νν)

§. VIII.

MAIORIBVS opponuntur *inferiores*, qui tales ſunt (I) ratione *ſubiectionis*, iurisdictioni magiſtratus eccleſiaſtici ſubiecti, ad *obedientiam* obſtricti, ξ) reſpectu cuius *homagium* præſtant: ο) ergo exemti prælati ad illam haud obſtricti epiſcopo. π) E contrario inobedientes ad *obedientiam* cenſura eccleſiaſtica compelluntur, ρ) vel *immediate* a prælato, vel *mediate*, ſi abbatiſſæ ea denegatur, quæ excommunicare nequit. (II) Sunt quoque inferiores quidam ratione nudæ *ſubordinationis* in *officiis ſacris* in eccleſia peragendis, vel (III) *proedriæ*, quorum illi ad *reuerentiam*, hi ad *cedendum* obligantur.

§. IX.

PLVS ponderis habet maioritas prælatorum reſpectu laicorum, etiam ſummorum imperantium, ex *mente iuris canonici*. ρρ) Etenim (a) non eſt differentia inter *oues*, ſed pari ſubiectione tenentur σ): (b) regalis poteſtas longe minor eſſe dicitur

ν) Hoc ex fundamento, qui ex Soc. Jeſu ſunt, præferendam ſibi aſſerere poſſent, quia et *docendo* in ſcholis, et *verbum DEI* publice in eccleſia *tradendo* inſeruiunt eccleſiæ, quamuis ratione *fundationis* fere loco ſtare debeant vltimo.

νν) *c.* 7. *X. h. t.*

ξ) *c.* 5. *X. h. t.*

ο) Vid. *tit. præced.* §. 8.

π) *c.* 8. *X. h. t.*

ρ) *c.* 12. *X. h. t.* Ipſa bulla HONORII III. in *cit. c.* 22. relata integre exhibetur a KETTNERO *in antiq. Quedlinburg. p.* 230. vnde liquet, de *abbatiſſa Quedlinburg.* hunc textum corruptum accipiendum eſſe.

ρρ) *c.* 4. *X. h. t.*

σ) *ſupra tit. I.* §. 19. *p.* 8. *c.* 4. *X. h. t.*

citur pontificali auctoritate τ): (c) pontifex praecipue imperatores et reges sibi subiectos esse censuit cum singulari efficacia. υ) (d) Hunc in finem ab imperatore et regibus sollemnes *legationes obedientiae*, vt vocantur, φ) ab antiquo missae sunt. (e) Inde clausula consueta: *virtute obedientiae, quam matri ecclesiae debes, hortamur atque mandamus* etc. φφ)

§. X.

AST talem subiectionem et obedientiam, quam *ius canonicum* exigit, non fert praesens aetas. Et enim *legationes obedientiae*, quae Romam mittuntur, magna hodie sub praecautione fiunt, ne maiestas suprema inde detrimentum capiat. χ) Praelati et episcopi mediati Landsassiatum subire tenentur, intuitu bonorum domino territorii subiecti, χχ) et inter status prouinciales relati. Plenius adhuc subiecti sunt domino territorii protestanti. Nec Gallia tam enormia curiae Romanae principia admisit, sed reprobauit. ψ)

§. XI.

INTERIM praecedentia et reuerentia clero debita effecit, vt *status ecclesiasticus* vbique praeferatur. In Gallia primum locum tenet status ecclesiasticus, secundum nobiles, tertium plebeii. ω)

Pr-

τ) *c. 6. X. h. t. c. 1. extrav. comm. h. t.* conf. supra *tit.* 1, §. 23. §. 9.

υ) supra *tit. V.* §. 27. *p.* 49. *sq.* relata.

φ) de quibus egit CHRIST. GOTTLIEB BVDERVS in libro singulari *de legationibus obedientiae Romam missis.*

φφ) *c. 9. X. de celebrat. miss.*

χ) exemplo legationis sollemnis imperatoris inuictiss. Caroli VI. quam refert BVDERVS *cit. l.* §. 42.

χχ) HERTIVS *de subiectione territ.* §. 3.

ψ) *tom. V. tit. de sentent. excomm.* §. 45. *sqq.*

ω) ACOSTA *ad h. t. p.* 220.

Pariter in comitiis nostris status ecclesiastici peculiari scamno, et quidem a latere dextro, gaudent; in diaetis prouincialibus praerogatiuam prae comitibus et nobilibus habent, et in circulis condirectorium vnus ex episcopis gerit, alia vt taceam.

TIT. XXXIV.

DE TREVGA ET PACE.

SYNOPSIS.

Officium iudicis in componendis litibus. I. Huc quoque tendit treuga. *II. Bellum priuatum gentibus septentrionalibus familiare. Hoc secundum quid sedare studuerunt episcopi. III. Inde treuga vel* ecclesiastica *seu DEI, vel* conuentionalis *sub poena excommunicationis seruanda. Tempore belli priuati quibusdam personis et rebus pax data. IV.*

§. I.

OFFICIVM iudicis, tam *ordinarii* quam *delegati*, *tit. XXXII.* generaliter illustratum est. Sequitur, vt ostendamus, quae sint partes iudicis *specialiter* in litibus componendis, vel decidendis, id quod vel *amicabili compositione*, vel obseruatis legitimi processus requisitis, expeditur, de quibus in *seqq. titulis* et per totum *librum secundum* agendum.

§. II.

OBIECTVM huius *officii episcopalis* sunt lites et dissidia tam *extraiudicialia*, quam *iudicialia*, ad quae deponenda praelati inimicos quouis modo trahere tenentur, alias excommunicandos. α) Huc olim etiam finis TREVGAE, β) a praela-

α) *c. 6. 7. 9. D. 90.*

β) De deriuatione huius vocis

latis constitutæ, tendebat, quæ nihil aliud erat, quam *cessatio pugnæ et bellorum priuatorum ad tempus.*

§. III.

IVS *belli priuati* Gallis, Germanis, Longobardis aliisque populis septentrionalibus *legitimum* fuisse, notum est, γ) vt etiam, lite iudicialiter mota, ad arma prouocarent, et duello lites finirent. Hoc cacoëthes cum *directo* episcopi eradicare non possent, ad *inducias*, ne quotidianæ essent pugnæ, diffidentes inducebant, vel *pacto* vel *lege ecclesiastica* constitutas. δ)

§. IV.

VNDE treuga est vel *ecclesiastica* vel *conuentionalis.* Illa legibus sacratis ab episcopis constituta, in singulis hebdomadibus per quatuor dies, vt *feria quinta*, *sexta*, *septima* et *die solis* custodienda. ε) His additum erat tempus pœnitentiæ sollemnis, ab *aduentu domini* vsque ad *octauas epiphaniæ*, et a *septuagesima* vsque ad *octauas paschæ.* Hæc *treuga DEI*, vt vocabatur, in *concilio Lateranensi* contra *diffidationes* confirmata, sub pœna excommunicationis seruanda. ζ) *Conventionalis* per pactum, auxilio iudicum et maxime episcoporum, constituebatur, sanctissime ser-

vocis vid. ill. Dn. de LVDEWIG *tom. VII. reliq. in not. ad LL. Norman. p.* 285. WACHTER *in glossar. German. h. voce.*

γ) *Diffidationes* vocarunt. vid. *tom. I. h. t.* §. 2. Inde antiqua *duellorum* licentia, de qua *tom. V. tit. XIV. p.* 89.

δ) CIRON. et ACOSTA *ad h. t.*

ε) IVO *epist.* 27. *edit. Paris. de a.* 1585. *specul. Suev. c.* 4.

ζ) *c.* 1. *X. h. t.*

ſeruanda, alioquin de *treuga fracta* actio erat. η) Denique lege eccleſiaſtica perſonæ quædam et res ab omni hoſtilitate, etiam tempore belli priuati, exemtæ fuerunt. ϑ)

TIT. XXXV.

DE PACTIS.

SYNOPSIS.

Pacta et promiſſa ſimpliciter valent de iure canonico. Mos antiquus ſymbolis firmare pacta. I. Requiſita, vt pacta eccleſiaſtica valeant. II. Superior ea infirmare nequit, ſi eius iuri non derogant. Pacta publica de tolerantia religionum. III.

§. I.

Solidius lites ſedabantur *pactis remiſſoriis*, vel *amicabili compoſitione*, quibus in perpetuum hoſtilitates deponebantur, vel lites obortæ remittebantur atque hoc modo pax fiebat. ι) Atque vt hæc ſeruarentur, curare debebant epiſcopi vel *ex officio*, vel quod eorum *excommunicationi* ſeſe ſubmiſerint paciſcentes: κ) non obſeruata diſtinctione, vtrum eſſent nuda, an nonnuda, quam ignorat *ius canonicum*, λ) et *Germanicum*, ſtipulationibus nunquam receptis. Moris præterea fuit ab antiquo, promiſſis aliis, quibus res

η) vid. *LL. Norman. lib. II. c.* 5. apud Dn. DE LVDEWIG *cit. l.*

ϑ) *c. f. X. h. t.*

ι) *c.* 11. *X. de V. S.*

κ) *c.* 1. 3. *X. h. t.*

λ) *c.* 66. C. 12. *q.* 2. *c.* 12. C. 12. *q.* 5.

res dandæ, addere *ſymbola*, et *inueſtituræ* ſollemnia obſeruare; μ) vnde hæc pacta *traditiones* quoque dicta. ν)

§. II.

PRAECIPVE cuſtodienda *pacta eccleſiaſtica*, quibus corroborandis ſæpe ſuperioris approbatio ad *bene eſſe* accedit; ξ) modo (1) *legibus eccleſiaſticis publicis* ſeu *ſtatui eccleſiaſtico* non repugnent ο): (2) in detrimentum animæ non vergant π): (3) ius tertii non lædant. ϱ)

§. III.

QVOCIRCA pacta non valent in præiudicium ſuperioris, per quod eius iuri quæſito derogatur; σ) ſi huic nullum ius quæſitum, valent, vt nec vinculum obligationis ex quacunque *plenitudine* laxare poſſit, quæ tanta non eſt, ut ius naturæ ſoluere queat. Valent quoque *pacta publica* in Germania, quæ *tolerantiam religionum* concernunt, quibus *pax publica* reducta eſt, non obſtante proteſtatione pontificis. τ)

TIT.

μ) *tom. II. lib.* 3. *t.* 7. §. 3. *ſqq.*

ν) vid. *traditiones Fuldenſes* a SCHANNATTO editæ.

ξ) *c.* 2. X. *b. t.*

ο) *c.* 4. 5. 6. *b. t. c.* 12. X. *de for. compet.*

π) *c. f.* X. *b. t.*

ϱ) *c.* 7. X. *b. t.*

σ) *c.* 19. X. *de iurei.* vt liquet ex feudis ligiis.

τ) *art. V.* §. 1. *art. XVII. I. P.* §. 3. conf. *tom. V. tit. de hæreſ.* §. 54. *ſqq. et* §. 57.

TIT. XXXVI.

E TRANSACTIONIBVS.

SYNOPSIS.

erentia inter transa-ctionem et amicabilem itionem. I. De re ec-prælati transigunt cum fu capituli. II. Non titur transactio de bene-ficio ecclesiastico aut iure patro-natus. III. Nec de dissoluen-do matrimonio aut decimis. IV. Transactio sancte seruanda, et sub nullo prætextu rescin-denda. V.

§. I.

æcauentur et tolluntur etiam lites *transa-ctione*, ad quam iudices *ex officio* litigantes omnibus modis inducere debent. υ) Con-autem TRANSACTIO in *conuenta decisione ouersiæ dato aliquo vel remisso vel retento.* φ) ıc differt ab *amicabili compositione*, quæ gra-itur, faciliusque, quam transactio, recipi-χ) De *religionis dissidiis* non *transactio* rie dicta, sed *amicabilis compositio* locum ; ψ) de publico religionis exercitio etiam actio. ω)

§. II.

DE *iure ecclesiæ* transigunt quidem prælati, ıon aliter quam cum decreto vel ratihabi-capituli, *qua talis:* α) prælati mediati non aliter,

.f. X. h. t. MEV. P. 3. 7.
c. 7. X. h. t.
c. 7. X. h. t.
art. V. I. P. §. 14. in f.
§. 25. 48. 50.
ω) art. V. I. P. §. 27. in f. §. 33.
α) c. 3. X. h. t.

aliter, quam cum consensu episcopi, vel pontificis, si exemti sunt; β) alioquin valet tantum transactio ad vitam transigentis, nec successori nocet. γ)

§. III.

PARITER nec transactioni locum dant de *beneficio ecclesiastico*, δ) nec de lite super ecclesiis vel capellis, ε) imo nequidem de *iure praesentationis;* ζ) quamuis alias honoraria pro resignatione in fauorem tertii non respuantur. Quocirca census, si mediante transactione ecclesiae imponitur, et ita a lite receditur, reprobatur η) vt simoniacus; licet si *gratis* vel *sponte* census offeratur pro concessione alicuius priuilegii vel iuris singularis, vel *ex officio* a iudice assignetur, ηη) hoc pontifex non reprobet. ϑ) Hoc inuolucro vbique simonia, si quae adest, tegitur.

§. IV.

SPONSALIA de futuro transactionem non respuunt, etiam ad effectum dissolutionis; ι) sed ad dissoluendum matrimonium nulla transactio licita est; κ) modo de contracto matrimonio constet; alioquin recte transigitur. λ) Denique super *decimis* inter ecclesiasticas personas compositionem admittunt cum consensu episcopi, μ) non vero *transactionem*, multo minus cum *laico*,

β) *c*.8. X. *h*. *t*.
γ) *cit*. *c*.8. ibi: *ne pacta inter alios acta aliis obesse patiamur*. *c*. 5. X. *h*. *t*.
δ) *c*. 7. X. *h*. *t*.
ε) *c*. 4. X. *h*. *t*.
ζ) *c*. 9. X. *h*. *t*.
η) *c*. 10. X. *h*. *t*.
ηη) *c*. 6. X. *de relig. domib*. *c*. 6. X. *h*. *t*.
ϑ) *c*. 6. X. *de relig. dom.*
ι) *c*. 2. X. *de sponsal*.
κ) *c*. *f*. X. *h*. *t*.
λ) HEIGIVS *lib*. *II*. *qu*. 16. *n*. 1. *sqq*.
μ) *c*. 2. X. *h*. *t*.

vt hic decimas retineat. Sed talem trans-
tionem non reprobant protestantes, cum quali-
tem spiritualem in iis nullam agnoscant.

§. V.

TRANSACTIO rite inita inuiolabiliter ser-
nda, qua omnes exceptiones, ante in lite al-
s, exstinctae et sublatae sunt. ν) Vnde (1) lites
quidem praetextu nouorum instrumentorum
non instaurari ξ): (2) non attendendum re-
iptum, quod, celata transactione, fuit impetra-
m: ο) (3) transactio sua natura est *nouatio pri-
bris.* οο)

TIT. XXXVII.

DE POSTVLANDO.

SYNOPSIS.

Iudicium constituunt iudex, actor et reus; ex accidente interuenientes. Accessoriae personae sunt, aduocati, procuratores, syndici I. Postulare dicuntur actor et reus. ius causa in nonnullis fauorabilior est. II. Postulant etiam aduocati. Quinam hi dicantur? eorum necessitas, III. Clerici pro aliis non admittendi, nec haeretici aut excommunicati. IV. De vsu protestantium. V.

§. I.

AMICABILI compositione vel transactione frustra adhibita, officio iudicis incumbit, vt iustitiam administret ac *seruato iuris ine* litem dirimat; π) alioquin nihil agit. *Integer*

) c. 1. X. b. t.
) c. 20. X. de sent. et re
.
ο) c. 6. X. b. t.
οο) c. 1. X. b. t.
π) l. 4. C. de sent. et interl.

teger autem *complexus omnium iurium & actuum, in dirimendis et discutiendis caussis secundum ordinem praescriptum obseruandorum*, dicitur IVDICIVM, ϱ) in quo tum *personarum* tum *ordinis* seu *formae* ratio habenda. Personae sunt vel *litigantes* principales et minus principales: vel *iudicantes*. Illi sunt *actor* et *reus*, σ) vel, qui eis opem ferunt, *aduocatus*, *procurator*, *syndicus*. Ratione vtriusque quandoque *interuenit* tertius, vel *principaliter*, vel *accessorie*.

§. II.

LITIGANTES dicuntur POSTVLARE, h. e. desiderium suum vel amici coram iudice proponere, vel eidem contradicere. Vnde postulant tum *actor* et *reus*, tum eorum *aduocati*. ACTOR est, qui ius suum persequitur in iudicio aduersus contradictorem, vel ab eo aliquid praetendit; qui vero ei contradicit, et se contra illius praetensionem defendit, REVS dicitur. Regulariter ergo (1) diuersa subiecta sunt, exceptis *iudiciis duplicibus*, in quibus vterque diuerso respectu in eodem iudicio est *actor* et *reus*, et sic vterque probat τ). (2) Regulariter vno eodemque iure censentur: υ) (3) in quibusdam tamen *rei* fauorabiliores sunt, quam actores ex ratione *defensionis* φ), (a) quod *actori*, non *reo*, onus probandi incumbat χ): (b) cum partium iura obscura sunt, reo fauendum magis quam actori ψ): (c) actore non probante, reus absoluendus sit ω): (d) actor reo edere debeat

ϱ) *c.* 10. *X. de V. S.*

σ) *c.* 2. C. 4. *q.* 2. *c.* 10. *cit.*

τ) *c.* 3. *X. de probat.*

υ) *c.* 2. *X. de mut. petit. c.* 32. *de R. I. in* 6.

φ) *c.* 5. *X. de except.*

χ) *c.* 1. 2. C. 6. *q.* 5.

ψ) *c.* 11. *de R. I. in* 6. *c.* 6. *in f. X. de fid. instrum.*

ω) *c.* 3. *X. de caus. poss. et propriet. c.* 34. *X. de iureI. c.* 15. *in f. de priuil.*

documenta, non vice versa *α*), (e) actor forei sequatur β): (f) denique excommunicaendere se non prohibeantur, γ) agere auequeant. δ)

§. III.

POSTVLARE primario etiam dicuntur ADTI, *qui legibus probati iura partibus præus, vel producta subscribentibus, suggerunt*, nque quasi duces in itinere, in processu sero, sunt. Quia enim processus regulis artis, ate obseruandis, inclusus est, his ducibus lites plerique carere non possunt. Vnde (1) ex officio illis aduocatum, δδ) quem haben possunt, dat. ε) (2) Imperitis litigantibus git, vt aduocato instructi compareant, et iunc causam proponant. ζ) (3) Si aduocatus *cto* errauit, cliens illum errorem eadem die, io de iure ciuili intra *triduum* reuocare pot) quo non facto, error nocet clienti. ι)

§. IV.

CETERVM non alios iudex aduocatos, *legibus probatos*, admittet; non vero (a) os contra ecclesiam, a qua beneficium obti quos demum admittit pro ecclesia sua, vel, sitate vrgente, pro personis coniunctis, vel abilibus. κ) Multo magis (b) secularis iudex in

c. 1. X. *de fid. instrum.*
c. 8. X. *de for. compet.*
c. 5. X. *de except.*
c. 8. *de sent. excomm. in* X. *de iudic.*
etiam *domesticum* c. 1. *ffic. ind.*
1. X. *de offic. ind.*
uod suo modo admittit INNOCENTIVS III. in c. 14. X. *de iudic.* vt tamen cliens *factum* proponat, quod fori nostri rationes non admittunt.
η) c. 62. X. *de appellat.*
θ) *l.* 1. C. *de error. aduocat.*
ι) c. 20. X. *de censib.*
κ) c. 1. c. f. in f. X. h. t.

in caufis fecularibus a foro arcebit monachos aut canonicos regulares. λ) Nec tolerabit (c) aduocatos *haereticos*, iis fauentes, μ) aut aliter *ex-communicatos*. ν)

§. V.

IN foris proteftantium pariter *ecclefiarum miniftri* aut *cuftodes* ad poftulandum pro aliis non admittuntur, tum quod arte hac forenfi non inftructi: tum quod eorum officio non congruat. ξ) Sed inhabilitatem ex *herefi* et *excommunicatione* refpuunt, nifi forfan in *foro ecclefiaftico*. Vtplurimum *antea probati*, et non aliis admittuntur.

TIT. XXXVIIII.

DE PROCVRATORIBVS.

SYNOPSIS.

Procurator quis dicatur? nemo perfonaliter comparere regulariter cogitur, nec etiam procuratorem conftituere. I. In eo defideratur habilitas, alioquin obftat exceptio inhabilitatis. II. Plures conftituuntur vel fimpliciter vel in folidum. Claufulae huius efficacia. III. Procuratores fe legitimant mandato, alioquin nulliter agitur. IV. Mandatum debet effe fufficiens, ad cafus. fpeciale mandatum defiderantes, directum. V. Fit dominus litis, fed non hodie. VI. Renotatio eiusdem. VII.

§. I.

λ) *c.* 1. 2. X. *b. t.*
μ) *c.* 11. X. *de haeret.*
ν) *c.* 8. *de fentent. exc. in* 6.
ξ) CARPZ. *lib.* 1. *iurispr. confift. def.* 89.

§. I.

i interesse non possunt aut volunt, vi-
ia PROCVRATORVM ope vtuntur, o)
les sunt, *qui a legibus probati absentium*
dicio suscipiunt in actibus, qui non desi- + mand
sonarum praesentiam. Regulariter ergo
ere non potest, vt partes *personaliter*
nt; π) nisi (a) in *causa criminali* a par-
(b) pro veritate facti dicenda ϱ): (c)
ento praestando: (d) si alias iuris neces-
entiam personarum postulauerit. σ) Vn-
protestantes in *causis matrimonialibus*
n coniugum aut desponsatorum in *pri-*
o desiderant, quod etiam suadet INNO-
III, τ) licet non absolute procurator
r: υ) Denique in quibus iudiciis *cita-*
ilis ad totam litem obtinet, necessario
)r constituendus. φ)

§. II.

nni procuratore desideratur (I) *habili-*
legitimatio. Ratione habilitatis obser-
regulariter, qui non prohibetur expresse,
ad

in Gallia id non
impetrata venia a
et ACOSTA *ad h.*
nde explicandum
.
judic. in 6.
ndum *art.* 12. C. C.
ndum *ius canoni-*
ec procuratorem a
toris admittit. *c.* 5.

rolnit INNOCEN-

TIVS III. in *c.* 14. *de iudic.*
prout fit in responsione ad
positiones. Sed hodie nec in hoc
casu *personalis* comparitio ne-
cessaria. *c.* 2. *de confess. in 6.*

σ) ad concordiam inter
coniuges reducendam. *c.* 5. *X. h. t.*

τ) in *c.* 5. *in f. X. h. t.*

υ) *c.* 10. *X. h. t. cit. c.* 5. *c.* 14.
X. de restitut. spol.

φ) quamuis alias ad hoc
nemo cogi queat. *c.* 2. *X. h. t.*

ad exercendum officium procuratoris idoneum reputari. χ) Prohibentur autem expresse (1) minores ψ): (2) infames ω): (3) clerici in caussis secularibus α): (4) milites: (5) mulieres: (6) excommunicati. β)

§. III.

CONSTITVITVR *vnus* vel *plures*. Neuter ex his ante L. C. substituere potest, nisi hanc potestatem acceperit. γ) Plures constituuntur vel *indefinite*, quo facto, alter absque altero procedere nequit: vel *definite*, cum clausula: *in solidum*, quo facto, alter absque altero procedere, imo per litis contestationem alterum penitus excludere potest, nisi contrarium in mandato expressum. δ) In caussis tamen electionum, postulationum, prouisionum aut aliorum ecclesiasticorum negotiorum vnus ex pluribus tantum admittitur. ε)

§. IV.

LEGITIMATIO desiderat, vt *mandato legaliter facto* instructi sint *procuratores*. ζ) Etenim (1) procuratoris falsi aut reuocati ζζ) factum non praeiudicat domino η): (2) probata exceptione hac, totum iudicium est nullum θ): (3) procurator in mandatum consentire debet, quod etiam

χ) *c. 1. h. t. in 6. c. 14. X. h.*

ψ) *c. 5. in f. h. t. in 6.* vid. Dn. GRVBER *diss. de procurat. minore.*

ω) *c. 1. 2. C. 3. q. 7.*

α) *c. 2. 4. ne clerici vel mon.*

β) *c. 7. X. de probat. c. f. X. h.*

γ) *c. 1. h. t. in 6.*

δ) *c. 6. h. t. in 6.*

ε) *cit. c. 6. versu fane.*

ζ) *c. 1. X. h. t.*

ζζ) *c. 33. X. de rescript. c. 4. 8. 13. X. h. t.*

η) *c. 3. X. h. t.*

θ) *c. 4. X. h. t. in f.*

am censetur factum, scienter et sine protesta-
ne instrumento mandati recepto. ι)

§. V.

LEGALITER mandatum factum intelligi-
r, si *sufficiens* est; nec enim sufficit generale
andatum ad negotia, κ) vel ad agendum κκ)
defendendum; λ) cum illa facere nequeat
ocurator, quæ speciale mandatum desiderant. μ)
: nec transigere, nec iuramentum deferre, ν)
t iuramentum in alterius animam præstare pot-
; ξ) nisi sub clausula *cum libera* sit constitu-
s, aut quidam eiusmodi actus expressi, adie-
clausula generali, *cum similibus;* tunc enim
non expressa etiam *hoc iure* admittitur: ο) dif-
ilius vsu fori, secundum quem omnes actus ex-
imendi.

§. VI.

PROCVRATOR legitime constitutus de iu-
tum *Romano*, tum *canonico*, lite contestata, *do-
nus litis* effectus creditur. π) Huius *dominii*
is plures sunt effectus, ϱ) quos tamen in foro
ud agnoscimus, cum hodie procurator sit
agis *administrator litis alienæ* quam *dominus.*
oc singuli effectus ostendunt, σ) vt nequi-
m sine speciali mandato post L. C. substituere
leat.

§. VII.

) *clem.* 1. *h. t.*
ι) *c.* 5. *h. t. in* 6.
κκ) *c.* 12. X. *h. t.*
λ) *c.* 4. *h. t. in* 6.
μ) *c.* 5. *h. t. in* 6.
) *c.* 4. *h. t. in* 6. *in f.*
) *c. vlt. de iur. cal. in* 6.
Bœhm. Inst. Iur. Can.)

cons. tom. I. *h. t.* §. 10.
ο) *c.* 4. *h. t. in* 6.
π) *c.* 1. 6. *h. t. in* 6.
ϱ) relati et examinati *tom.*
I. *h. t.* §. 36. *sqq.*
σ) *tom.* I. *h. t.* §. 44.

§. VII.

QVOCIRCA hodie facilius reuocari potest procurator, non æque substitutus a procuratore, nisi speciatim hanc potestatem acceperit. τ) Reuocatio autem fit vel *expresse*, vel *tacite*. Hoc factum intelligitur (a) per constitutionem noui procuratoris υ): (b) si ipse dominus postea causam principaliter, et sine protestatione, agere incepit. φ) Hæc tamen præsumtio admodum infirma est, vt præstaret, lege publica diuersum constituere. χ)

TIT. XXXIX.

DE SYNDICO.

SYNOPSIS.

Syndicus quis? Sub nomine procuratoris de iure canonico venit. I. Quædam tamen supersunt differentiæ inter syndicum et procuratorem. II.

§. I.

Singuli cogi non possunt regulariter ad constituendum procuratorem; ψ) vniuersitates tamen et collegia non aliter, quam per SYNDICVM admittuntur, ψψ) qui est *procurator iudicialis vniuersitatum*. Nec ius canonicum *syndi-*

τ) *c. 3. h. t. in 6.*
υ) *c. pen X. h. t.*
φ) *c. x. h. t. in 6.*
χ) conf. *tom. I. h. t.* §. 58. *sq.* B. THOMAS. *de tacita revocat. procurat.*
ψ) *c. 2. X. de procurat.*
ψψ) *c. 7. X. h. t.*

ı *procuratoribus communibus* diſtinguit, ω) s admittat, ſi vel maxime ſub nomine *pro-rum* dati ſint. α) Vnde quoque, quod de ıtum, etiam ſyndicis applicandum, β) niſi *diuerſitatis* euidens dari queat.

§. II.

DIFFERVNT enim in nonnullis: (1) quod ıus iuramentum calumniæ præſtet in animpropriam; γ) procurator vero in animam palis: (2) quod eius conſtitutio *neceſſitatis* procuratoris *libertatis*: (3) ille, median*ctione*, per ſuffragia maioris partis, deſigne) hic ſola nominatione, accedente eius con: ζ) (4) ille vt plurimum a *collegiis ordina*-quaſcunque cauſas detur, et *officium publi*-ıoc modo ſuſtineat, ζζ) non item *procura*-qui mere *priuatum officium* gerit: (5) vteruidem mandato inſtrui debeat, ſed ſyndicaıon indigeat clauſula *in heredes* directa, quæ in procuratoribus deſideratur. η)

TIT.

.7. X. de procurat. c. 2.
ı integr. reſtit. c. 21. X.
.
9. X. de procurat. c. 5.
robat.
m. I. b. t. §. 4.
.3. X. de iuram. cal.

δ) c. vn. h. t.
ε) c. 2. X. de in integr. reſtit.
ζ) clem. 1. de procur.
ζζ) c. vn. X. h. t.
η) R. I. de anno 1654. §. 99.

TIT. XL.

DE HIS, QVAE VI METVSQVE CAVSA FIVNT.

SYNOPSIS.

Saepe per reſtitutionem in integrum aditus ad agendum aperiendus. Quid ſit reſtitutio? I. Prima reſtitutionis cauſa eſt in vi metuque, non habita de iure canonico negotiorum diſtinctione. II. Parum hodie refert, vtrum ex capite nullitatis an reſtitutionis agatur. III. Pleraque metu extorta de iure canonico non valent. Exceptio eſt in extorto iuramento. IV.

§. I.

QVIBVS ſtricto iure aditus praecluſus ad agendum vel ius ſuum perſequendum, iis, aequitate ſuadente, ex iuſta cauſa, ille aperiendus eſt per RESTITVTIONEM IN INTEGRVM, ι) *quae eſt cauſae amiſſae ex iuſta cauſa redintegratio.* Ita vero ad *officium iudicis* pertinet, ſuccurrere laeſis, nec eos ſub colore amiſſi iuris a limine iudicii facile repellere.

§. II.

PRIMAM reſtitutionis cauſam quaeſiuerunt praetores in negotiis *vi metuque*, in conſtantem hominem cadente, κ) initis, quae ſtricti iuris erant: bonae fidei contractus ex hoc vitio nullitate laborabant, λ) quamuis etiam auxilium praetoris

ι) *c. 2. de reſtit. in integr. in 6.*

κ) *c. 6. X. h. t.*

λ) vt recte cenſuerunt ACOSTA et CIRON. *ad h. t. atque* NOODT *de formula dol. mali emend. c. vlt.*

toris ad hos extenſum fuerit, ſalua electione actoris. μ) Vnde etiam pontifices, non habita negotiorum diſtinctione, *reſtitutionem* in hoc caſu indulſerunt, ν) licet *nullitatem actus* præterea non negauerint. ξ)

§. III.

PROINDE parum hodie lucrabitur actor, ſiue *reſtitutionem* petierit, ſiue in nullitate ſe fundauerit; cum lucrum *quadrupli*, ex *reſtitutione* olim ſperatum, hodie ceſſet; niſi quod *nullitatis querela* ſemper perpetua ſit, et ſic ſecurior.

§. IV.

QVOCIRCA (1) quæ metu mortis monaſterium intrauit et profeſſionem fecit, libertatem exeundi non amittit, niſi poſtea factum ratum habuit. ο) (2) Nec ſponſalia coacta ſubſiſtunt, ſed metu comperto puella ſequeſtrari poteſt. π) (3) Abſolutio, vi maiori extorta, omni caret robore ρ). (4) Reſignatio beneficii vel eiuratio eccleſiæ coacta irrita eſt. σ) (5) Confeſſio flagellis extorta non præiudicat confitenti. τ) (6) Idem quo-

μ) ACOSTA *cit. l. p.* 253.

ν) *c.* 2. 6. *in f.* X. *h. t.* quod et ratio connexionis titulorum indicat, et intentio pontificum, principiis gloſſatorum inhærentium.

ξ) *c.* 4. X. *et c. vn. h. t. in* 6. *c.* 14. X. *de ſponſal.*

ο) *c.* 1. X. *h. t.*

π) *c.* 14. X. *de ſponſ.*

ρ) *c. vn. h. t. in* 6.

σ) *c.* 2. X. *h. t. c.* 4. *eod.* imo *ſpolium* ſapit. *c.* 3. X. *de reſtit. ſpoliat.*

τ) *c.* 16. X. *de offic. et pot. iudic. deleg.*

quoque de *iuramento coacto* dicendum esset, cum eadem ratio adsit. υ) Sed ius canonicum id seruandum esse constituit, si salua salute æterna seruari queat, υυ) nisi *absolutionis beneficium* a vinculo impetrauerit iurans. φ)

TIT. XLI.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE.

SYNOPSIS.

Maiorennes ex aliis etiam causis iustis restituuntur, maxime in causa fauorabili. I. Petitur principaliter et incidenter. Ratio diuersitatis. II. Restituuntur etiam minores et ecclesiæ. III. Restituuntur læsæ ecclesiæ contra gesta et non gesta IV. Intra quadriennium a tempore læsionis cognitæ. V. Modus tamen in restitutione seruandus, qui designatur. VI.

§. I.

Præterea etiam ex aliis *iustis caussis* maiorennis restituitur, quo beneficio vtplurimum indigent læsi contra lapsum *fatalium*, vel *termini peremtorii*, si (a) non sua negligentia, sed *facto tertii* impediti fuerint, quo minus in termino peremtorio se sisterent: (b) causa præterea,

υ) *art. 20. C. Crim. Car.*
υυ) *c. 3. X. h. t.*
φ) *c. 8. X. de iureï.*

terea, pro qua agitur, fauorabilis sit, vtpote si *pro matrimonio* vxor postulat, quae merito *ad audientiam* restituenda. χ) Atque hoc modo aditus, ante praeclusus, ad agendum rursus actori aperitur.

§. II.

PETITVR restitutio vel *principaliter* separato processu, ψ) intra *quadriennium* moto: ω) vel *incidenter*, vpote si quis in processu lapsus sit, omissa forsan probatione. α) Ratio differentiae in eo consistit, quod posteriori casu etiam *arbitri* et *delegati*, ab ordinariis tribunalibus dati, de restitutione cognoscere queant, non priori. β) Causa enim restitutionis, *principaliter* mota, tantum olim ad magistratus maiores pertinuit, γ) quod ius canonicum repetiit; δ) quamuis hodie *iurisdictioni* generatim cohaereat.

§. III.

INPRIMIS vero hoc beneficio gaudent *minores*, in contractibus, vel omittendo, ε) et sic etiam per culpam, laesi, petita intra quadriennium post impetratam maiorennitatem restitutione.

χ) *c.* 4. X. *b. t.*
ψ) *c.* 8. X. *b. t.*
ω) *c.* 1. *sq. b. t. in* 6.
α) *c.* 3. X. *b. t.*
β) *c.* 9. X. *b. t.*
γ) *l. f.* C. *vbi et apud quem restit.*
δ) *c. cit.* 9.
ε) *c.* 8. X. *b. t.*

tione. *Iure minorum* etiam ecclesiæ et quæuis piæ causæ semper illæsæ seruandæ, atque hac de causa etiam restituuntur, ζ) cum *iure* funguntur *minorum*. η)

§. IV.

RESTITVVNTVR contra quæuis gesta vel non gesta, quibus læsæ, velut (a) contra omissam probationem θ): (b) contra omissam productionem documentorum in iudicio ι): (c) contra confessionem iudicialem noxiam κ): (d) contra sententiam, etiam summi pontificis et res iudicatas λ): (e) contra omissam appellationem seu lapsum fatalium μ): (f) contra lapsum terminum peremtorium ν): (g) contra contractus, transactionem ξ): (h) contra lapsum qualemcunque temporis ο): (i) contra negligentiam procuratoris. οο)

§. V.

RESTITVTIO hæc petenda *intra quadriennium* a tempore læsionis; π) non etiam intra illud finienda, vt iure ciuili. ρ) Contra *lapsum quadriennii* autem non restituitur ecclesia, quod alio-

ζ) c. 1. 2. X. h. t.
η) c. 3. X. h. t. in f.
θ) c. 3. X. h. t.
ι) c. 14. X. de priuileg.
κ) c. 2. h. t. in 6.
λ) c. 5. X. c. 1. h. t. in 6.
μ) c. f. X. h. t.
ν) c. 7. X. h. t.
ξ) c. 1. X. et c. 1. h. t. in 6.
ο) clem. vn. h. t.
οο) c. 2. X. h. t.
π) c. 1. h. t. in 6.
ρ) c. 5. X. h. t. l. 6. et f. C. de temp. in integr. restit.

alioquin hoc fatale omni careret effectu, σ) nisi dolo aduersarii abierit, vel alia rationabilis causa subsit, vtpote si læsionem ignorauerit. τ)

§. VI.

RESTITVTIO facienda, (1) vt aduersarius seruetur indemnis υ): (2) restitutis ab implorante expensis litis φ): (3) petita contra sententiam habet quidem effectum suspensiuum, saluo tamen arbitrio iudicis, vb sub *cautione* quandoque executio fieri queat χ). (4) Semel denegata, denuo peti nequit, nisi (a) contra omissam appellationem: (b) ex nouis defensionibus. ψ)

TIT.

σ) *c. 1. h. t. in 6.*

τ) *cit. c. 1. tom. I. h. t.* §. 9. CARPZ. *lib. II. resp.* 96. *n.* 10. *sqq.*

υ) *c. 1. in f. X. h. t.*

φ) BARBOSA *ad l.* 79. *D. de iudic. n.* 192.

χ) *c.* 6. *X. h. t.*

ψ) *c.* 5. *et vlt. X. h. t.*

TIT. XLII.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA.

SYNOPSIS.

Data olim fuit restitutio in casu factae alienationis iudicii mutandi causa. Inde deducta conclusio pontificis. I. Prohibita etiam est alienatio a parte actoris in clericum. II.

§. I.

Olim etiam in casu alienationis, *mutandi iudicii* causa factae, restitutionem obtinuisse, recte obseruant interpretes, ω) quamuis etiam praetor dederit *actionem in factum*, de qua tamen nullum in *h. t.* vestigium. Ex ratione tamen edicti praetoris collegit pontifex, ex rescripto contra primum possessorem impetrato delegatum iudicem procedere posse contra secundum, in quem ad eludendum illud a primo interim res translata est. α)

§. II.

NON tantum vero *reo* prohibita est alienatio mutandi iudicii causa, sed etiam actori, ne actiones suas cedat *potentioribus* sub *iactura actionis*. Horum numero etiam censentur clerici, β) praetextu desidiae iudicis secularis trahentes reos ad forum ecclesiasticum. γ)

TIT.

ω) NOODT *ad D. h. t. ab init.*

α) *c.* 1. X. *h. t.* *c.* 11. X. *de indic.*

β) *c.* 2. X. *h. t.*

γ) ACOSTA *ad h. t. in f. p.* 264.

TIT. XLIII.

DE ARBITRIS.

SYNOPSIS.

rbitri? I. Sunt
ffarii, in certis
te assumendi, vel
I. Duplex con-
lii, cui accedere
et iuramentum.
tores absque spe-
i compromittere,
stituere non pos-
mpromitti potest
que in feminam,
m et clericum in
ffica; denique
agistratum. V.
itur etiam in plu-
interesse cognitio-
ceteri precedunt.
s compromissum,
inatum in casu

dissensus assumere, vel ad eum assumendum cogi debent. VII. De matrimonio, criminalibus, et iure ecclesiae publico non compromittitur, sed tantum de iure priuato singulorum VIII. Officium arbitrorum Vltra expressa non extenditur, nisi ex expressis fluant. IX In iudicando maiora praevalent; in dissensu circa quantitatem minori standum. X. Sententia lata legitime publicanda. XI Publicata simpliciter valet, nisi vitium in se contineat, XII. Denique exspirant compromissa morte compromittentium, et arbitrorum. XIII.

§. I.

AE in litem deductae deciduntur vel naria via, in *iudiciis* et *foris competen-s;* vel extraordinaria per ARBITROS, iudices litigantium, praecedente com-electi atque designati, vt sententia sua nant. δ)

§. II.

ε. 2. qu. 6.

§. II.

ATQVE hi ſunt vel *neceſſarii* vel *voluntarii.* Illi ex præſcripto legum ad certam cauſam eligendi, veluti ad cauſam ſuſpicionis, iudici obiectæ, probandam intra competentem terminum. ε) Sed *iure ciuili*, recuſato iudice, hi de cauſa ipſa principali cognoſcebant. ζ) Huc *ſuo modo* pertinebant epiſcopi, ad lites dirimendas, ex more chriſtianorum priſco η) aſſumti, quippe quibus audientia quædam relicta erat. ϑ) Pariter ſi contenditur de reuocatione litterarum papalium, aliquando ad arbitros eundum. ι) Hi vero ſunt, qui libera voluntate citra iuris neceſſitatem ad litem præuia cognitione decidendam aſſumti ſunt.

§. III.

HOC duplici peragitur conuentione: (I) *compromiſſo*, quo litigantes inter ſe conueniunt, de lite hac via extraordinaria finienda: (II) *recepto*, quod eſt conuentio inter litigantes et electum, quo mediante hic arbitrium in ſe recipit. κ) Illi accedit quandoque (a) *pœna conuentionalis*, quam exigere licet, ſi compromiſſo alter non ſteterit λ): (b) *iuramentum*, μ) quod *ius ciuile* non tolerabat: ν) (c) *obſidum datio.* νν)

§. IV.

COMPROMITTVNT hi tantum, qui de iure ſuo pro lubitu diſponere, et illud periculo futuræ

ε) *c.* 41. X *de appell. c.* 39. X. *de offic. et pot. iudic. deleg.*

ζ) *l.* 16. *et* 18. C. *de iudic.*

η) de quo vid. BASNAGE *diſſert. de eccleſ. tribunal. ſacris*, quæ *tom. II. annal.* inſerta.

ϑ) *l.* 7. C. *de epiſc. audient.*

ι) *c.* 14. X. *de reſcript.*

κ) *t. t.* D. *de recept. arbitr.*

λ) *c.* 9. 12. X. *h. t. c.* 14. X. *de præſumt.*

μ) *c.* 9. X. *h. t.*

ν) *Nou.* 81. *c.* 11.

νν) *c.* 11. X. *h. t.*

turæ decisionis exponere possunt. Quocirca (1) *procuratores* absque speciali mandato compromittere nequeunt, quia res periculi plena est; sin fecerint, non præiudicant quidem principalibus suis, ipsimet autem tenentur ad pœnam appositam vel ad interesse. ξ) (2) Arbitri alios substituere non possunt, nisi hac concessa facultate ο). (3) Prælati de re ecclesiæ absque consensu capituli π) non compromittunt.

§. V.

COMPROMITTI potest in omnes, *qui iudicandi peritia et facultate pollent.* Ergo etiam (a) in *illustrem feminam*, ordinaria iurisdictione instructam, ρ) quem casum ius ciuile ignorauit. σ) (b) In *laicum et clericum simul*, si causa ecclesiastica in lite est, episcopali auctoritate tamen accedente. τ) Inter protestantes etiam in solos laicos, si causa ecclesiastica est *priuati arbitrii.* (c) In *magistratum ordinarium;* quamuis eo casu sola *notione* non *iurisdictione ordinaria* procedat. υ) Potest etiam (d) in iudicem delegatum, ad causam a pontifice datum, compromitti. φ)

§. VI.

COMPROMITTITVR in vnum, vel duos, χ) vel plures, et quidem in hos vel *indefinite* vel *definite*, sub clausula: *in solidum.* Illo casu de *iure ciuili* omnes coniunctim cognoscere debebant; sed *iure canonico*, quo hodie vtimur, vnius *absentia malitiosa* non impedit, quo minus reli-

qui

ξ) *c. 9. X. h. t.*
ο) *c. 13. X. h. t.*
π) *c. 1. X. de his, quæ fiunt a capit. sine cons. capitul.*
ρ) *c. 4. X. h. t.*
σ) *l. f. C. de recept. arbitr.*
τ) *c. 9. in f. X. h. t.*
υ) *c. 5. 10. X. h. t.*
φ) *c. 7. X. h. t.*
χ) *c. 12. X. h. t.*

qui procedere possint, quod tamen ad iudices legatos non trahendum. ψ)

§. VII.

SI *in duos* compromissum, *vt in casu di[s]sus tertium eligant*; refert, vtrum tertius in c[om]promisso nominatus fuerit, necne ψ)? Priori [casu] sententia nominati litem definit, si alterutri a[ccedit]. Posteriori casu compromissum haud val[ere] dicitur, ω) si vel maxime arbitri in tertium c[on]senserint. Et tamen si de tertio eligendo n[ihil] additum fuerit, cogi possunt duo arbitri a su[pe]riori, vt tertium eligant; α) multo magis e[rgo] valebit compromissum generale *de tertio elige[ndo]* quia duntaxat hoc casu exprimitur, quod i[u]ratio in casu dissensus constituit. Quocirca [de]cisio prior in praxi merito exploditur, β) cui quidem ratio iuris ciuilis, ad quam pontifex p

[redacted]

(2) Non valet compromissum de *statu ecclesiæ publico*, veluti de exemtione, quia hic agitur de præiudicio pontificis η). (3) De *iure ecclesiæ* non aliter compromissum recipitur, quam consensu eorum, qui de illo disponere possunt. ϑ) Ceterum de *iure singulorum priuato* compromittere licet, adeoque electores vnanimiter consentire possunt, vt electio per compromissum fiat. ι) Quocirca etiam compromissum valet de *iure patronatus*.

§. IX.

ARBITRI electi litem dirimunt ordine iuris seruato. Quocirca (1) etiam de restitutione in integrum *incidenter* mota cognoscunt κ): (2) de *quæstionibus præiudicialibus*, sine quibus ad decisionem causæ principalis non poterat deueniri. λ) Ceteroquin compromissum *stricti iuris* est, nec vltra expressa extenditur, vt ne quidem super *reconuentione*, in compromisso non memorata, cognoscere liceat. μ)

§. X.

IN iudicando maiora præualent. ν) Si illa haberi nequeunt, quod in pares numero arbitros sit compromissum, neutra sententia valet; ξ) nisi (1) tertius electus fuerit secundum §. VII. (2) tantum dissensus fuerit in quantitate, vt in condemnatione omnes conueniant, quo casu minor præualet. ο)

§. XI.

η) *c.* 5. *X. h. t.*
ϑ) *c.* 9. *X. h. t.*
ι) *c.* 10. *X. h. t.* Conf. *supra tit.* 6. §. 12. *p.* 59.
κ) *c.* 9. *X. de in integr. restit.*
λ) *c.* 10. *X. h. t.*
μ) *c.* 6. *X. h. t.*
ν) *c.* 1. *X. h. t.*
ξ) *c. f. in f. X. de sent. et re iudic.*
ο) *c.* 1. *h. t. in* 6.

§. XI.

SENTENTIA lata partibus legitime publicanda, sufficitque si ab vno ex pluribus recitetur, modo *omnium nomine* concepta fuerit, quia tam habetur, ac si ab omnibus recitata fuisset. π)

§. XII.

EFFECTVS compromissi est, vt sententiae latae simpliciter standum sit, et condemnatus a suo iudice cogi possit ad illi satisfaciendum; ρ) non obstante eius contradictione, intra *decendium* interposita, quae ob efficaciam compromissi hodiernam inefficax est: modo (a) non fuerit lata contra rem iudicatam, quae nulla est: σ) (b) simoniam vel peccatum non contineat τ): (c) citra praeiudicium tertii lata: υ) et (d) secundum formam et tenorem praescriptum. φ)

§. XIII.

EXSPIRAT compromissum (1) morte compromittentium, nisi heredum facta mentione χ): (2) vno alteroue ex arbitris mortuo; ψ) vt tamen acta coram arbitris vim suam habeant et fidem faciant, causa postmodum ad iudicem ordinarium tracta. ω) Denique si compromisso expressum, vt reliqui vno mortuo procedere valeant, aliud dicendum ωω). (3) Sententia lata.

LIBRI

π) *c.* 4. *de sentent. et re iudic. in* 6.
ρ) *c.* 2. 4. *X. h. t.*
σ) *c.* 11. *X. h. t.*
τ) *c.* 2. *X. h. t.*
υ) *c.* 3. *et* 5. *X. h. t.*
φ) *c.* 6. *X. h. t. c.* 7. *X. de confirm. vtili.*
χ) *c.* 10. *et vlt. X. h. t.*
ψ) *c.* 50. *X. de testib.*
ω) *c.* 50. *cit. l. pen. inf. C. h. t. l.* 20. *C. de testibus.*
ωω) *c.* 42. *X. de offic. et pot. iud. deleg.*

FINIS LIBRI I. DECRETALIVM.



LIBRI II. DECRETALIVM

TIT. I.

DE IVDICIIS.

SYNOPSIS.

Iudicium quid et quae eius partes? I. Quid processus? ex ordine iudiciario seruando tracta conclusiones. II. Processus est vel iuris communis vel particularis. III. Vel ordinarius vel summarius. IV. Causa summaria quaedam per se tales sunt: V. quaedam per accidens fiunt. VI. Iudicium criminale vel ciuile. VII. Ecclesiasticum vel seculare. VIII. Quid instantia iudicii? haec non perit triennio. IX. Instantia est vel prima vel secunda. X.

§. I.

HACTENVS de *præparatoriis* et de via *extraordinaria*; nunc de *via ordinaria* per *iudicium ordinarium* et *iudicem competentem* lites finiendi agendum est. Dictum est supra, α) IVDICIVM designa-

α) tit. XXX. §. 1. p. 171. in f.

designare *complexum et seriem omnium actuum et iurium, coram iudice, a partibus litigantibus secundum ordinem præscriptum obseruandorum.* Quatuor igitur partibus absoluitur iudicium: (1) iudice: (2) litigantibus: (3) ordine præscripto: (4) fine ultimo, h. e. executione.

§. II.

ORDO IVDICIARIVS seu IVRIS β) dicitur *processus*, vel etiam *iudicium*, estque nihil aliud quam *dispositio idonea actuum iudicialium, semet inuicem præscripto modo subsequentium, vt in lite, coram iudice mota, omnis confusio euitetur, veritas eruatur, et suum cuique tribuatur.* Finis eius est, veritatem facti eruere, et iustitiam administrare. Vnde fluit, (1) peruertentes *iuris ordinem*, et ὕστερον πρότερον committentes nihil agere, γ) sed omnia in irritum reuocanda δ): (2) iudicis esse, ordinem procedendi dirigere per interlocutiones, ne partes a tramite præscripto deuient ε): (3) eum non *suo sensu*, sed *auctoritate legum* et *canonum* duci debere ζ): (4) sine acceptione personarum iudicia esse peragenda η): (5) per iudicium aditum iniuriis haud patere debere ϑ): (6) claudicare iudicium, si in alterutram partem iudex suo fauore inclinat ι): (7) omnia iudiciorum acta fideliter scriptis consignanda esse, vt fidem in omni iudicio facere queant, κ) omni confusione seposita.

§. III.

β) vt dicitur *in c. 19. X. h. t. c. 1. X. vt lite non contestata. c. 22. X. de accus. c. 6. X. de dolo et contumac.*

γ) *c. 22. X. de accus.*

δ) *c. 19. X. h. t. c. 7. C. 2. q. 1. c. pen. X. de purg. canon.*

ε) *c. 19. cit.*

ζ) *c. 1. X. de constit.*

η) *c. 13. X. h. t.*

ϑ) *c. 28. X. de rescript.*

ι) *c. 5. X. de except.*

κ) *c. vlt. X. de prob. c. 15. X. de restit. spol.*

§. III.

PROCESSVS eſt vel *iuris communis*, vel *particularis*. *Ille* eſt, quem ex iuris Romani vel gloſſatorum doctrinis tradit ius canonicum. λ) *Hic* vero, qui ex iure particulari ſingularum prouinciarum vel regnorum dependet, et in quibusdam ab illo deuiat. Interim ille huius fundamentum eſt, vt hic ſine illo intelligi nequeat.

§. IV.

PROCESSVS vterque eſt vel *ordinarius*, vel *ſummarius*. Ille ordinem generaliter omnibus cauſis tam in ſubſtantialibus, quam ſollemnibus præſcriptum ſeruat, et ſic *regulam* conſtituit. Hic, omiſſis ſollemnibus, et quæ ex iure poſitiuo ſupperaddita ſunt ordini naturali, ſubſtantialia duntaxat obſeruat, ſine quibus veritas erui nequit. μ)

§. V.

CAVSAE quædam ſummariæ ſunt *per ſe*, quædam *per accidens* tales fiunt. Illæ determinatæ ſunt vel in iure (I) *ciuili*, quorſum pertinent cauſæ moram non ferentes, publicæ, ſacræ, ν) alimentorum, honorariorum, officiorum publicorum

λ) Reductio enim ſeculo XII iure Romano, et iudiciis eccleſiaſticis ordinatis, infinitæ lites de *proceſſu* ortæ, de quibus relationes ad curiam Romanam factæ occaſionem dederunt, vt infinitæ decretales de his ederentur, et editæ poſtea colligerentur. Has forum auide recepit, erroribus gloſſatorum licet refertas.

μ) *clem. ſæpe 2. de V. S.* ibi: *non ſic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes neceſſariæ et defenſiones legitimæ admittantur.*

ν) vt vel *interdicta* docent.

corum, restitutionum minorum, ξ) cautionum, et quae ad praeparandum iudicium spectant? (II) vel in *iure canonico*, vt sunt ecclesiasticae, matrimoniales, vsurarum ο): III) vel *iure hodierno*, vt sunt executiuae, cambiales, mercaturam et rem nauticam, metallica, rem agrariam et aggerum concernentes, concursus creditorum etc.

§. VI.

PER *accidens* fiunt summariae causae (1) ex *compromisso* partium, quod iudex omnino sequi debet π). (2) Ex *rescripto principis*, si delegatio facta sub clausula: *vt de plano et simpliciter procedatur*, ϱ), vel: *sine strepitu iudicii et figura*, σ) vel: *sola veritate facti inspecta*. (3) Multo magis ergo, si per *auocationem* causa ad sanctius consistorium principis delata. τ)

§. VII.

PORRO cum processus *criminalis* a *ciuili* differat, iudicium duplex est, vel *criminale*, in quo per viam *accusationis*, vel *inquisitionis* de crimine ad poenam criminalem agitur: vel *ciuile*, in quo de negotiis et rebus tum *publicis*, tum *priuatis*, *secularibus* et *ecclesiasticis* υ) per viam *actionis* vel *implorationis* contenditur.

§. VIII.

ξ) *t. t. de extraord. cognit.*

ο) *clem. 2. h. t.*

π) BRVNNEM. *in proc. ciuili c.* 1. *n.* 18.

ϱ) *c.* 13. *X. h. t. c.* 25. *de accus. clem. saepe* 2. *de V. S.*

σ) *clem.* 2. *h. t. c.* 43. *de elect. in 6.*

τ) FRANZK. *lib.* 3. *res.* 1. *n.* 294.

υ) *Ciuile* in *c.* 13. *in f. X. qui filii sint legit.* opponitur *ecclesiastico iudicio*; sed tunc *seculare* indigitatur. Processus autem *ciuilis* aeque in caussis *secularibus* ac *ecclesiasticis* locum habet.

§. VIII.

CIVILE iudicium, in quo *processus ciuilis* obtinet, est ratione *obiecti* vel *ecclesiasticum*, in quo de *causis* et *rebus ecclesiasticis* contenditur: φ) et *seculare*, in quo de rebus mere secularibus agitur. χ) Vnde in foro ecclesiastico iudicium esse potest *seculare*, quatenus contra clericum ex contractu vel de negotio seculari agitur. In hoc de bonis externis tantum litigatur; in illo etiam decernitur *de peccato* iuxta sententiam INNOCENTII III. ψ)

§. IX.

PROCESSVS etiam *instantia iudicii certi* ω) dicitur, adeoque qui ab *instantia* absoluitur, tantum a præsente iudicio seu *processu*, non a *tota causa* absoluitur, vtpote si *actionem ineptam* mouerit. α) Neque tamen instantia per *decursum triennii* hoc iure perit, β) vti de iure ciuili.

§. X.

DENIQVE iudicium est vel *primæ* vel *secundæ instantiæ*. Illud coram *iudice inferiore* peragitur,

φ) *c.* 2. 3. X. *h. t.*

χ) *c.* 17. *et* 21. X. *h. t.* Origo huius fori inde tracta, quod Christiani sub incunabulis religionis coram *infideli iudice* litigari formidarent, et ad episcopos potius causas suas deferrent, quod sub *imperatoribus fidelibus* quoad clericos simpliciter in necessitatem tractum videtur a patribus. Vid. *c.* 23. C. 11. *q.* 1. vbi pro *ciuilem* legendum *cinctum*. vid. ACOSTA *ad tit. de for. compet.* [illegible] 79.

ψ) in *c.* 13. [illegible] *t.* quo sub prætextu ad tribunal pontificis controuersiæ gentium inter se tractæ sunt.

ω) *c.* 20. X. *h. t.* *c.* 14. X. *de offic. et pot. iud. deleg.* quod *cum instantia pereunte* litigantes, *c.* 12. X. *de fid. instrum.*

α) *c.* 15. X. *h. t.*

β) *c.* 20. X. *h. t.*

agitur, vel etiam coram *pontifice*, qui in omnibus instantiis iudex competens est. Hoc a superiori mediante appellatione exercetur. γ) Eodem iudice manente, interposito licet suspensiuo remedio, non mutatur *instantia*, sed eadem manet.

TIT. II.

DE FORO COMPETENTE.

SYNOPSIS.

Forum competens quid? est vel ecclesiasticum vel seculare. I. Ecclesiastico subiiciuntur causae ecclesiasticae, quae referuntur. II. Seculares caussae ex accidente possunt fieri ecclesiasticae, et ad hoc forum referri. III. Clerici quoque huic foro subiiciuntur, quod est vel commune vel proprium. IV. Omnes clerici in hoc foro conueniuntur, etiam coniugati, et tantum tonsurati, quod postea limitatum. V. Nec huic foro clerici renunciare aut illud prorogare possunt, licet sint depositi. VI. Idem in terris protestantium obtinet, excluso famulitio. Dotales rustici saepe coram parocho forum sortiuntur. De prorogatione. VII. Extra ordinem etiam clerici forum seculare sortiuntur in quibusdam ciuilibus caussis, VIII. et criminalibus. IX. Iudex praeterea carere debet suspicione. Modus procedendi in causa suspicionis. X.

§. I.

MOVETVR processus in *foro competente*, quod ex qualitate *reorum*, vel *causarum* decisioni litis intentatae a legibus destinatum est. Hae enim vel certis *causis* et rebus pecu-

γ) *c. 3. de appell. in 6.*

culiare forum dederunt, vel, eo non facto, foro, cui *reus* subest, quod actor sequi debet, δ) decisionem tribuunt. Forum competens est vel *ecclesiasticum*, vel *seculare*. In illo *iurisdictio ecclesiastica*, tum in *clericos*, tum in *causis ecclesiasticis* etiam contra *laicos*: in hoc *iurisdictio temporalis* ε) contra *laicos* in *causis secularibus* exercetur. Diuersitas hæc vtriusque fori corroborata est ex duplici republica diuersa, in iure canonico assumta.

§. II.

FORO ecclesiastico subiiciuntur tum *causæ et res ecclesiasticæ*, tum *clerici*. ζ) Causæ ecclesiasticæ sunt vel *per se* tales, vel ex *accidente* tales fieri dicuntur abusiue *spirituales*, η) quæ concernunt cultum diuinum, officia ecclesiastica, et patrimonium ecclesiæ, vel denique respectum quendam spiritualem habere creduntur. Vnde etiam huc pertinent (1) causæ *iuris patronatus*: ϑ) (2) causæ *sponsalium* et *matrimoniales*, ι) ob sacramenti respectum: (3) res ecclesiasticæ et piarum causarum, de quarum qualitate constat: si vt *seculares* possidentur, et ab ecclesia vindicantur, actor sequitur forum rei, nisi consuetudine aliud obtineat: κ) (4) causæ sepulturarum et cœme-

δ) *c.* 5. *X. h. t.*

ε) vti vocatur in *c.* 16. *X. h. t.*

ζ) *c.* 2. *X. de iudic.* non *iur. diuino*, sed *ciuili positiuo*, vt varia fata huius fori docent, relata ab ACOSTA *in comm. ad c.* 4. *h. t. p.* 281. *seqq.*

η) *c.* 8. *X. de arbitr. c.* 2. *X. de iudic.*

ϑ) *c.* 3. *X. de iudic.*

ι) *c.* 3. *X. de ord. cognit. c.* 7. *X. qui fil. sint legit. c.* 12. *X. de excess. prælat.*

κ) *c.* 5. *X. h. t.*

meteriorum: (5) causae decimarum, nisi mere seculares sunt: (6) delicta ecclesiastica. λ) Atque has causas etiam protestantes ad fora ecclesiastica traxerunt. μ) Denique (7) causa priuilegii a papa concessi priuatiue ad iudicium pontificis spectat. μμ)

§. III.

PER accidens seculares fiunt *ecclesiasticae* secundum ius canonicum: (a) ob respectum *peccati* concurrentem, de quo iudex ecclesiasticus decernere dicitur, ν) facta *denunciatione euangelica* νν): (b) ob *defectum iudicis secularis* in administranda iustitia, quem supplet iudex ecclesiasticus ξ): (c) ob *iuramentum*, cuicunque causae adiectum ο): (d) ob concurrentem respectum *miserabilium personarum*, π) quod tamen non absolute admittit pontifex. ϱ) Sed hi praetextus inter protestantes repudiantur, qui etiam *mixtas* causas non agnoscunt, quales ius canonicum in vsuris et quibusdam delictis constituit. σ)

§. IV.

PARITER foro ecclesiastico subiiciuntur *clerici* in personalibus et delictis, τ) quod duplex est, vel *commune*, vel *proprium*. Illud est Romana seu

λ) *lib. V.* infra explicanda.

μ) MARTINVS SCHRADER *de causis fori eccles.*

μμ) *c.* 12. X. de *indic.*

ν) *c.* 13. *X. de iudic.*

νν) cuius fundamenta traduntur in *cit. c.* 13. examinata a B. THOMASIO *de vsu pract. denunc. euangel.* conf. *tom. I b. t* §. 7. *sqq.*

ξ) *c.* 6. *et.* 10. *X. b. t.* vid. supra *tit.* X. §. 5. *p.* 78. conf. *c.* 2. *X. de alien. iudic. mut. caus. c.* 5. *X. de iudic. in f.*

ο) *c.* 3. *b. t. in* 6. *c.* 13. *X. de iudic.*

π) *c.* 26. *X. de V. S. in f. c.* 15. *X. b. t.*

ϱ) in *c.* 11. *X. b. t.*

σ) *tom. I. b. t.* §. 34. *seqq.* vt in crimine *sacrilegii*, *c.* 8. *X. b. t. etc.*

τ) *c.* 9. *c.* 13. *c.* 14. *X. b. t. c.* 4. 8. *X. de iudic.*

seu apostolica sedes, quae dicitur omnium *ecclesiarum mater seu magistra*, si clericus ibi repertus fuerit, nisi ius *reuocandi domum* pro se allegare possit. υ) Ita olim. Verum posito *hodie* principio, quod papa concurrentem habeat iurisdictionem cum omni iudice ecclesiastico, parum intererit, vtrum praesens an absens fuerit. PROPRIVM *forum* est, *quod habet clericus ratione dioeceseos, in qua est dioecesanus, vel ratione domicilii, vel beneficii*, φ) *residentiam postulantis.* Ergo (a) qui plura beneficia talia in diuersis dioecesibus habet, in singulis potest conueniri. φφ) (b) Si beneficium residentiam non postulat, alibi domicilium habens, ibi non potest conueniri, nisi intuitu huius *beneficii*, χ) quia *residentia* demum *domicilium* constituit. (c) Quia episcopus beneficium suum habet in *prouincia* archiepiscopi, coram hoc forum competens habet. ψ)

§. V.

GAVDENT hoc foro ecclesiastico *omnes clerici*, ω) etiam *tonsurati* tantum, α) vel *coniugati*, β) vestes clericales deferentes. Abusui tandem modum imposuit *concilium Tridentinum*, γ) vt tonsurati, et in minoribus ordinibus constituti,

υ) *c. f. X. h. t.* aeque vt olim Roma commune domicilium omnium ciuium Romanorum erat, quatenus ibidem praesentes erant. *l. 33. D. ad municip.*

φ) *c. 3. de tempor. ordin. in 6. c. 7. de offic. ordinar. in 6.*

φφ) *c. 29. X. de rescript.*

χ) WIESTNER *ad h. t. c. 34. seq. c. 14. X. h. t.*

ψ) *c. 11. X. de offic. ind. ordin.*

ω) *c. 2. X. h. t.*

α) *pontif. Roman. tit. de cleric. faciend.*

β) *c. vn. de cler. coniug. in 6.*

γ) *sess. XXIII. de reform. c. 6.*

ſtituti, fori priuilegio non gaudeant, niſi (1) beneficium eccleſiaſticum habeant: (2) aut in clericali habitu alicui eccleſiæ ex mandato epiſcopi inſeruiant: (3) vel in ſeminario clericorum aut in aliqua ſchola vel vniuerſitate de licentia epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos, verſentur.

§. VI.

FORO huic ſe ſubducere non poſſunt clerici per *renunciationem*, nequidem *iuratam*, δ) vel *prorogationem voluntariam* in cauſa ciuili, niſi (a) in iudicem eccleſiaſticum non ſuum: (b) cum epiſcopi diœceſani voluntate. ε) Neque amittitur hoc forum per *depoſitionem clerici*, ſed tantum per *degradationem*. ζ)

§. VII.

ETIAM apud proteſtantes clerici, et qui inſeruiunt eccleſiis, vt æditui, ludimoderatores, organici, et ſcholarum publicarum præceptores foro eccleſiaſtico gaudent, η) horumque *vxores* et *liberi*. An etiam *famuli?* Equidem in diplomate INNOCENTII IV θ) hoc extenſum ad *epiſcoporum ſeruientes* et *familiares;* ſed hoc ad famulitium aliorum clericorum extendi nequit, ι) et ſic nec inter proteſtantes regulariter, niſi ordinatione prouinciali diuerſum placuit. *Seruorum* ſeu *ruſticorum dotalium* diuerſa eſt ratio, in

δ) *c.* 12. X. *h. t.*

ε) *c.* 18. X. *h. t.*

ζ) *c.* 10. X. *de iudic. c.* 2. *de pœn. in* 6.

η) *tom.* I. *lib.* I. *tit.* 27. §. 3. *et h. t.* §. 46.

θ) VGHELL. *in Ital. ſacra tom.* I. *p.* 314. 316. *nou. edit.* conf. *c.* 13. X. *h. t.*

ι) vt docui *tom.* I. *h. t.* §. 43.

in quos etiam *parochi* in multis locis in *prima instantia* iurisdictionem exercent. κ) Pariter hic apud nos *renunciare* in totum foro huic possunt clerici; facilius autem in *causa ciuili prorogare*; λ) depositi autem foro seculari subiiciuntur.

§. VIII.

QVANDOQVE tamen clerici etiam *fori secularis* decisioni se submittere tenentur: (1) si *actoris* vices gerunt contra laicum, μ) quod actor forum rei sequi teneatur, adeo, vt olim etiam duella subire cogerentur in hoc iudicio vsitata: ν) (2) si vt rei laico in lite iam pendente succedunt ξ): (3) in actionibus realibus forum rei sitae sequuntur ο): (4) in causis feudalibus in curia feudali terminandis π): (5) si ad agendum prouocantur: (6) in denunciatione litis ad *assistendum*, quae coram iudice laico pendet: (7) in reconuentione, quae *prorogationem* necessariam continet, ϱ) et (8) in casu praestitae cautionis ob expensas, in quas clericus actor condemnatus.

§. IX.

PARITER in *delictis* quandoque clerici *forum seculare* et *criminale* sortiuntur: (1) si crimen *fractae pacis publicae* immediati praelati commiserunt, coram imperatore vel camera conueni-
endi

κ) *tom. I. h. t. §. 45.*
λ) vt ostendi *tom. I. h. t. §. 41.*
μ) *c. 16. C. 11. q. 1.*
ν) *tom. V. tit. XIV. §. 4.*
ξ) *tom. I. h. t. §. 56.*
ο) *c. f. X. h. t. c. 1. de priuil. in 6. c. 5. X. qui fil. sint legit.*
π) *c. 6. X. h. t. c. 5. et 13. X. de iudic.*
ϱ) *tom. I. h. t. §. 57.*

endi σ): (2) per assassinos cædes committentes τ): (3) si in habitu laici, ordine clericali relicto, inuenti deliquerint υ): (4) clerici digami delinquentes φ): (5) degradati. χ) In protestantium terris de *criminibus grauioribus* clericorum non cognoscunt consistoria, sed inquisitio a principe vtplurimum delegatis committitur. χχ)

§. X.

PRAETER competentiam vero etiam in iudice desideratur, *vt omni suspicione careat;* alioquin iuste recusari potest, ψ) tam *delegatus*, quam *ordinarius*, ω) probata iusta recusationis causa. De hac cognoscunt vel arbitri speciatim eligendi: α) vel concommissarii, delegatione facta sub clausula: *si non omnes:* β) vel res committitur *iuramento perhorrescentiæ*, coram iudice recusato præstando, γ) vt tamen ex constitutione LEONIS X δ) præcedat *semiplena probatio*, quam non desiderant fora protestantium. ε)

TIT.

σ) GAIL. *lib.* 1. *de pac. publ. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 12. *sq.* Mediati clerici coram *iudice ecclesiastico* conueniendi. *R. I. de anno* 1548. von Landfrieden. *tit.* 22.

τ) *c.* 1. *de homicid. in* 6.

υ) *c.* 1. X. *de apostat.*

φ) *c.* 1. *de digam. in* 6.

χ) *c.* 27. X. *de V. S.*

χχ) quamuis processum *inquisitionis* sine sententiæ latione instruere non prohibeantur.

ψ) *c.* 41. X. *de appel. c.* 5. X. *de except.*

ω) *c.* 10. X. *h. t. c.* 18. X. *de iudic. c.* 5. *cit.*

α) *c.* 10. X. *h. t. c.* 2. *de appell. in* 6.

β) vid. supra *tit.* 29. *lib.* 1. §. 4. *inf. p.* 140.

γ) *c.* 11. *vers. cum vero. de rescript. in* 6.

δ) relata et notis illustrata ab ERASMO A CHOCKIER *tom. II. de iurisd. ordinar. in exemtos.*

ε) vt docui *tom. I. h. t.* §. 78.

TIT. III.

DE LIBELLI OBLATIONE.

SYNOPSIS.

Citatio initium est iudicii, in omni processu necessaria I. Est vel generalis ad totam causam, vel specialis, II. vel priuata vel publica. Denique vel immediata vel mediata. III. Causa citationi inserenda. IV. Facienda a iudice competente, adiecto termino et loco tuto. Denique legitime insinuanda. V. Effectus citationis. VI. Citatio hodie fit adiuncto libello, cuius definitio traditur. VII. Concipiendus in scriptis; olim articulis etiam factum includebatur. VIII. Fundamentum agendi, non nomen actionis exprimendum. IX. Conueniens petitum. Inepta petitio operatur absolutionem ab instantia. X. Differentia inter mutationem et emendationem libelli. XI.

§. I.

IVDICIVM initium capit hodie facta *citatione* et libelli oblatione, cui *supplicatio pro decernenda* citatione vel inseritur, vel seorsim cum libello exhibetur. CITATIO *est actus iudicialis, quo ad instantiam actoris a iudice competente ex causa adiecta reus ad certum diem litis peragendæ causa in iudicium vocatur.* Hæc in omni processu est necessaria, ζ) vt contra non citatum procedi nequeat, η) ne quidem in *notorio*, quod vtplurimum *per abusum* tale dicitur. ϑ)

§. II.

ζ) *clem.* 2. *de V. S.*
η) *c.* 8. *X. de maior. et obed.*
ϑ) *c.* 14. *X. de appell.*

§. II.

CITATIO est vel *generalis*, quae fit semel ad totam causam, ob locorum distantiam, pro parcendis sumtibus in supremis tribunalibus vsitata: ι) vel *specialis*, facta ad *singulos iudicii actus*, qui litigantium praesentiam desiderant, quae ordinaria est. Illa semper *peremtoria* est, κ) non aeque haec.

§. III.

ALIA porro est *priuata*, quae priuatim insinuatur reo, vel *in scriptis* in ordinario, vel etiam *viua* voce fit in *summario processu:* alia *publica*, quae fit per *edicta*, λ) vel ex cathedra sacra in ecclesia, μ) quando insinuatio personaliter vel ad domum fieri nequit. ν) Denique alia est *immediata*, quae fit a iudice sine requisitione alterius iudicis, et sic etiam a consistorio, si citandus in territorio degit: vel *mediata*, quae ad requisitionem iudicis extranei fit. Quocirca si clerici foro seculari subesse coguntur, immediate citari possunt. ξ)

§. IV.

CITATIO (I) ita facienda est, vt per illam reus plene possit instrui de causis, super quibus in iudicio conuenitur, ο) quo praeparatus compareat, π) id quod hodie peragitur per communicationem libelli.

§. V.

ι) *c. 6. et 10. X. de dolo et contumac. c. 5. in f. X. de restit. in integr.*

κ) *cit. c. 6. et 10.*

λ) *c. 11. X. de cler. non resid.* Edicta affiguntur apud ecclesiam, cui citandus praeest; *c. f. X. de dol. et contum.*

μ) *clem. vn. in f. de for. compet.*

ν) *c. f. X. de dolo et contum.*

ξ) *tom. I. h. t. §. 15.*

ο) *clem. 2. vt lite pend.* cum competente termino. *c. 11. X. de procur. c. 2. de dilat.*

π) *c. 3. C. 5. qu. 2.*

§. V.

PRAETEREA (II) facienda a *iudice compe- tente*, ϱ) quem in finem iudex delegatus rescriptum delegationis ei inserere debet σ). (III) Certus in ea terminus comparendi exprimendus, considerata locorum distantia, τ) vt super caussa deliberare valeat υ). (IV) Ad *locum tutum* reus citandus; alioquin non comparens in termino iuste excusatur. φ) Denique (V) reo et omnibus, quorum interest, φφ) legitime insinuanda, vel *in faciem*, si præsens est reus: sin absens, *ad domum* χ) et quidem per publicam personam, cui fides habenda. Si per reum factum, quo minus fieret insinuatio, pro facta accipitur. ψ)

§. VI.

CITATIO operatur (I) *necessitatem comparendi in termino;* nisi mere *monitoria* fuerit. Qui contra hoc forum priuilegio vel alio iure munitus, comparere et illud proponere debet ω): (II) *litispendentiam* α) et (III) *præuentionem* β): (IV) *contumaciam*, si vel generaliter ad totam causam cita-

ϱ) *c.* 29. X. *de offic. et pot. iudic. deleg.*

σ) *c.* 2. X. *de dilat.*

τ) *clem.* 1. *de iudic.*

υ) *c.* 1. *et f.* X. *de dilat.*

φ) *c.* 4. X. *vt lite non contest. clem.* 2. *de sent. et re iudic.* versu: *esto igitur.*

φφ) *c. f.* X. *de iudic.*

χ) *clem. vn. de for. compet. c.* 4. X. *de eo, qui mitt. in poss.*

ψ) *clem.* 2. *vt lite pendente.*

ω) *c.* 7. X. *de appell.*

α) *c.* 20. X. *de offic. et pot. iudic. deleg.* vtut LVCIVS III in *c.* 19. X. *eod.* hunc effectum secundum *ius ciuile litis contestationi* adhuc adscripserit, quod tandem ad *ius certum* reuocatum in *clem.* 2. *vt lite pend.*

β) *c. pen.* X. *de for. compet.*

citatus, vel poſt trinam particularem ſe non ſtiterit citatus. γ)

§. VII.

CITATIO decernitur ad *ſupplicationem* actoris, vel *libelli oblationem*, in quo citatio ſimul petita, et hic iuxta *§. IV.* hodie ſimul transmittitur. LIBELLVS eſt *poſtulatio actoris, in qua facti ſeries, fundamentum agendi, et petitio actioni conueniens exprimitur.* Eſtque duplex, vel *conuentionalis*, de qua *h. t.* vel *reconuentionalis*, de qua *tit. ſq.*

§. VIII.

IN libello deſideratur (1) *ſcriptura* δ) excepto ſummario proceſſu, in quo cauſa oretenus proponi poteſt. ε) (2) Factum olim in eo proponendum per *articulos*, adiecta clauſula: *ſaluo iure addendi et deminuendi*, ζ) excepta cauſa ſummaria. Cum vero hi fomes infinitarum litium eſſent: η) generaliter hic modus ſublatus, ϑ) cautumque, vt factum *neruoſe, clare*, et *breuiter* proponatur, et res, quæ petitur, ſpecifice deſignetur. ι)

§. IX.

(3) FVNDAMENTVM *agendi* exprimendum, et quidem in actione *perſonali* cauſa debendi; κ) in *reali*

γ) *c. 11. X. de cler. non reſid. c. 15. X. de accuſ.*

δ) *c. 1. X. h. t.*

ε) *clem. ſæpe 2. de V. S.*

ζ) *c. 6. X. de fid. inſtrum.*

η) *cit. c. 6.*

ϑ) *in R. I. de anno 1654. §. 34. et 65.*

ι) *c. 2. X. h. t.*

κ) *c. 3. X. h. t.*

reali illa iuris in re ſpecies, vnde agitur, quæ huius actionis *cauſam proximam* conſtituit. Poſſunt etiam hoc iure plures actiones cumulari, quatenus ſunt compatibiles. λ) *Nomen* autem *actionis* vt exprimatur, non eſt neceſſe, modo de *fundamento* conſtet.

§. X.

TANDEM (4) actioni intentatæ *conueniens petitum* adiiciendum. Inepte ſibi rem per rei vindicationem petit reſtitui actor, quam poſſidet, quo facto reus abſoluitur ab inſtantia, vt tamen actori integrum ſit, *congruentem* et *aptam* intentare *actionem*. μ)

§. XI.

QVOCIRCA *mutato* poſt L. C. *libello* in cauſa petendi, reus ab inſtantia, refuſis expenſis, abſoluendus; non, ſi tantum *declaratur* vel *emendatur* in circumſtantiis adiectis, ν) quod ſemper integrum eſt, vt nequidem nouæ induciæ ad deliberandum concedendæ. ξ)

TIT.

λ) *c. 2. X. de capell. monach. c. 5. X. de cauſ. poſſeſſ. et propriet.*

μ) *c. 15. X. de iudic.*

ν) *c. 3. X. de dilat.*

ξ) *cit. c. 3.*

TIT. IV.

DE MVTVIS PETITIONIBVS.

SYNOPSIS.

Plures petitiones eiusdem generis apud eundem iudicem mouenda: ab his differunt mutuae vtrinque competentes petitiones. I. Reconuentio quid? habet effectum simult[redacted]*s, vide va-ria co*[redacted]*tracta. II. Requisita* [redacted]*uentione obseruanda. III. Quandoque post conuentionem reiicitur; quandoque prorsus exulat. IV.*

§. I.

SEQVITVR *libellus reconuentionalis*, in *mutuis petitionibus*, seu actionibus coram eodem iudice locum habens. ο) Differunt vero *mutuae petitiones*, quae vtrinque competunt, a *pluribus actionibus* eiusdem generis ab eodem actore contra eundem mouendis, veluti ex debito. Etiam hae ad eosdem, non diuersos iudices, forsan delegatos, trahendae. π) Pariter si *mutuae* sunt *petitiones*, mota conuentione, integrum est reo, in eodem iudicio, etiam in ea causa incompetente ϱ) *reconuentionem* contra actorem instituere.

§. II.

ο) Cuius fundamentum traditur in *l.* 14. C. *de sentent. et interl c.* 1. C. 3. *q.* 8.

π) *l.* 11. *pr. de iurisd. c.* 3. *de rescript. in* 6.

ϱ) Hoc iuri veteri haud congruere, sed demum ex ZENONIS constitutione in *l. pen.* C. *de fructibus et litium expensis* introductum, et ad hanc a IVSTINIANO sententiam PAPINIANI in *l.* 14. C. *de sentent.* accommodatam, erudite et prolixe obseruat ACOSTA *in comment. ad h. t. p.* 381. *sqq.* Atque haec recentior iuris doctrina in iure canonico quoque repetita.

§. II.

RECONVENTIO ergo eſt *actio, quæ a reo conuento mouetur principaliter contra actorem in eodem iudicio, licet reſpectu huius incompetente, vt ſimultaneo proceſſu vtraque cauſa peragatur.* Quia itaque vtraque actio apud eundem iudicem ſimultaneo proceſſu agitur, ſequitur, (1) vt etiam apud *delegatum*, ad inſtantiam ſolius actoris datum, reconuentio moueri queat, σ) non item coram arbitris τ): (2) vt etiam in cauſa eccleſiaſtica locum habeat υ): (3) vt clericus, in *foro ſeculari* agens, ibidem de cauſa perſonali reconueniri queat; φ) (4) vt tamen tantum in *cauſis ciuilibus* mutuis admitti queat: in pari vel minori crimine licentia recriminandi accuſatis ademta eſt, priusquam ſe crimine, quo premuntur, exuerint χ): (5) vt appellatione remota in conuentione, cenſeatur etiam remota in reconuentione. ψ)

§. III.

REQVIRITVR autem, (I) *vt mox ſeu ante L. C. reconuentio proponatur;* nimis tarde propoſita reſeruatur poſt deciſionem conuentionis, excluſo ſimultaneo proceſſu. (II) *Vt adbuc in prima inſtantia* inſtituatur, non ſecunda appellationis, excepta *appellatione extraiudiciali* ω), quæ eſt

σ) *c.* 1. X. *b t. c.* 3. *de reſcript. in* 6.

τ) *c.* 6. X. *de arbitr.*

υ) *c.* 12. X. *de foro competente.*

φ) v. ſupra *tit.* 2. *huius libri* § 8. *p* 203.

χ) *c.* 1 *et* 3. C. 3. *q.* 11.

ψ) *c.* 2. X. *b t.*

ω) *c.* 1. *de elect. in* 6.

eſt magis *prouocatio ad cauſam* in prima inſtantia α). (III) *Vt mutuæ petitiones ſe non contingant:* ſi *reconuentio* dependet ex deciſione *conuentionis*, hæc prius finienda. (IV) *Vt reus etiam ad agendum capax ſit:* excommunicatus conventus reconuenire nequit; β) nec de ſpolio agens reconueniri poteſt a reo, quia tamdiu ab agendo repellitur, donec ſpolium reſtituerit, γ) niſi itidem de ſpolio actorem reconueniat, quod permittitur, δ) vt ambæ in iudicium deductæ, viciſſimque tractatæ, ſimul eadem ſententia terminentur. ε)

§. IV.

CESSAT itaque *ſimultaneus proceſſus* in defectu requiſiti *primi*, *tertiique*, cautione tamen pro *reconuentione* ab actore præſtita. In caſibus vero, quos requiſitum *ſecundum* et *quartum* notat, prorſus exulat.

TIT.

α) *c.* 5. X. *de appell.*
β) *c.* 5. X. *de except.*
γ) *c.* 2. *c. f.* X. *de ord. cognit.*
δ) *in cit. c. f.*
ε) *c.* 2. *cit. verſ. cum autem ea. c.* 1. X. *h.*

TIT. V.

DE LITIS CONTESTATIONE.

SYNOPSIS.

Litis contestatio est vel pura vel euentualis, oppositis antea exceptionibus. I. Dilatoriæ in primo termino proponendæ, non post L. C., nisi in quibusdam casibus. II. Quandoque ante L. C. peremtoriæ litis finitæ opponi queunt, si sunt liquidæ. III. Quædam exceptiones prorsus litis contestationem impediunt. IV. Litis contestatio quid? V. Ea non fit per exceptiones peremtorias, aut positiones. VI. Positionum vsus. VII. Iuramento positiones et responsiones confirmandæ. VIII. De vsu hodierno positionum. IX.

§. I.

CITATVS in termino vel *euentualiter* vel *pure* litem contestari tenetur. ζ) Prius fit per præmissas EXCEPTIONES, quæ sunt *defensiones reorum, quibus intentio actoris vel eliditur vel suspenditur.* Sicuti autem hæ vel *dilatoriæ* sunt, quibus tantum reus iudicium differre intendit: vel *peremtoriæ*, quibus intentionem actoris destruere atque perimere satagit; ita vtraque species suo modo præmitti potest litis contestationi.

§. II.

ET quidem (I) *dilatoriæ* ante L. C. in *primo termino* proponendæ, η) coniunctim, sub pœna *præclusi.* ϑ) Olim si plures reus habebat, præfigere

ζ) id cautum in *R. I. de a.* 1654. §. 37. ...
η) *c.* 20. *X. de sentent. et re iudic. c.* 62. *X. de appell.*
ϑ) *cit. R. I. de Anno* 1654. §. 37.

figere poterat iudex terminum, intra quem omnes proponerentur; ι) id quod hodie haud necessarium amplius est. *Lite contestata*, in posterum admitti non possunt, nisi (a) *nullitatem processus* inducant, vt deficientis mandati, κ) excommunicationis maioris: λ) etc. (b) si post demum oriantur, μ) vel demum in notitiam rei peruenerint, quod iuramento asserendum; ν) (c) si simul merita caussae tangunt; (d) si perdurans grauamen continent, vt *loci non tuti*. ξ) Ceterum in *summariis caussis*, tales exceptiones, frustratoriae, et apices processus ordinarii concernentes, reiiciendae. ο)

§. III.

QVANDOQVE etiam (II) in primo termino *peremtoriae* opponi queunt, et *litis* ingressum impedire, π) atque *litis finitae* speciatim dicuntur, ρ) vt *rei iudicatae*, *transactae*, vel aliter litis iam sublatae. Non aliter tamen ex mente iuris ciuilis locum habent, quam si liquidae, et in continenti probari possunt, quo iure vtimur. σ)

§. IV.

PRAETEREA etiam quaedam *exceptiones dilatoriae* impediunt, etiam euentualiter, litis conte-statio-

ι) *c. 4. X. de except.*
κ) *c. 4. X. de procur.*
λ) *c. 1. de except. in 6.*
μ) *c. 25. X. de offic. iud. deleg.*
ν) *c. 4. X. de except.*
ξ) *clem. 2. de sent. et re iud. vers. esto igitur. c. 47. X. de appell.*
ο) *clem. 2. de V. S.*
π) *c. 2. h. t. in 6.*
ρ) *c. 1. h. t. in 6.*
σ) *tom. I. tit. de except. §. 11. 12.*

stationem, vt (a) *spolii*, τ) quatenus intra XV dies probari potest υ): (b) *fori declinatoria liquidæ*. φ) Si dubiæ, euentualiter *litis contestatæ*, æque vt in ceteris dilatoriis, mox in primo termino subiicienda, χ) quamuis hoc citra præiudicium rei fiat.

§. V.

LITIS contestatio fieri dicitur *per petitionem in iure propositam*, quæ in libello continetur, et *responsionem*, animo contradicendi et litem contestandi, *factam*. ψ) Sufficiebat autem de iure canonico *generalis contradictio*; ω) hodie tamen *specialis* ad singula capita libelli *responsio* desideratur. α) Atque hæc dicitur *vera*. Datur etiam *ficta*, quæ in contumaciam pro *negatiue facta* accipitur, vt actor probare debeat. β)

§. VI.

INDE fluit, (1) per solam *exceptionem peremtoriam* propositam non induci litis contestationem γ): (2) multo minus per *positiones* et ad eas factas *responsiones*, δ) quæ demum post litis contestationem factam sequuntur, eamque declarant, atque sic *lis plenissime contestata* dicitur. ε)

§. VII.

QVIA enim litis contestatio *generaliter* fiebat, *declaratione* opus erat, quem in finem *positiones*,

τ) c. 2. X. *de ord. cognit.*
υ) c. 1. *de restit. spol. in.* 6.
φ) R. I. *de a.* 1654. §. 40.
χ) *cit.* R. I. §. 40.
ψ) c. 54. X. *de elect.* c. *vn.* X. *h. t.*
ω) c. 6. X. *de iuram. cal.*
α) R. I. *de a.* 1654. §. 37.
β) c. 34. X. *de testib.*
γ) c. 2. *h. t. in* 6.
δ) c. 54 *de elect.*
ε) c. 6. *de iuram. cal.*

tiones, ex libello formatas, actor offerebat, quas veras esse sub *oblatione iuramenti* asserebat: his reus in scriptis respondere cogebatur itidem sub *iuramento*, quo via euidentior ad probandum panderetur. ζ)

§. VIII.

VTRVMQVE iuramentum, quod *dandorum* et *respondendorum* appellant, est *malitiae*, adeoque *per procuratorem* praestari potest. η) Si reus positionibus respondere nolit, *pro confesso* habetur, θ) et quia ad faciliorem litium expeditionem faciunt, locum etiam habent in *caussis summariis*, ι) et sic etiam *matrimonialibus*. κ)

§. IX.

VNDE sequitur, (a) litis contestationem aliquam, etiam *indirectam*, in summariis caussis desiderari, quod *positiones* in his non excludantur λ): (b) nec hodie vsum positionum penitus cessare, quamuis generalis litis contestatio sublata sit, quia proficit ad temerariam reorum negationem coercendam; μ) licet in *processu Saxonico* vsus earum sublatus sit.

TIT.

ζ) *clem. 2. de V. S.*

η) *c. 3. de iuram. calumn. in 6.*

θ) *c. 2. de confess. in 6.*

ι) *clem. 2. de V. S.*

κ) Sollemnis tantum exclusa est *in clem. 2. de V. S.*

λ) *vol. I. h. t. §. 16.*

μ) *tom. I. h. t. §. 12.*

TIT. VI.

VT LITE NON CONTESTATA NON PROCEDATVR AD TESTIVM RECEPTIONEM VEL AD SENTENTIAM DEFINITIVAM.

SYNOPSIS.

Lite non contestata non recipiendi testes, nec definitiva ferenda. I. Nisi in punctis incidentibus vel ex qualitate causae. II. Vel si periculum amittendae probationis in causa principali immineat. Quae circa actorem hic observanda? III. Reus factionibus examen admittitur. IV.

§. I.

PER *litis contestationem* status controuersiae rite formatur, vt inde, quid probandum sit, et quis probare debeat, constet: cuius consequens est, (a) vt, ea non facta, ad probationem procedi nequeat, ν) nisi in contumaciam ξ) *pro facta* accipiatur ο): (b) multo minus ad *definitiuam*, quia ipsa *receptio testium* nulla est. π)

§. II.

EX accidente tamen receptio testium ante L. C. fieri potest: (1) in *puncto incidente* probando, v. c. legitimatione ad causam, petita relaxatione iuramenti ad effectum agendi ρ): (2) ex *qua-*

ν) *c.* 1. 2. *X. h. t.*

ξ) quamuis etiam haec aliter plecti possit pro re nata. *c.* 3. *X. h. t.* Testes absque *culpa contumaciae* recepti nulliter recepti erant, lite non contestata. *c.* 4. *X. h. t.*

ο) *c.* 34. *X. de testib. c.* 3. *X. de dolo et contum.*

π) *c.* 4. *X. h. t.*

ρ) *c.* 20. *X. de iureiur. c.* 4. *X. de procur.*

[redacted]

dato instructum, η) sub pœna, vt actor ab insti tuta actione cadat, reus vero habeatur pro con fesso. ϑ)

§. II.

OLIM *clerici* non iurabant. ι) Postea tamen eidem necessitati subiecti sunt. κ) Iurant etiam *aduocati* et *procuratores*, vt calumnia ab ipsis vi tetur, λ) tam in *prima*, quam *secunda instantia* μ) quod communiter ad appellantem restringunt tam in *causis ecclesiasticis*, ν) quam secularibus.

§. III.

NON tamen hoc iuramentum est *de substan tia ordinis iudiciarii*, adeoque eo omisso nec ex acto, processus subsistit. ξ) Quia tamen *legal* est, (a) iudex illud etiam ex officio deferre: (b

[redacted]

TIT. VIII.

DE DILATIONIBVS.

SYNOPSIS.

Dilationes quid sint? comprehendunt vel certum terminum, vel in genere spatium temporis. I. Non nimis breues esse debent, imo prorogari bis possunt, et in tertia dilatione, *sollemnitate legali opus est. II.*

§. I.

PLVRA in litibus emergunt *accidentia* et *incidentia*, quibus processus retardatur, tam in *exordio litis* quam in *progressu*. Huc pertinent (I) DILATIONES, quæ sunt *induciæ σ) ad certum actum in iudicio peragendum litigantibus præscriptæ et datæ*, siue simul *certum diem* aut *terminum* designent, τ) si vtrique comparendum: siue in genere spatium quoddam temporis, sine designatione certi termini, in se contineant, si alterutri quid agendum incumbit. ττ)

§. II.

FINIS earum est, vt litigantes *præparati* accedant. Vnde (a) *deliberatoriæ*, olim vsitatæ, cessant, si citationi libellus statim adiectus, ex quo reus instrui potest υ). (b) De iure canonico *arbitrariæ* sunt dilationes, vt tamen, si nimis *breues*, causa ardua concurrente, appellari etiam possit φ). (c) Ex *iusta causa* etiam ad instantiam

σ) *c. 2. X. b. t.*
τ) *c. 1. X. b. t.*
ττ) *c. 6. X. de dolo et contum.*
υ) *c. 2. X. b. t.*
φ) *c. 1. et 4. X. b. t.*

dato instructum, η) sub pœna, vt actor ab instituta actione cadat, reus vero habeatur pro confesso. ϑ)

§. II.

OLIM *clerici* non iurabant. ι) Postea tamen eidem necessitati subiecti sunt. κ) Iurant etiam *aduocati* et *procuratores*, vt calumnia ab ipsis vitetur, λ) tam in *prima*, quam *secunda instantia*; μ) quod communiter ad appellantem restringunt: tam in *caussis ecclesiasticis*, ν) quam secularibus.

§. III.

NON tamen hoc iuramentum est *de substantia ordinis iudiciarii*, adeoque eo omisso nec exacto, processus subsistit. ξ) Quia tamen *legale* est, (a) iudex illud etiam ex officio deferre: (b) ex *iusta causa* expresse remittere valet. ο)

§. IV.

AB hoc differt *iuramentum malitiæ speciale* ad certum actum, in quo *suspicio malitiæ* adest, restrictum, quod toties iudex a partibus exigere potest, quoties expedire viderit, ω) etiamsi generale de calumnia iam præstitum fuerit, π) quod intentioni IVSTINIANI aduersari videtur. ϱ)

TIT.

η) *c. f. h. t. in 6.*
ϑ) *cit. c. 7. in f.*
ι) *c. 1. X. h. t.*
κ) *c. 5. 6. 7. X. h. t.*
λ) *c. 2. h. t. in 6.*
μ) *cit. c. 2. in pr.*
ν) Equidem hæ olim exceptæ fuerunt per *c. 2. X. h. t.* quod tamen correxit BONIFACIVS VIII *in c. 2. in f. h. t. in 6.*
ξ) *c. 1. h. t. in 6.*
ο) *tom. I. h. t. §. 3.*
ω) *c. 3. X. de fideiussor.*
π) *c. 2. in f. h. t. in 6.*
ϱ) *tom. I. h. t. §. 2.*

TIT. VIII.

DE DILATIONIBVS.

SYNOPSIS.

Dilationes quid sint? comprehendunt vel certum terminum, vel in genere spatium temporis. I. Non nimis breues esse debent, imo prorogari bis possunt, et in tertia dilatione, sollemnitate legali opus est. II.

§. I.

PLVRA in litibus emergunt *accidentia* et *incidentia*, quibus processus retardatur, tam in *exordio litis* quam in *progressu*. Huc pertinent (i) DILATIONES, quae sunt *induciae* σ) *ad certum actum in iudicio peragendum litigantibus praescriptae et datae*, siue simul *certum diem* aut *terminum* designent, τ) si vtrique comparendum: siue in genere spatium quoddam temporis, sine designatione certi termini, in se contineant, si alterutri quid agendum incumbit. ττ)

§. II.

FINIS earum est, vt litigantes *praeparati* accedant. Vnde (a) *deliberatoriae*, olim vsitatae, cessant, si citationi libellus statim adiectus, ex quo reus instrui potest υ). (b) De iure canonico *arbitrariae* sunt dilationes, vt tamen, si nimis *breues*, causa ardua concurrente, appellari etiam possit φ). (c) Ex *iusta causa* etiam ad instantiam

σ) *c.* 2. *X. b. t.*
τ) *c.* 1. *X. b. t.*
ττ) *c.* 6. *X. de dolo et contum.*
υ) *c.* 2. *X. b. t.*
φ) *c.* 1, *et* 4. *X. b. t.*

occasione processus iniungere potest litigantibus, vt in fraudem suarum feriarum quid agant, ϑ) sed iudex in cognoscendo vtriusque litigantis ferias obseruare debet.

§. IV.

ETENIM diebus dominicis et aliis feriis diuinis (1) ab omni *opere illicito*, seu eo die prohibito, et *seruili* abstinendum, ι) vt tantum causa *pietatis* et *necessitatis* excepta sit κ). (2) Nulliter in iudicio his diebus agitur, vt sententia in iis promulgata non valeat, nisi *necessitas* vrgeat, et *pietas* suadeat λ). (3) Citatus ad certum diem, qui in eas incidit, eo die comparere haud tenetur, sed sequente demum iuridico; μ) imo si directo in diem festum citatio facta, illa est prorsus ipso iure nulla ν). (4) Nequidem his feriis renunciari potest; bene tamen humanis ξ).

TIT.

ϑ) *art.* V. *I. P.* §. 48.

ι) *c.* 1. *et* 3. *X. h. t.*

κ) *l.* 3. C. *h. t. c.* 3. *cit.*

λ) *c. f. X. h. t. in f.*

μ) *c.* 6. *X. de dolo et contum.*

ν) B. STRYK. *in V. M. ad h. t.* §. 9.

ξ) *c. f. X. h. t. in f.*

TIT. X.

DE ORDINE COGNITIONVM.

SYNOPSIS.

Quaestiones ciuiles praeiudi-cialis praecognoscenda. I. Si se inuicem non dependent, ... qua ratione proposit& ... II. Si ciuiles et cri-minales concurrunt, praeiudi-cialis itidem prius terminan-da: si se non contingunt, cri-minali praefertur. III. De causa incidenter mota, idem iudex cognoscit, qui de princi-pali, nisi illa [illegible] ... in causam ciuilem incidat. IV.

§. I.

I) In quaestionibus *incidentibus* saepe etiam controuersia de *ordine cognitionum* emergit, vt confusio inter varias quaestiones, lite subortas, euitetur, de quo sequentes regulae obseruandae: (1) *Si quaestio praeiudicialis in causa ciuili emergit, a cuius decisione sequentes dependent, illa praecognoscenda. o)* Sic opposita exceptio excommunicationis ante causae principalis definitionem terminanda. π) Pariter quaestio natalium, in causam principalem incidens, prius finienda, ϱ) vt *praeiudicialis.* Imo si per modum *reconuentionis* proposita, conuentionis causa tamdiu suspenditur, donec illa decisa, et vice versa.

§. II.

(2) *Si quaestiones ciuiles a semet inuicem non dependent, sed diuersae sunt, se se non contingentes, ... [illegible] lendum, quomodo propositae sint.* Si per modum *actionis,*

o) *c. 1. X. h. t.*
π) *c. 19. X. de iudic.*
ϱ) *c. 3. X. h. t.*
σ) *tom. I. h. t. §. 3.*

(Boehm. Inst. Iur. Can.) P

actionis, separato processu: vtraque actio in proprio foro peragitur. Si per modum *reconuentionis* in eodem foro: vicissim tractandae, atque eadem sententia terminandae. τ) Si per modum *exceptionis peremtoriae:* ad reprobationem regulariter reiicienda, cuius probatio post probationem peractam suscipienda, vt infra υ) explicandum, nisi *praeiudicialis* sit, qualis est etiam *spolii*. φ)

§. III.

(3) *Si ciuiles et criminales concurrunt, distinguendum, vtrum altera praeiudicialis sit, an semet inuicem non contingant?* Priori casu praeiudicialis ante decidenda, adeo vt *ciuilis* etiam praemittenda sit, si inde quaestio criminis dependeat. χ) Similiter si quaestio praeiudicialis criminalis in causam ciuilem incidit, etiam illa ante terminanda. ψ) Posteriori casu criminalis, vt *maior*, ante ciuilem decidenda. ω)

§. IV.

ET quidem de *quaestione incidente* idem iudex cognoscit, ad quem causae principalis decisio spectat, licet in ea incompetens foret, si principaliter mota fuisset; α) nisi causa ciuilis incidens sit *ecclesiastica*, de qua iudex secularis nequidem incidenter cognoscere potest; β) licet vice versa integrum sit ecclesiastico iudici, de causa ciuili, incidenter mota, cognoscere. γ)

TIT.

τ) *c. 2. X. h. t.*
υ) *Tit. XXV. de except.*
φ) *c. 2. X. h. t.*
χ) *l. 3. C. de ord. iudic.*
ψ) *l. 14. C. de testibus.*
ω) *l. f. C. de ord. cognit.*
α) *l. 1. C. de ord. iudic. l. 5. C. de iudic.*
β) *c. 3. X. h. t. c. 7. X. qui filii sint legitimi.*
γ) *c. 3. X. de donat. inter vir. et vxor.*

TIT. XI.

DE PLVS PETITIONIBVS.

SYNOPSIS.

Causa plus petitionis magnum in lite momentum habet. I. Poena plus petitionis, pro diuersitate quatuor modorum, quibus plus petitur. II.

§. I.

(IV) AD *causas incidentes*, quæ litem retardant, etiam causa *plus petitionis* spectat, si actor *modum* et *mensuram* in petendo excedit. Et quidem olim magnum in litibus momentum, *vt causa præiudicialis*, habebat, quia plus petens causa cadebat, nec facile restituebatur in integrum. δ) Quid quod etiam hodie sæpe *instantiam* mox finiat, vt ex *§. seqq.* patebit.

§. II.

IVRE *nouiori ciuili* autem et *canonico* importunitas plus petentium aliter punitur. Etenim (a) si *causa* plus petitur, reus *ab instantia* absoluitur, refusis ei expensis: (b) si *loco*, interesse reo præstandum, quod vtilitas loci ei adempta: (c) si *tempore*, induciæ duplicandæ. ε) Sed hodie refusis expensis *ab instantia* reus absoluitur. (d) Si denique re plus petitur, h. e. in quantitate, condemnatur in expensas actor, modo reus *veram quantitatem* soluere paratus fuit; compensatur autem, si totum debitum negauit.

TIT.

δ) §. 33. *I. de action.* ε) *c. vn. X. h. t.*

TIT. XII.

DE CAVSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

SYNOPSIS.

Ad accidentia processus etiam pertinet cumulatio remediorum diuersorum in eodem processu, quatenus ad diuersa tendunt. I. Imo etiam alternatiue, si ad eundem finem tendunt. II. Hoc modo etiam cumulantur possessorium et petitorium, quatenus compatibilia sunt. III. Effectus duplex huius cumulationis. IV. Si seorsim actum in possessorio, coram eodem iudice in petitorio agendum. V.

§. I.

(V) ACCIDIT quoque litibus *cumulatio remediorum* plurium in eodem processu, *iure canonico* agnita, ζ) contra *iuris Romani* doctrinam. η) Inde (I) permittitur plurium remediorum cumulatio in eodem libello; quae ad diuersa tendunt, quatenus vno eodemque processu peragenda, et ita plurium personalium actionum permissa cumulatio. ϑ)

§. II.

SIMILITER (II) actiones diuersae, ad *eundem finem* tendentes *primarium*, cumulantur *alternatiue* vel *subsidiarie*, vt alterutra consequamur, quod intendimus. Ex hoc iuris canonici principio forum recepit cumulationem rei *vindicationis* et *Publicianae*, *hypothecariae* et *personalis* ex debito, quatenus contra debitorem agitur. ϑϑ) etc.

§. III.

DENIQVE ex eodem principio, erroneo licet, ι) pontifex *possessorii* et *petitorii* cumulationem

ζ) in *c.* 5. *X. h. t.*

η) vt euictum *tom. I. h. t.* §. 3. *sq.* et ab omnibus dubiis liberatum.

ϑ) *c.* 3. *de rescript. in* 6.

ϑϑ) *c.* 8. *X. de restit. in integr.*

ι) vt docet *l.* 3. *C. de R. V.*

onem admisit, quatenus (a) sunt *compatibilia*, vt sunt *adipiscendæ* et *recuperandæ* remedia cum petitorio, (b) antequam conclusum in iudicio proprietatis. κ) Hoc facto, possessorio non amplius vtendum. Imo (c) etiam remedium *retinendæ* cum *petitorio* cumulatur, si de seruitutibus agitur, quod confessoria detur etiam possidenti, modo (d) de vtroque idem iudex decernere queat. λ) Denique (e) vtraque agens ante conclusionem potest suspendere petitorium, et de solo possessorio agere. μ)

§. IV.

EFFECTVS huius cumulationis est, (1) vt de alterutro iudex possit pronunciare, si forsan *possessorium* liquidum et *petitorium* illiquidum: (2) si de vtroque liquet, in vtroque pronunciatur, ν) et ita actor potest obtinere in *possessorio*, et succumbere in *petitorio*. ξ) Hoc facto in pronunciatione possessio præmittitur, quatenus effectus iuris inde dependet, licet in executione praevaleat proprietas, quæ illam absorbet. ο)

§. V.

SI seorsim de *possessorio* actum, coram eodem iudice postea de *petitorio* agendum, π) ob *connexitatem causarum*; nisi in hoc prorsus inhabilis sit. Etenim in illo succumbenti reseruatur adhuc potestas in hoc agendi. ϱ)

TIT.

κ) Hoc erronee hausit pontifex in *c.* 5. *X. h. t.* ex *l.* 18. *in f. de vi et vi arm.*, ad quam prouocat, quæ tantum admittit, vt, suspenso petitorio, seorsim intentari possit possessorium.

λ) *tom. I. h. t.* §. 6.

μ) *clem. vn. h. t.*

ν) *c.* 6. *X. h. t.*

ξ) *c.* 3. *X. h. t.*

ο) *c.* 6. *X. h. t.*

π) *c.* 1. *X. h. t.*

ϱ) *c.* 7. *et* 8. *X. h. t.*

TIT. XIII.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

SYNOPSIS.

Spolii conceptus late extensus iure canonico. I. Committitur etiam in mobilibus, et b. f., adeo vt de eo contra illum, cui reuerentia debetur, agi queat, imo etiam contra tertium possessorem spolii conscium. II. Si agitur de spolio, restitutio plenaria intenditur. III. Exceptio spolii etiam cuicunque actioni opponi potest, vt spoliator ante restitutionem non audiatur. IV. Quandoque restitutio spolii ex iusta causa denegatur. V.

§. I.

QVIA cumulatio, de qua *tit. antec.* actum, primario sese exserit in remedio *recuperandae possessionis*, eius peculiaris indoles, quam ius canonicum nouiter ei dedit, eruenda, vt inde constet, vtrum consultius sit, illud *seorsim* peragere, an cum *petitorio* cumulare. Singularia illa tracta sunt ex glossatorum commentis ad *c. redintegranda*, σ) a pontificibus in *decretalibus* assumtis, licet ipse canon ex ISIDORI quisquiliis desumtus sit.

§. II.

SPOLIVM est *iniqua priuatio possessionis vel quasi*, σσ) *quomodocunque facta*. Etenim hoc iure (1) sufficit qualiscunque possessio vel quasi, etiam *coniugii*, τ) *filiationis* ττ) vel *beneficii*, cui coacte renunciatum υ). (2) Sufficit *qualiscunque priuatio possessionis*, veluti per denegationem pen-

σ) c. 3 C. 3. q. 1.

σσ) ante omnia docenda. c. 17. X. h. t.

τ) c. 8. 10. et 13. X. h. t.

ττ) c. 10. X. de prob.

υ) c. 2. 3. 4. X. h. t.

pensionum, in quarum possessione actor fuit: φ) per exclusionem ab electionibus. χ). (3) Sufficit etiam possessio et spolium in *mobilibus* datum ψ). (4) Nec praecise *dolus* in spoliatore desideratur, sed etiam *bona fide* committi potest, veluti a iudice praepostere executionem faciente. ω) Quocirca (5) de *spolio* agens, non amplius et praecise se in *atrocitate facinoris* fundat, adeoque etiam contra eum, cui reuerentia debetur, recte instituitur verbis in factum temperatis. α) Denique (6) *de spolio* tenetur etiam, qui spolium mandauit vel ratum habuit: β) imo amplius, qui scienter rem spoliatam a spoliatore accepit; γ) non vero tertius b. f. possessor.

§. III.

DE spolio vel *agitur* vel *excipitur*. δ) Qui *agit*, restitutionem *plenariam* cum omni causa intendit, reiecta omni exceptione, ε) etiam criminis. ζ) Summarie enim proceditur, vt nequidem haec actio per *reconuentionem* retardari queat. η) Interim probandum est spolium per testes vel alio modo: quo facto, de rebus amissis earumque aestimatione, salua moderatione iudicis, actoris iuramento standum. ϑ) Denique etiam

φ) *c.* 9. X. *h. t.*
χ) *c.* 3. X. *de cauf. poff. et propr.*
ψ) *c.* 2. *h. t. in* 6. *c.* 6. *de sepult.*
ω) *c.* 7. X. *h. t. c.* 22. X. *de offic. et pot. iud. deleg.*
α) *tom.* I. *h. t.* §. 3.
β) *c.* 15. X. *h. t.*
γ) *c.* 18. X. *h. t.*
δ) *c.* 2. X. *de ord. cognit.*
ε) *c.* 1. *c.* 3. 5. X. *h. t.*
ζ) *c.* 6. X. *h. t.*
η) *c. f.* X. *de ord. cognit.*
ϑ) *c. f.* X. *de his, quae vi met. fiunt.*

etiam fructus intermedii temporis percepti et percipiendi cum omni reliquo damno restituendi sunt. ι)

§. IV.

QVI de *spolio* excipit, aduersarii intentionem repellere intendit. κ) Etenim (a) exceptio *spolii* spoliatori, contra spoliatum ex *quacunque causa* agenti, opponi potest, nisi de causa ecclesiastica egerit. λ) De *tertii spolio* autem excipere nequit reus, nisi in *criminalibus*, si probauerit, se tota sua substantia vel maiori eius parte per violentiam destitutum. μ) (b) Illo casu vero spolium probandum *in continenti*, h. e. *intra XV dies*, a tempore, quo obiectum est, computandos. ν) (c) Ad hunc effectum autem opponitur, vt actor prius non audiatur, quam restituto *ad obulum* spolio. νν) Quocirca (d) si hoc reus obtinuit, restitutionem per executionem vrgere nequit. ξ) Quia vero (e) hoc modo lites motae retardantur, magnopere ο) expediret, vt exceptio haec lege publica eliminaretur, *actione spolii* tantum reseruata. π)

§. V.

QVANDOQVE etiam agenti de spolio restitutio denegatur ob caussam *conscientiae*, ρ) vel periculi *damni irreparabilis*, ex restitutione imminentis, σ) vel ob alias vrgentes causas. τ)

TIT.

ι) *c.* 51. *X. de appell.* 7. *c.* 11. *X. h. t.*

κ) *c.* 2. *X. de ord. cognit.*

λ) *c.* 1. *h. t. in* 6.

μ) *cit. c.* 1. *h. t. in* 6.

ν) *cit. c.* 1. *h. t. in* 6.

νν) nisi spoliator indigens sit. *c.* 16. *X. h. t.*

ξ) *c.* 2. *in f. de ord. cognit.*

ο) quod non diffitetur pontifex in *c.* 1. *X. h. t. in* 6.

π) quod suo modo factum in *ordin. Saxon. elect. emend. tit.* 11. §. 3.

ρ) *c.* 13. *X. h. t.*

σ) *c.* 8. *X. h. t. c.* 13. *in f. X. h.*

τ) relatas *tom.* I. *h. t.* §. 5.

TIT. XIV.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

SYNOPSIS.

Contumacia quid? et quomodo committatur? I. Veræ et præsumtæ differentia. II. Quomodo actoris contumacia coërceatur ante L. C. III. Poena rei contumacis ante litem contestatam. IV. Item post illam. V.

§. I.

(VI) INTER litium *accidentia primaria* refertur etiam CONTVMACIA, quæ est *iussus iudicis vel legum contemtus in prosecutione litis.* υ) Committitur enim duobus modis: (a) peruertendo aut non obseruando leges *in processu,* φ) id quod expensarum refusionem et præclusionem operatur: (b) præceptum iudicis contemnendo, χ) vt si quis legitime citatus non comparuit: ψ) vel post citationem discessit: ω) vel respondere recusauit. α) vel impedit, ne possit ad eum citatio peruenire. β)

§. II.

υ) *c. 1. in f. de appellat. in* 6. ibi: *si autem appellatus contemserit hoc statutum.*

φ) *cit. c. 1. vers. quod si appellator. c. 5. X. h. t.* ibi: *quia frequenter ad impediendum vel differendum processum exceptiones huiusmodi* (peremtoriæ) *per excogitatam malitiam opponuntur, ad soluendas alteri parti moderatas expensas, ex tunc in iudicio faciendas, cum acceptis induciis, si forsitan in probatione defecerit, condemnetur. Et si soluendo non fuerit, alias secundum arbitrium discreti iudicis puniatur.*

χ) *c. 3. X. h. t.* ibi: *vel iudicio ecclesiæ parere contemserit.*

ψ) *c. 2. X. h. t.*

ω) *c. 3. X. h. t.*

α) *c. 4. X. h. t. c. 2. de confess. in* 6.

β) *c. 5. vers. porro X. vt lite*

§. II.

CONTVMACIA est vel *vera* vel *praesumta.* Illa dicitur, si *dolus* et *malitia* inobedientis manifesta est, et ex actis liquet: γ) haec vero, si negligitur iussus iudicis, de dolo autem euidenter non constat, δ) atque haec potest adhuc purgari per probationem legitimorum impedimentorum, ε) admittitque *adpellationem:* ζ) non illa.

§. III.

ACTOR, si in primo termino non comparuit, ad quem reum citari fecerat, η) condemnatur in *expensas*, ad citationem aliam minime admittendus, nisi praestita *cautione*, quod in posterum fideliter comparere velit. Durante contumacia, reus litem contestari, et *sponte* probationem, *negatiuae* etiam, suscipere, vel, quod consultius est, petere potest, vt actori *terminus* ad probandum *peremtorius* praefigatur. Hoc lapso, vel a reo probatione sponte suscepta, definitiua fertur sententia. ϑ)

§. IV.

lite non contestata ibi: *si contumax apparuerit is, in quem actio dirigenda, seu quia peremtoria citatione recepta venire contemnit: seu quia malitiose se ipsum occultat: seu quia impedit, ne possit ad eum citatio peruenire.*

γ) *c.* 7. *vers. porro de sent. excommunic. in* 6. ibi: *quia forte praedixerat in iudicio, quod minime compareret; tunc enim quod manifesta sit contumacia etc.*

δ) *cit. c.* 7. ibi: *pro praesumta contumacia, videlicet quia citatus praefixo sibi termino non comparuit.*

ε) *c.* 5. *X. de procurat.* ibi: *infirmitate defensus, cum non possit quis cogi, nisi velit, in grauibus causis procuratorem mittere.*

ζ) *clem. vn. b. t.*

η) *c.* 1. *b. t. in* 6. Ergo revera reus absoluendus *ab instantia.*

ϑ) *c.* 4. *X. b. t.*

§. IV.

REVS contumax, qui non venit ad iudicium in termino primo, in expensas condemnatur, ι) vel, crescente contumacia, excommunicatur, etiam propter *contumaciam procuratoris*, si *sciens* non purgauit eandem; κ) a qua non absoluitur, nisi expensarum satisfactione et cautione de iudicio sisti præstita. λ) Denique contra eum, qui generaliter vna *citatione peremtoria* ad totam caussam citatus est, statim in causa potest procedi, vt, vrgente actore, lis pro negatiue contestata habeatur, actorque ad probandum admittatur. μ)

§. V.

LITE contestata, definitiua, reo per contumaciam absente, ferri potest sententia, si de causa liquet: vel si non satis de meritis causæ constat, actori adiudicatur possessio, contumaci seruata quæstione proprietatis. ν)

TIT.

ι) *c. 12. de procur.*
κ) *c. 1. in f. X. vt lite non contestata.*
λ) *c. 7. vers. porro de sent. excommun. in 6.*
μ) *c. 34. X. de testib.*
ν) *c. 4. X. h. t.*

TIT. XV.

DE EO, QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM CAVSA REI SERVANDAE.

SYNOPSIS.

Contra absentem vel extreme contumacem legitime citatum decernitur missio in bona, seruandae rei causa, excepta causa beneficiali. I. In reali, fit missio in rem petitam, et actor post annum verus constituitur possessor; imo post L. C. statim. II. In personali, ex causa debiti fit in bona missio pro mensura debiti. III. Post annum ex nouo decreto bona distrahi possunt, soluendi aeris alieni causa. De vsu hodierno sublato. IV.

§. I.

CONTRA contumaces, qui *fraudationis causa* latitant, vel post *citationem* ν) insinuatam ad remota loca se transferunt, ξ) si denunciatione domi facta, non apparet, qui eos defendat, decernitur missio in bona *causa custodiae.* ο) Modo talis causa sit, vt actor in petitam rerum possessionem induci queat. π) In *causa beneficiali* prorsus cessat, et receptis probationibus, definitiue lis finitur. ρ)

§. II.

IN *reali* actione mittitur actor post trinam absentis citationem in rei petitae possessionem, vt

ν) Aliud *si ante citationem:* *c.* 10. *X. de offic. et pot. iud. deleg.*

ξ) *c. f. X. h. t.*

ο) Iure ciuili tamen discrimen fuisse inter *absentem* et *dolose latitantem*, obseruaui *tom. I. h. t.* §. 1. *sqq.*, quod iure canonico prorsus neglectum.

π) *c.* 3. *X vt lite non contest.*

ρ) *c. vn. h. t. in* 6.

vt tædio affectus reus veniat responsurus, σ) atque hoc casu reus non expellitur possessione. Intra annum veniens contumax, cautione præstita et refusis expensis, *possessionem solitariam* recuperat. Hoc neglecto, post annum actor ex nouo *decreto* verus constituitur possessor, reo *proprietatis* quæstione seruata. τ) Post litem contestatam, contumax, tribus edictis vocatus, mox possessionem amittit, salua *proprietatis* quæstione. υ)

§. III.

IN *personali* actione actor ex *causa debiti*, si hoc medium elegerit, post trinam citationem mittitur in mobilium, vel, his deficientibus, in immobilium possessionem *pro modo debiti declarati*, instar *sequestris*. Sed rursus intra annum a reo præstita cautione et refusis expensis, actor discedere iubetur. φ)

§. IV.

POST annum, durante contumacia, reus *pro confesso* habetur in effectu, quia bona distrahuntur, et creditoribus missis inde satisfit. Ergo nouo etiam decreto opus est. χ) Sed hic modus coërcendi contumaciam rei sublatus est iure Germanico. ψ)

TIT.

σ) *c. 5. vers. in aliis X. vt lite non contest.*

τ) *cit. c. 5. vers. qui si venerit.*

υ) *cit. c. 5.* versu: *quod si super rebus c. 4. X. in f. de dolo et contumac.* ibi: *vel præsenti saltim adiudicetis possessionem, seruata duntaxat quæstione proprietatis absenti.*

φ) *c. cit. 5. in f. Nou. 53. c. 4. §. 1.*

χ) *l. 7. §. 1. quib. ex caus. in possess. eat.*

ψ) *per R. I. de anno* 1654. §. 36.

TIT. XVI.

VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETVR.

SYNOPSIS.

Attentatum quid? nascitur ex litis pendentia, nec valet. I. Effectus litis pendentiæ varii. II. Qui assistendi ad litem admitti petit, nihil innouat. III.

§. I.

(VII) ATTENTATORVM caussa etiam ad *accidentia* litium spectat, quæ nihil aliud sunt, quam *factum iudicis vel litigantium iniquum*, *quo status litis vel rei*, *in litem deductæ*, *immutatur*. Tale quid *litis pendentia*, quæ iure nouo ex *citatione rite insinuata* nascitur, non admittit; cum lite pendente nihil sit innouandum, ω) quin potius id, quod attentatur vel innouatur, nullum sit. α)

§. II.

VNDE (a) rei litigiosæ alienatio a reo facta nulla est β): (b) electio lite pendente facta irrita est γ): (c) cessio beneficiorum in litem deductorum non subsistit δ): (d) lite pendente possessione nemo priuandus ε): (e) mutato a reo foro, lis in eo, in quo pendet iudicio, continuanda. ζ) (f) Diuortii vel nullitatis quæstione mota, vxor, lite

ω) *clem. 2. h. t.*
α) *c. 3. et 4. X. h. t.*
β) *c. 5. X. h. t.*
γ) *c. 1. h. t. in 6.*
δ) *c. 2. h. t. in 6.*
ε) *c. 1. 2. X. h. t.*
ζ) vid. supra *tit. II. huius libri* §. *p.* 203.

lite pendente, dimitti, η) vel iure coniugii primari nequit. ϑ)

§. III.

NIHIL tamen innouatur in lite, si ad defensionem ipsius litis hi, quorum interest, accedunt, et *assistendo* se admitti petunt; modo litem in eo statu, in quo eam inuenerint, assumserint. ι)

TIT. XVII.

DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM ET FRVCTVVM.

SYNOPSIS.

Licita est innouatio lite pendente facta per sequestrationem necessariam, I. modo ex causa necessaria fiat, veluti ob periculum armorum, dissipationisque: quandoque etiam ob contumaciam. II. Pariter permissa est ob periculum damni irreparabilis, et contra possessorem non triennalem beneficii, si sententia contra eum lata. III.

§. I.

REGVLAM, *de nihil lite pendente innouando*, perlustraui, quae hanc tamen admittit exceptionem, si necessitas aliaue iusta caussa vrgent innouationem per SEQVESTRATIONEM *necessariam*, quae nihil aliud est, quam *rei litigiosae ex iusta causa apud tertium a iudice decretum depositum.* κ)

§. II.

η) *c.* 3. *X. de diuort.*

ϑ) *c.* 2. *X. h. t.*

ι) *c.* 2. *in f. h. t. in* 6. Isti hoc differunt ab his, qui *principaliter*, ob separatum interesse, interueniunt.

κ) Ad hunc tit. Commentarium conscripsit IO. GOEDDEVS *de sequestrat. possess. et fructuum.*

§. II.

FIT ergo sequestratio (a) præuia causæ cognitione, probataque iusta causa: (b) per decretum iudicis. Ad *iustam causam* refertur (1) *periculum armorum* imminens, ob quod sequestrari potest *litigiosa possessio* λ): (2) *contumacia rei extrema*, si missio in possessionem commode decerni nequit μ): (3) *periculum dissipationis*, quæ in *fructibus* lite pendente facile contingere potest, modo (a) actor pro se sententiam habeat ν): (b) appellationem quidem reus interposuerit, sed suspicione laboret, quod illa frustrare restitutionem intendat. ξ)

§. III.

PRAETEREA (4) huc pertinet *periculum damni irreparabilis*, ad quod auertendum etiam *virgines*, ο) et *vxores* sequestrantur. π) Denique (5) ob *qualitatem rei singularem* de qua litigatur, sequestratio fit, vtpote si de *beneficio ecclesiastico* contra possessorem *non-triennalem* agitur, isque in possessorio vel petitorio sententiam contra se tulerit. ρ) Cessat enim sequestratio in *possessore triennali*.

TIT.

λ) *ordin. cam. P. 2. tit. 21.*

μ) *c. 2. X. de dolo et contum. c. 8. X. de restit. spol.*

ν) *c. 2. X. h. t. cit. c. 2. et 8. c. 25. X. de rescript. c. 9. C. 3. q. 2. c. 14. X. de præb.*

ξ) *c. 26. C. 2. q. 6. c. 3. X. h. t. L. 21. in f. de appell.*

ο) *c. 2. 4. de spons. duorum c. 14. X de sponsal.*

π) *c. 14. X. de testibus c. 13. X. de restit. spoliat.*

ρ) *clem. vn. h. t.*

TIT. XVIII.

DE CONFESSIS.

SYNOPSIS.

Confessione aduersarii facta probatio nulla amplius desideratur. I. Quid confessio iudicialis? facta esse debet coram iudice competente. II. Ex certa scientia, de facto proprio. III. Porro libera et simplex. Quid de qualificata censendum? IV. Ex confessione sua reus condemnandus. V.

§. I.

HACTENVS de *accidentalibus* processus. Pergendum in eius *substantialibus*, et quidem lite contestata ad *probationem* σ) eorum, quae reus negauit. Quae in litis contestatione vel in responsione ad *positiones* confessus est reus, *vere* vel *ficte*, τ) non indigent probatione actoris, sed omnem probationem superant.

§. II.

EST autem IVDICIALIS CONFESSIO *legitima coram iudice competente de eo, quod ab actore intenditur, ab aduersario facta asseueratio.* Debet ergo illa fieri (I) *coram iudice competente:* υ) coram *incompetente* facta ad minimum, vt *extraiudicialis*, valere debet. φ)

§. III.

PRAETEREA (II) *ex certa scientia* fieri debet. Errore facta, probato errore, reuocatur, χ) et

σ) *c. 1. X. vt lite non contestata non procedat ad recept. test.*

τ) *c. 2. b. t. in 6. l. 18. de iurei.*

υ) *c. 4. X. de iudic.*

φ) *tom. I. b. t. §. 6.*

χ) *c. 3. X. b. t.*

et quidem *quandocunque*; ψ) si per viam *restitu tionis*, ecclesia intra quadriennium illam reuoca re debet. ω) (III) De *facto proprio*, tertium non grauat *confessio criminis*, nisi aliunde suspectu sit. α)

§. IV.

VLTERIVS (IV) confessio debet esse *sim plex*; sine *adiecta qualitate*. Qualificata pro par te acceptari, et pro parte respui ad hunc effectun nequit, vt reus qualitatem adiectam probare de beat, sed actori adhuc probatio suæ intentioni incumbit; nisi contra qualitatem adiectam *præ sumtio iuris* militet, quo casu eius probatio re incumbit, actoris intentio autem ex *confession* rei fundata est. β) Denique (V) confessio si libera necesse est, non *minis* aut *metu illicito* ex torta. γ)

§. V.

PRAEIVDICAT confessio confitenti, δ) et iamsi a procuratore vel syndico facta, ε) et ip confitens reus ex ea condemnandus est. ζ) Et enim *iure canonico* semper *sententia* desideratur licet alias confessi pro *iudicatis iure Romano* η) habeantur.

TIT

ψ) *c.* 2. *de restit. in integrum in* 6.
ω) *cit. c.* 2. *ab init.*
α) *c.* 1. *X. h. t.*
β) *tom. I h. t* §. 2. 3.
γ) *c.* 16. *X. de offic. iudic. deleg. c.* 1. *C.* 15. *q* 6.
δ) *c.* 54. *X. de elect. c.* 7. *X. de pœn.* non tertio, *c.* 1. *X. h. t.*
ε) *c.* 4. *X. h. t. c.* 21. *X d sent. et re iud. c.* 21. *X. d priuil. c.* 2. *X. de capell. mo nach. c.* 20. *de cens. c.* 62. *X de appell.*
ζ) *c.* 6. *X. de renunc. c.* 2. *X h. t. c.* 10. *X. de transact. c.* 6 *X. de excess. prælat.*
η) *l.* 1. *D. de confess.*

TIT. XIX.

DE PROBATIONIBVS.

SYNOPSIS.

batio quid? I. Probatio fit iudici, qui eam di-et aestimat. II. Prom factum dubium, non io iuris. III. Probans, quod probatum deci-ausae inseruit. IV. Quaem facti dubii alleganti tio incumbit, non reo ne-V. Quandoque tamen iua propositio etiam ab nte probanda, nisi prae-sumtionem pro se habeat. VI. Fit probatio per argumenta vel artificialia vel inartificialia. VII. Si quid eis deest, iuramentum a iudice defertur. VIII. De termino, vsque ad quem probatio fieri queat. IX. Si vterque probationem suscepit, quomodo iudex vires vtriusque aestimare et ponderare debet? X.

§. I.

EVS in litis contestatione vel directe, vel indirecte, opposita exceptione peremtoria, contradicit intentioni actoris, ideo PRO-IONE opus est, quae est *actus iudicialis, quo i de facto dubio, quod controuertitur, per ar-enta sufficientia legitima fit fides.*

§. II.

QVIA probatio in hunc finem facienda, vt acto dubio et controuerso iudex per sen-am decernere possit, sequitur, (I) *vt iudicis eam dirigere.* Quocirca eius est, (a) eam is promouere, quam arctare, ϑ) et (b) eos cere, qui eam subtrahere aduersario per frau-

c. 5. pr. X. vt lite non cont-i: ne veritas occultetur, et probationibus copia casibus fortuitis subtrahatur.

fraudem nituntur. ι) Pariter (c) eius est, ante probationem neminem damnare, κ) quin potius, (d) actore nihil probante, reum absoluere. λ) Denique (e) eius est, quis probare debeat? μ) quid probandum sit? et an probatum sit? decernere. ν)

§. III.

EX fine sequitur, (II) *vt probandum sit factum dubium*, h. e. cui ab aduersario contradicitur, quodque *præsumtione iuris* haud munitum est. Etenim (1) *non esse probanda notoria* et *manifesta*, vulgo traditur. ξ) Sed in hypothesi, *an factum sit notorium?* dubium vtplurimum est, quia plerumque *notorium* negatur, et ita *factum ipsum* adhuc probatione indiget. Præterea hoc quidem potest esse indubium, vt tamen *circumstantiæ* eius adhuc lateant: (2) *quæstiones iuris* non indigent probatione ο): (3) præsumtio iuris, pro *facti quæstione* militans, deuoluit onus probandi in aduersarium. π)

§. IV.

ι) *c.* 45. *X. de testib.* ibi: *cum secundum legitimas sanctiones iniquam ostendat se causam fouere, et experiri debeat iudicis auctoritatem elusam, qui defensionis copiam subtrahit aduersario. l. pen.* C. *de postul. c.* 4. *X. de testib. cog.*

κ) *c.* 10. C. 30. *q.* 5.

λ) *c.* 3. *X. de caus. possess. et propriet.* ibi: *actore non probante, qui conuenitur, etsi nihil præstiterit, obtinebit.* conf. *c. vn. ab init. vt eccles. benef. sine dimin.*

μ) *c.* 3. *X. de success. ab intest.*

ν) *c.* 36. *in f. de offic. et potest. iud. deleg.*

ξ) *c.* 8. *X. de cohab. cleric. c.* 3. *X. de testib. cog.* ibi: *quod si factum est notorium, non eget testium depositioni, vt declarari. c.* 10. *X de fil. presb. non ordin.*

ο) *c.* 44. *X de appell.* ibi: *frequenter iuris quæstio mouetur, cuius apud nos probationes necessariæ non existunt.*

π) *c vn. X. vt eccl. benefic. sine diminut.*

§. IV.

PORRO inde ſequitur, (III) vt tunc demum quæſtio facti probanda, *ſi probata momentum deciſioni adferre poteſt.* Quæ nihil conferunt ad deciſionem cauſæ, fruſtra ad probationem trahuntur, cum, ſiue vera ſiue falſa ſint, deciſionem non mutent. ϱ)

§. V.

FINIS prædictus quoque (IV) efficit, vt *alleganti quæſtionem dubiam facti iudex probationem iniungere debeat*, tum quia in ea ſe fundat, *fundamentum* autem *aſſertionis* a quolibet aſſerente probandum: tum etiam, quia iudex ei absque probatione fidem habere non debet. Proinde (a) regulariter *actori* iniungenda probatio, licet ſe omni probatione deſtitui aſſerat σ). (b) Reo neganti nulla incumbit probatio, τ) licet, ſi velit, *ſponte* reprobationem, qua directo contrarium probare paratus eſt, ſuſcipere queat. υ)

§. VI.

ϱ) *c.* 36. *in f. de offic. et pot. iud. deleg. c.* 8 X. *de except.* ibi: *replicatio vero ſæpe dictum S. nequaquam repelleret, ſi etiam probaretur.*

σ) *c.* 1. 2. C. 6. *qu.* 5. *l.* 23. C. *de prob.*

τ) Ita intelligenda ſententia iuris ciuilis, *quod negantis per rerum naturam non ſit probatio* ſecundum *l.* 23. C. *de prob.* ad quam paſſim pontifices prouocant, vt in *c.* 11. 12. X. *h. t. c.* 23. X. *de elect. c.* 5. *in f.* X. *de renunc.* ſed ea abutuntur. Quis enim negauerit, *directo* probari poſſe negatiuam? quod tamen pontifex negat in *cit. c.* 23.

υ) *c.* 36. X. *de offic et pot. iud. deleg* ibi: *ſemper vtriusque partis probationes ſunt admittendæ.* conf. *c.* 26. X. *de teſtib.*

§. VI.

INDE quoque (c) est, quod actori, in *negatiua positione* se fundanti, incumbat probatio, φ) nisi praesumtio pro *negatiua* militet, χ) vel haec *indefinita* fuerit, i. e. non circumscripta *loco* et *tempore*. ψ) Denique (d) in iudiciis *duplicibus* vtrique probatio recte iniungitur. ω)

§. VII.

PORRO quia iudici facienda *fides*, necesse est, (V) vt haec eidem concilietur per *argumenta idonea*, quae *veritatem facti* euincant, quae sunt vel *artificialia*, ex circumstantiis causae desumta, quibus animus ad credendum induci potest, praecipue si plura coniunctim sumuntur, quamuis sigillatim non probent: α) vel *inartificialia*, per *testes*, *documenta*, *confessionem*, *inspectionem ocularem* β) etc. Pro qualitate vero causae nunc grauiora argumenta desiderantur, luce meridiana clariora: nunc leuiora sufficiunt, vt in *antiquis* et *occultis*. γ)

§. VIII.

φ) Vtpote si negat spontaneam renunciationem: *c.* 5. *in f. de renunc.* si allegat, defunctum, cum disponeret, non fuisse sanae mentis; *c.* 3. *X. de success. ab int.* si allegat, personam non fuisse idoneam: *c. f.* X. *de praesumt.* ibi: *cum prima facie praesumitur idoneus, nisi aliud in contrarium ostendatur.* Idem dicendum de exceptione *facti negatiui*, *c. f.* X. *de praesumt.* c. 5. X. *de renunc.*

χ) *l.* 25. *in f. D. h. t. c.* 14. X. *de fid. instrum.*

ψ) Veluti si quis asserat, ad se citationem non peruenisse, *c.* 23. X. *de elect.* quae negatiua tamen tunc probari potest, si *locus* et *tempus* insinuationis in actis expressa sunt, cuius contrarium tamen probari potest. *c.* 35. *de testib.*

ω) *c.* 3. X. *h. t.*

α) *c.* 27. X. *de testib. c.* 10. X. *h.*

β) *c.* 4. 14. X. *h. t. c.* 10. X. *de restit. spol.*

γ) *c.* 13. X. *h. t.*

§. VIII.

SI argumentis hisce *veritas facti* euicta est, probatio dicitur *plena*: si ei aliquid deest, *minus plena*; quae *iuramento* dat locum, vel probatori imponendo, si *semiplene* vel *plus* probauerit, vt parum deesse probationi videatur; ε) vel reo, si leuior suspicio eum grauat.

§. IX.

ARGVMENTA haec adferenda sunt *intra terminum probatorium*, quem iudex determinat pro *qualitate causae* et *locorum distantia*. Eo lapso, facultas probandi amissa est, quia hic semper *peremtorius* est. Si nullus praescriptus, probandi potestas vsque ad *conclusionem in causa* integra est. ζ)

§. X.

VIRES argumentorum iudex aestimat, η) adeoque si vterque probauit, actore quidem *probationem*, reo vero *reprobationem* suscipientibus, (1) ad *qualitatem testium* et eorum *deposita* respiciendum θ): (2) ad *qualitatem argumento-*

δ) Quatenus in foro ciuili haberi potest: mathematica non desideratur, cum etiam instrumenta et testes fallere possint, imo etiam *inspectio ocularis peritorum*. c. 14. X. h. t.

ε) c. 2. X. h. t. ibi: *tunc demum ad hoc suffragium recurrendum, cum aliae legitimae, seu plene conuincentes, probationes deesse noscuntur.* De actore, probatione *plena* destituto, loquitur pontifex. Conf. c. f. X. de iurei. vbi sermo est de *iuramento, a iudice delato*, quod referri nequit.

ζ) c. 15. et 36. X. de testibus.

η) c. 4. X. h. t. c. 6. X. de renunc.

θ) c. 9. X. h. t. ibi: *qui etiam aptiora negotio et vero proximiora in suis testimoniis expresserunt.* conf. c. 32. X. de testib.

mentorum inter ſe collidentium, vt nonnunquam *pro re nata* documenta plus probent, quam teſtes ι) (3) Si *æqualis* vtrinque *probatio*, contra eum pronunciandum, qui probare debuit, κ) niſi fauorabilis cauſa concurrat, pro qua *in dubio* pronunciandum. λ)

TIT. XX.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS.

SYNOPSIS.

Teſtium definitio. Debent eſſe fide digni. I. *Corrupti, et quibus crimen obiicitur, repelluntur.* II. *Quousque reprobatio teſtium permiſſa?* III. *Inhabiles cenſentur hæretici, excommunicati et infideles.* IV. *Certo reſpectu et ſecundum quid quidam reprobantur.* V. *Duo probant, non vnus regulariter.* VI. *Articuli exhibendi, ſuper quibus teſtes, etiam quarta vice producti, examinari queant.* VII. *Iudex teſtes et aduerſarium citat ad certum terminum, vel alii examen committit, ſi teſtes in remotis agunt.* VIII. *In termino ſiſtit producens præſentes, abſentes vero arctius citari petit.* IX. *Aduerſarii præſentia ex variis cauſis neceſſaria.* X. *Producti iuramento conſtringuntur, et tandem diligenter et legaliter examinantur.* XI. *Fit publicatio deinceps depoſitionum, qua facta vlterior productio, interdicta.* XII. *Tandem ſequitur diſputatio et ſententia iudicis. Officium iudicis in examinandis dictis teſtium.* XIII.

§. I.

ι) vt probatum dedi *tom.* I. *h. t.* §. 26. *ſeqq.*

κ) *c.* 3. X. *h. t.*

λ) *c. cit.* 3. *c. fin.* X. *de ſent.*

§. I.

INARTIFICIALIS probatio TESTIBVS peragitur, qui sunt *personae fide dignae, hunc in finem productae, et iuramento obstrictae, vt de eo, quod probandum est, fidem faciant.* Ergo non aliis creditur testibus, quam *fide dignis*, μ) qui veritatem dicere *possunt*, et praesumtionem pro se habent, quod veritatem dicere *velint*.

§. II.

QVOCIRCA *ius canonicum* merito absolute repellit a testimonio, *omni fide destitutos*; vt sunt *pretio conducti*: ν) *conuicti de periurio*, ξ) nisi in causa haereseos, ob *fauorem fidei*, ο) vel potius *haeretificinae*: porro *infames* et *notabiles*, οο) seu crimine publico maculatos, siue iam condemnati fuerint, quod *ius ciuile* desiderabat, π) siue tantum accusati, ϱ) siue denique de crimine conuinci possint, σ) vel illud confessi sunt. σσ) Vnde *iure canonico* permissum est, testibus opponere *exceptionem criminis*, τ) ante publicationem rotuli, υ) qua probata, testes repelluntur a testimonio, non plectuntur. φ) De crimine tamen emen-

μ) *c.* 1. *X. h. t.* ibi: *idonei et fideles. c.* 7. *c.* 23. X. *h. t.* ibi: *qui sunt probatae vitae et fidelis conuersationis. c.* 10. *de V. S.* ibi: *si innocens et integer actu. c.* 1. *X. de except.*

ν) *c.* 2. C. 4. *qu.* 2. *et* 3. *c.* 1. *X. h. t. c.* 9. *X. h. t.*

ξ) *c.* 7. X. *h. t.*

ο) *c.* 8. *de haeret. in* 6. *vers. licet.*

οο) *c.* 7. *X. h. t. c.* 9. C. 3. *q.* 5.

π) *l.* 7. *C. de publ. iudic.*

ϱ) *c. f. X. h. t.*

σ) *c.* 54. X. *h. t.*

σσ) *c.* 10. *X. h.*

τ) *c.* 1. *X. de except.* ibi: *testes absque vlla infamia vel suspicione vel manifesta macula in ferendo testimonio requiruntur.*

υ) *c.* 31. *X. h. t.*

φ) *cit. c.* 1. *in f.* ob rationem, *quod accusatio in ipsos secundum iuris ordinem non processerit.*

emendatus, nulla amplius concurrente infamia, in *causa ciuili* admitti potest, non facile in *criminali*. χ)

§. III.

REPROBARE ergo licet testes productos, per alios testes; imo etiam hos pari iure aduersarius reprobare potest; vltra quam reprobationem tamen testes haud admittendi. ψ) En latum litigiosae probationis campum!

§. IV.

1. IN eundem censum ius canonicum etiam collocat *haereticos* testes, ω) *excommunicatos*, α) et a fide christiana alienos, vt *iudaeos*, β) quamvis christianos aduersus iudaeos testes admittat. γ) Denique etiam socios criminis. δ)

§. V.

SECVNDVM quid et certo respectu reprobantur (1) inimici ε): (2) amici, ζ) in quibus ratio *gradus* amicitiae et inimicitiae habenda. Hac ratione (3) repellunt laicos contra clericos in causa criminali, η) quod infesti iis credantur. θ) (4) Testes de familia, ι) nisi in *causa domestica*,

χ) *c.* 54. *X. h. t.*

ψ) *c.* 49 *X. h. t.*

ω) *c.* 1. *X. de haeret.*

α) *c.* 5. *et* 8. *de sent. excomm. in* 6.

β) *c.* 25. C. 2. *q.* 7. quatenus *pro iudaeo contra christianum* deponunt.

γ) *c.* 21. *X. h. t.*

δ) *c.* 10. *et* 20. *X. h. t.*

ε) *c.* 32. *X. de simon. c.* 2. 4. C. 3. *qu.* 5.

ζ) *c.* 5. *X. h. t.*

η) *c.* 14. *c.* 33. *X. h. t.*

θ) *c.* 5. C. 2. *q.* 7.

ι) *c.* 12. C. 3. *q.* 5. *c.* 1. C. 4. *q.* 2. *c.* 24. *X. h. t.* ibi: *nisi probatae essent vitae et opinionis, de quibus vero simile non esset, quod deberent pro aliquo deierare.*

[illegible]. κ) (5) Inidonei quoque sunt consanguinei, veluti mater pro filia: λ) nisi agatur de probanda *consanguinitate*, μ) vel *filiatione*, aut *legitimis natalibus*, ν) aut *ætate*, aut *sponsalibus*. ξ) (6) In secunda instantia non recipiuntur, qui fuerunt procuratores et aduocati in prima instantia, ο) vel alias negotiorum conciliatores, aut etiam, qui *iudices* fuerunt antea. π) (7) Nemo porro est habilis testis in *propria causa*, seu vnde *emolumentum* sperat; quocirca clerici in causa ecclesiæ non aliter admittuntur, quam si eam non procurant, aut ei præsunt. ϱ) Imo sufficit, si consimilem causam habeant testes. σ)

§. VI.

FIDEM faciunt plenam ad minimum *duo testes* habiles. τ) Plures admittuntur, modo XL numerum non excedant. υ) Vnus vero *plene* non probat, φ) quantæcunque fuerit auctoritatis,

κ) Sicuti canonici in iis, quæ aguntur in capitulo, admittuntur, *quæ non facile possunt, quam per canonicos probari*. c. 38. *inf.* X. h. t.

λ) c. 22. X. h. t.

μ) c. 5. X. h. t. c. 3. X. *qui matrim. accus.*

ν) c. 10. X. *de prob.*

ξ) l. 16. D. *de prob.*

ο) c. f. h. t. in 6.

π) c. 1. h. t. in 6. c. 6. X. h. t. c. 38. C. 2. q. 6.

ϱ) c. 6. 12. h. t. ibi: *nisi alia rationabilis causa impediat*, conf. c. 4. X. h. t.

σ) c. 20. X. h. t. ibi: *nolumus, vt aliqui consimili morbo laborantes in testimonium admittantur.*

τ) c. 5. 23. X. h. t. c. 11. *de excess. prælat.*

υ) c. 37. X. h. t. ibi: *volentes effrenatam multitudinem testium refrenari.*

φ) c. 23. X. h. t. ibi: *nulla est causa, quæ vnius testimonio, quamuis legitimo, terminetur.* conf. GRATIANVS post c. 11. C. 35. q. 6.

ritatis, χ) nisi (a) accesserit *iuramentum actoris suppletorium* ψ): (b) *qualitas causæ*, vel *personæ singularis* plenam huic testimonio attribuat fidem ω): (c) *conscientiæ* eiusque *securitatis* ratio concurrat. α)

§. VII.

VT testes vero fidem faciant, legitime producendi, examinandi, et dicta eorum in publica monumenta redigenda. β) Hunc in finem (I) *articuli* γ) intra terminum probatorium, vel, eo non præfixo, vsque *ad conclusionem* in causa, offerendi iudici, adiectis testium *nominibus*, δ) adeoque hoc *vltimo casu* trina vice nouos testes nominare et producere licet, imo etiam *quarta* vice, cum *sollemnitate legali*. ε)

§. VIII.

IVDEX rogatus (II) præfigit *terminum productionis*, citatque tum testes, tum aduersarium, ζ) cui

χ) *c.* 28. & 47. *X. h. t. salua* tamen *in omnibus sedis apostolicæ auctoritate*, vt ait pontifex in *c.* 28. X. *h. t.*

ψ) *c.* 3. X. *de procur.*

ω) *c.* 6. X. *de renunc. c.* 7. *de probat.* N. 117. *c.* 11.

α) *c.* 21. X. *h. t. c.* 12. X. *de sponsal.* si agitur de *correctione morum c.* 4. X. *h.*

β) *c.* 41. 43. 50. X. *h. t.* ibi: *et actis omnibus redactis in scriptis.*

γ) *c.* 42. X. *h. t. c.* 2. *h. t. in* 6.

δ) *c.* 2. *h. t. in* 6. excepta causa hæreseos, in qua *nomina testium* inquisito non sunt indicanda. *c. vlt. de haret. in* 6. *vers. cessante.*

ε) N. 90. *c.* 4. *auth. qui semel* C. *de prob. c.* 15. 18. 19. 36. 46. 55. X. *h. t.* ibi: *nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, iuramento, quod neque per se neque alium testificata subtraxerit, vel fuerit percontatus, nec per dolum aut artem aliquam quartam productionem exposcat, sed quia, quos desiderat de nouo producere, prius habere nequiuit.*

ζ) cui etiam articulos communicat, pro formandis interrogatoriis, η) ſumtibus illis a producente ſuppeditatis. θ) Si teſtes remotis in locis degunt, requirendus, transmiſſis articulis, eorum iudex, vt eos vice iudicis recipiat, *diligenter* examinet et depoſitiones transmittat. ι) Denique clerici a iudice ſuo eccleſiaſtico examinandi.

§. IX.

IN termino (III) is, cui probatio iniuncta, ſiſtit teſtes *præſentes in iudicio*, exceptis ægrotis, ſenibus, vel paupertate depreſſis, domi examinandis; κ) *abſentium* vero accuſat contumaciam, petitque, vt *arctius* citentur. Pariter aduerſarius citatus ſe ſiſtit, quo *præſente* producuntur; niſi per contumaciam abſit. λ)

§. X.

COMPARITIO aduerſarii deſideratur, (1) vt videat teſtes iuramento obſtringi μ): (2) vt exhibeat, ſi velit, *interrogatoria* ν): (3) vt abſolute inhabiles repellere, vel (4) exceptiones dubias et illiquidas contra eorum perſonas *in genere* reſeruare poſſit. ξ) Alioquin ſi abſolute in eorum pro-

ζ) c. 2. X. *h. t.* c. 3. X. *de fideiuſſ.*

η) c. 2. *h. t. in* 6.

θ) c. 11. *in f. de reſcript. in* 6.

ι) c. 3. X. *de fidei.*

κ) c. 8. X. *h. t.* ibi: *aut paupertate depreſſi, ita quod non poſſint ad veſtram præſentiam adduci.*

λ) c. 2. X. *h. t.* ibi: *ſancimus, huiusmodi teſtimonia ita valere, tanquam ſi non ex vna parte conſiſterent, ſed etiam ipſo præſente facta fuiſſent.*

μ) c. 2. X. *h. t.*

ν) c. 2. *h. t. in* 6.

ξ) c. 31. *in f.* X. *h. t.* ibi: *cum quis perſonas teſtium ſe velle poſt publicationem depoſitionum repellere, fuerit proteſtatus, ſi quid pro ipſo dixerint, de facili non credatur.*

productionem conſentit, publicatis depoſitionibus, teſtibus nullam exceptionem obiicere poteſt, niſi (a) præſtito iuramento malitiæ: (b) oſtenderit, ſibi poſt publicationem defectus in teſtibus demum innotuiſſe. ο)

§. XI.

PRODVCTI (IV) *iuramento* in termino conſtringendi; π) niſi aduerſarius illud remiſerit in cauſa *priuati præiudicii.* ϱ) Poſt, (V) remotis partibus, teſtes examinandi (a) *ſigillatim* σ): (b) tum ad *articulos*, tum ad exhibita *interrogatoria generalia* et *ſpecialia.* τ) Hæc (c) ad ſingulas circumſtantias dirigenda *de cauſis*, *perſonis*, *loco*, *tempore*, *viſu*, *auditu*, *ſcientia*, *credulitate*, *fama et certitudine* υ). (d) Nullis exhibitis interrogatorjis, iudex nihilominus in circumſtantias neceſſarias inquirere debet. φ) Denique (e) conſtringendi ſunt teſtes, vt *clare* veritatem dicant; alioquin examen repetendum; χ) quod etiam faciendum, ſi non *legaliter* examinati et *prudenter.* ψ) Examine peracto, cuncta ordine in monumenta publica redigenda, ω) et quidem hodie in *rotulum.*

§.XII.

ο) *c.* 31. *X. h. t.*

π) *c.* 51. *X. h. t.* ibi: *nullius teſtimonio, quantumcunque religioſus exiſtat, niſi iuratus depoſuerit, in alterius præiudicium debet credi. c.* 20. C. 3. *q.* 9.

ϱ) *c.* 39. *X. h. t.* Formula iuramenti traditur in *c.* 5. et *c.* 47. *X. h. t.*

σ) *c.* 52. *X. h. t.*

τ) *c.* 2. *h. t. in* 6.

υ) *c.* 37. *X. h. t.*

φ) *cit. c.* 37. *X. h. t.*

χ) *c.* 53. *X. h. t.*

ψ) *c.* 33. *c.* 48. *X. h. t.*

ω) *c.* 41. *c.* 43. *c.* 50. *X. h. t.*

§. XII.

TANDEM (VI) depositiones in termino præfixo publicandæ, α) quo facto testes nulli super *iisdem articulis*, vel *directo contrariis*, αα) quibus *reprobationem* peragere aduersarius intendit, amplius admittuntur, β) nequidem in secunda instantia. γ) Super nouis articulis tamen testes produci possunt. δ)

§. XIII.

INTEGRVM postea (VII) partibus est, super depositionibus disputare. ε) Hoc etiam peracto, iudex tandem examinat dicta testium, respicitque (a) non tam ad *multitudinem*, quam ad *qualitatem* et *deposita* testium: ζ) (b) quantum fieri potest, benigne illorum dicta interpretatur, ne sibi contradicant. η) (c) Aliquando etiam *de auditu alieno* deponentibus fidem habet, ϑ) vel ex qualitate causæ, ι) vel aliis adminiculis concurrentibus. κ) (d) *Variantes* vero et *vacillantes* merito reiicit; λ) non eos, qui *in continenti*, non *ex intervallo*, sese correxerint, μ) quod sedulo protocollo annotandum.

TIT.

α) ad instantiam partium, c. 30. X. b t. non tertii.

αα) c. 6. X. de probat. c. 26. X. b.

β) c. 17. 19. 25. 46. X. b t.

γ) c. 17. X. b. t. clem. 2 b. t.

δ) c. 19. c. 25. X. b. t. c. 35. eod.

ε) c. 25. c. 50. X. b. t.

ζ) c. 32. X. b. t.

η) c. 16. X. b. t.

ϑ) c. 27. X. h. t.

ι) Velnti in tempore immemoriali probando, l. 28. D. de prob. vel consanguinitate, c. 47. X. b. t.

κ) c. 27. X. b. t.

λ) c. 3 X. de causa poss. et propriet.

μ) c. 7. X. de testib. cog.

TIT. XXI.

DE TESTIBVS COGENDIS.

SYNOPSIS.

Testes cogi possunt ad perhibendum testimonium, non obstante iuramento contrario. I. Puniendi etiam, qui eis impedimenta ponunt. Varii modi cogendi. II. Quidam tamen cogi nequeunt. III.

§. I.

TESTES ad ferendum testimonium legitime citandos esse, dictum est, qui, si venire et testimonium perhibere recusant, arctius citari et cogi *de rigore iuris* ν) possunt, ad testimonium ferendum, etiamsi iurauerint, se in ea causa testimonium non dicturos. ξ)

§. II.

QVOCIRCA (1) plectendi etiam sunt, ο) qui impediunt quouis modo, ne testes possint testimonium dicere οο): (2) clerici coguntur suspensione ab officio et beneficio, et si ne sic quidem venerint, excommunicatione et depositione. π) Laici testes *districtione ecclesiastica* seu *excommunicatione* in iudiciis *ecclesiasticis*; ϱ) in *secularibus* vero carcere vel pœna pecuniaria, aliquando etiam *tortura* in causis grauioribus criminalibus coguntur. σ)

§. III.

ν) *c.* 1. 3. X. *h. t.*

ξ) *c.* 18. *de testib. c.* 4. 11. X. *h. t.*

ο) per *excommunicationem. c.* 33. X. *de testib.*

οο) *c.* 37. *c.* 46. X. *de testib.*

π) *c.* 2. X. *h. t.*

ϱ) *c.* 1. *c.* 5. 9. 19. X. *h. t.*

σ) TENZEL *de tortura testium.* conf. *tom.* I. *h. t.* §. 5.

§. III.

Cogi tamen ad testimonium ferendum nequit (1) confessionarius τ) ratione *eorum*, quae sub *sigillo confessionis* ipsi reuelata, quae non vt iudex, sed vt Deus scire dicitur υ). (2) Aduocati ratione eorum, quae eis a cliente secreto reuelata sunt φ). (3) Consanguinei, χ) nisi *per se* veritas aliter haberi non possit.

TIT. XXII.

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

SYNOPSIS.

Instrumentum quid? est vel publicum vel priuatum. I. Species publicorum documentorum. II. Plene probant authentica, non exempla. III. Priuata quatenus probent? IV. Produci possunt vsque ad conclusionem in causa. V. Actor etiam illa edit reo, non vice versa VI. Exceptiones contra instrumenta publica. VII.

§. I.

FIT etiam probatio per *testimonia scripta* seu INSTRVMENTA, quorum appellatione late etiam *testes* veniunt; ψ) stricte vero ab iis distinguuntur. Hoc sensu designant *scripturas ad fidem faciendam idoneas*, quia aequalem cum

τ) *c.* 12. *X. de poenit.*

υ) *c.* 2. *X. de offic. iud. ord.* conf. *tom. I. h. t.* §. 8. *seq.*

φ) HVBER *ad tit. de testib.* §. 17.

χ) *l.* 4. *et* 5. *D. de testibus.*

ψ) *c.* 4. *X. de test. cog.*

cum testibus fidem habere debent. ω) *Suntque* vel *publica*, quae *auctoritate publica* confecta: vel *priuata*, quae illa carent auctoritate.

§. II.

PVBLICA sunt, (1) quae munita sunt, *sigillo capituli* vel alio *publico authentico*, α) vel per manum publicam confecta β): (2) *acta iudicialia*, auctoritate iudicis per actuarium conscripta: γ) (3) testium subscriptione munita; modo adhuc viuant, vt manum suam recognoscere valeant δ): (4) notariorum orthodoxorum instrumenta: non *haereticorum*, ε) quod ad tres religiones in imperio approbatas extendi nequit. Si notarius protocollo confecto decesserit, iudex ordinarius ex eo instrumentum conficere potest, quia *causae cognitionem* desiderat. ζ) (5) Scriptura ex *archiuo* desumta, et a publica persona conscripta. η) Denique (6) *libri parochiales* pro fide actuum parochialium conscripti. ϑ)

§. III.

PVBLICA plene probant, et quidem *authentica*. ι) *Exemplo* non creditur, κ) nisi factum fue-

ω) *c.* 10. X. *h. t.*

α) *c.* 2. *de offic. iud. ordin. in* 6. ibi: *in instrumento publico vel patentibus litteris sigillorum suorum vel alterius authentici munimine roboratis.* Non *adulterino et furtiuo*: *c.* 5. X. *de probat.* non *corrupto c.* 6. X. *h. t.*

β) *c.* 2. X. *h. t.*

γ) *c.* 11. X. *de probat.* a iudice legitime requirenda. *c. f.* X. *de probat.*

δ) *c.* 2. X. *h. t.*

ε) *c.* 13. X. *de haeret.*

ζ) *c. pen.* X. *h. t.* ibi: *ad petitionem eorum, ad quos pertinent.*

η) *c.* 13. *de praescript.*

ϑ) *Concil. Trident. Sess.* XXIV. *de reform. matrim. c.* 1.

ι) *c.* 2. X. *h. t.*

κ) *c.* 1. X. *h. t.*

ıctoritate iudiciali, praeuia de integritate
icorum cognitione, citatis etiam iis, quo-
ereſt, et accedente iuſta cauſa, ob quam
um factum. λ) Ex hac innouatione no-
non naſcitur, ſed *antiquum*, ſi quod ha-
plicans, conſeruatur. μ)

§. IV.

IVATIS *ſcripturis* et *annotationibus*, et-
i, ν) aequalis fides haud tribuenda, et ſic
ris cenſualibus eccleſiarum aut monaſte-
; niſi (a) a publica et iurata perſona con-
ξ): (b) *antiquitate temporis* roboratis ο):
ab aduerſario ſubſcriptis & recognitis;
cto contra ſcribentem probant, ſi cauſam
li adiectam habent. π) Denique (d) pro-
iam, ſi fides publica iis ex *conſuetudine vel*
ipta ϱ) tributa. ϱϱ)

§. V.

c. X. *b. t.* ibi: *ſi in-*
a propter vetuſtatem
er aliam iuſtam cau-
nplari petantur.
. X. *de confirm. vtili*
l. ibi: *cum non fue-*
pergameno, ſed papy-
ipta, quaſi iam nimia
e conſumta. Conf. *tom.*
6.
. C. *de prob.*
13. X. *de praeſcript.*
derantes etiam librum
m, quem non ſuſpectum
is, licet non in noſtra,
ardinalis S. Hadriani
ſit inuentus, qui eum,
camerarius fuerat, de
camera B. Petri ſuſcepit, nec
credentes, ipſum ſcrinarium
(cum iuratus ſit, officium ſuum
fideliter exequi,) aliud ſcrip-
ſiſſe, quam a teſtibus diceretur.

ο) *c.* 13. *X. de probat.* Haec
auctoritas operatur, vt iura-
mento ſuppletorio corrobo-
rari queat. Conf. *tom. I. b. t.*
§. 3.

π) *c.* 14. *X. b. t.* ibi: *con-*
feſſioni tuae ſtatur, niſi proba-
veris, te indebite promiſiſſe.

ϱ) *c.* 9. *X. b. t.*

ϱϱ) huc pertinent *annota-*
tiones priuatae parentum de
natiuitate liberorum.

§. V.

INSTRVMENTA, si in promtu sunt, legitime producenda et aduersario communicanda, quoad *clausulam concernentem*; σ) si non, *editio* eorum postulanda. Productio fieri potest etiam post publicationem attestationum, vsque ad *conclusionem* in causa, τ) nisi terminus probatorius praescriptus. Post *conclusionem* nouiter reperta admittuntur, si iuramento firmauerit producens, se ea nouiter reperisse: υ) non item post rem iudicatam. φ)

§. VI.

EDITIO documentorum peti potest vel a *tertio*, actione *de edendo*, aut hodie per mandata S. C. vel ab *aduersario*. Actor regulariter reo ad sui defensionem edere debet *instrumenta propria*, non reus actori ad intentionem suam probandam, χ) nisi sint communia, ψ) vel ab eo subtracta, ω) vel alias actoris propria sint. *Ecclesiis* etiam idem priuilegium tribuunt, quod *fisco* concessum, de quo dubito. α)

§. VII.

FIDES tamen instrumentis etiam publicis subtrahi potest (1) exceptione *falsitatis*, testibus pluribus euidenter probata: β) hac probata, etiam

σ) c. 5. X. h. t.

τ) c. 9. X. h. t.

υ) c. 4. X. de *except*. ibi: *fidem faciat iuramento, se postmodum ad illius notitiam peruenisse*. c. 4. *de elect. in* 6.

φ) c. 20. X. *de sent. et re iudic.* ibi: *cum sub praetextu nouorum instrumentorum lites non debeant instaurari.*

χ) c. 1. X. *de probat.*

ψ) c. 12. X. h. t.

ω) c. 4. X. *de testib. cog.*

α) *tom.* I. h. t. §. 14.

β) c. 4. 10. X. h. t.

iam ſententia, vsque ad XX annos retractari poteſt. γ) In antiquis argumenta probabilia, quæ diplomatis fidem ſuſpectam faciunt, δ) ſufficiunt. (2) *Contrarietatis*, ſi quis contrarias inter ſe ſcripturas produxerit: ε) (3) *raſuræ* in loco ſuſpecto: ζ) (4) *lectionis* ita impeditæ, vt legi et intelligi nequeant. η)

TIT. XXIII.

DE PRAESVMTIONIBVS.

SYNOPSIS.

Præſumtio quid? I. iuris et hominis. II. Fundamenta præſumtionis iuris. III. de effectu præſumtionis hominis. Præſumtio iuris et de iure non eſt præſumtio. IV. In cauſis criminalibus nemo ex præſumtionibus condemnandus, excepta cauſa hæreſeos. V.

§. I.

PROBATIO *artificialis* ſupereſt, quæ trahitur ex cauſæ ipſius circumſtantiis antecedentibus, concomitantibus, et conſequentibus, quæ inter ſe connexæ, probabilitatem quandam operantur, quam PRAESVMTIONEM leges appel-

γ) *l.* 12. C. *ad* L. *Cornel. de falſ. c.* 6. *X. de except.*

δ) *c.* 6. X. *h. t.*

ε) *c.* 13. *X. h. t.* ibi: *imputari ei poteſt, qui contrarias inter ſe ſcripturas in iudicio protulit, fidem ſibi inuicem derogantes, cum in ipſius fuerit poteſtate, quam voluerat, non proferre.*

ζ) *c.* 3. *X. h. t. c.* 7. *X. de relig. domib. c.* 14. *X. de priuil.*

η) *c.* 6. *X. h. t.*

pellant. Hæc enim nihil aliud eſt, quam *legitima coniectura ex circumſtantiis, optime inter ſe connectentibus, deducta.*

§. II.

HAEC ſi legum munimine vallata eſt, *iuris* dicitur, et *vim* eatenus *probandi* habet, vt onus contrarium probandi deuoluat in aduerſarium. ϑ) Tali auctoritate deſtituta, *hominis* dicitur, quod *iudici* fidem quidem faciat aliquam, non tamen in eo gradu, vt ei ſimpliciter acquieſcere queat.

§. III.

PRAESVMTIO *iuris* naſcitur (I) ex *qualitate naturali*, quæ ineſſe præſumitur: ι) (II) ex *ſtatu* rei *ordinario*, qui ei regulariter adeſſe ſolet, κ) et ſic prædium præſumitur liberum, et fundus allodialis; (III) ex *continuatione* et *duratione* priſtini ſtatus λ): (IV) ex *benigna interpretatione actus, in dubio facienda.* Vnde pro quolibet iudice in dubio capienda præſumtio, quod officio ſuo bene functus fuerit, μ) et quilibet præſumitur bonus.

§. IV.

PRAESVMTIONES *hominis* tantum argumenta leuiora ſunt, quæ probantem *adiuuant*, ſed probationem non *perficiunt*, imo contraria probatione elidi queunt. Faciunt etiam *ſuppletorio* vel pur-

ϑ) *c.* 2. 12. X. *h. t.*

ι) *c.* 2. 16. X. *h. t. c.* 12. X. *h. t. c. vn.* X. *de ſeruitin. in ordin. fac.*

κ) *l.* 14. C. *de prob. l.* 6. *de his, qui ſui vel al. iur. c.* 3. X. *in f. de presbyt. non baptiz. c.* 12. X. *h. t.*

λ) *c.* 6. 15. X. *h. t. c.* 8. *de R. I. in* 6. *c.* 3. X. *in f. de baptism. c.* 47. *de R. I. in* 6.

μ) *c.* 6. X. *de renunc. c.* 16. X. *de ſent. et interloc. c.* 13. X. *de præſcript.* ſalua probatione in contrarium *c.* 15. *in f.* X. *de reſtit. ſpol.*

purgatorio locum. ν) Vnde *præſumtio legis*, quæ contrariam probationem non admittit, non tam *præſumtio*, quam *diſpoſitio legis determinata* eſt, cui abſolute ſtandum. Talis eſt, quæ ex *re iudicata* naſcitur, ξ) vel ex *immemoriali tempore*, vel ex facto voluntati declaratæ contrario. ο)

§. V.

PLVS præſtant præſumtiones in cauſarum *ciuilium* probatione, π) quam *criminalium*; cum nemo ex ſolis coniecturis, etiam *vehementibus*, condemnandus ſit; ϱ) excepto *crimine hæreſeos*, in quo etiam ἀσύστατα admiſſa. σ)

TIT. XXIV.

DE IVREIVRANDO.

SYNOPSIS.

Iuramentum quid? I. Sola obteſtatio vel inuocatio in teſtem illud non conſtituit. Non continet votum. II. Non facile iurandum, ſed in caſu neceſſitatis. Tres eius comites. III. De formula iuramenti. IV. Promiſſorium et aſſertorium. Vtrumque ex iure canonico æſtimandum. V. Promiſſorium dolo et vi carere, nec de illicitis præſtari debet. Continet tacite conditiones, quæ ipſi promiſſioni inſunt. Vltra intentionem non extenditur. VI. Alias ſeruandum, etiamſi actus ſit inualidus, cui adiectum.

ν) *c. X. qui matrim. accuſ. poſſ.* ibi: *cum rationabiliter præſumatur, quod denunciationem publice factam idem exiſtens in ipſa diœceſi minime ignorauerit.*

ξ) *c. 13. 35. X. de ſent. et re iudic.*

ο) *c. 6. X. de condit. appoſ.*

π) *c. 12. X. h. t.*

ϱ) *c. 14. X. h. t.*

σ) *c. 13. X. de hæret. c. 7. 8. eod. in 6. c. 14. in f. cit.*

ctum. VII. Ab eo absolutionem sibi vindicat pontifex. Quatenus episcopi? VIII. Iuramentum assertorium litis decisorium est vel voluntarium, vel necessarium IX. Voluntarium cui deferatur? X. Quis deferat? XI. Quo tempore? XII. in causa ciuili priuati arbitrii. XIII. Praestandum aut referendum; alias recusans pro confesso habetur. XIV. Necessarii tres species. XV.

§. I.

SAEPE etiam probatio *iuramento* fit, vel perficitur, vel coniectura ad probandum adducta diluitur. *Fit* per delatum a parte parti iuramentum in iudicio: τ) *perficitur*, per iuramentum suppletorium: *coniectura diluitur* per purgatorium. υ) Est vero IVRAMENTVM *asseueratio seria et religiosa, in cuius confirmationem DEVS vocatur in testem et vindicem.*

§. II.

VNDE (1) duo constituunt iuramentum; tum *asseueratio grauissima:* tum adiuncta *inuocatio DEI* in *testem* et *vindicem:* (2) sola *obtestatio* non facit iuramentum; φ) alioquin Christus saepius iurasset contra propriam doctrinam. (3) Idem dicendum de sola *inuocatione in testem*, quod alioquin PAVLVS in literis suis saepius iurasset contra doctrinam CHRISTI. χ) (4) Proprie in iuramento DEO non fit *votum* nec ei aliquid *promittitur*. ψ)

§. III.

τ) *c.* 2. *X. de probat.*

υ) *c. f. X. h. t.*

φ) Vt erronee censuit AVGVSTINVS in *c.* 2. *et* 4. *C.* 22. *q.* 1.

χ) *tom. I. h. t.* §. 7.

ψ) Quod tamen ALEXANDER III. in *c.* 6. *X. h. t.* in mente habuisse videtur, aiens: *si de vsurarum solutione iurauerint*

§. III.

PORRO (5) sophistica et callida verborum conceptio aut interpretatio cum *asseueratione seria*, in iuramento necessaria, ω) aut (6) facilitas iurandi cum prouocatione *vindictæ diuinæ* subsistere nequit, sed *regulariter* abstinendum a iureiurando, nec illud appetendum; α) sola *necessitate* iurantem excusante. β) Vlterius (7) *veritas*, et *iudicium* in iurante desideratur, vt rem, de qua iurat, et vim iuramenti cognitam habeat. γ)

§. IV.

DENIQVE (8) talis quoque formula in iuramentis assumenda, quæ indicat, Deum inuocari in *testem* et *vindicem*. Id (a) docent sollemnia iuramentorum varia apud omnes gentes, quæ sensum Numinis cuiusdam habuerunt, vsitata; δ) hodie vero illa, quæ apud iudæos magna cum præcautione adhibentur. ε) (b) Quævis

verint debitores, cogendi sunt DOMINO REDDERE IVRAMENTVM. Inde fluxit necessitas relaxandi iuramentum, vicario Dei iure.

ω) *c.* 9. C. 25. *qu.* 5. An pontifex hoc monitum obseruauerit in *c.* 6. *X. h. t.*, dubito.

α) *c.* 2. 5. C. 22. *q.* 5.

β) *c.* 26. X. *h. t.* ibi: *ad iuramentum non debet quenquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere impetuosa.* conf. *c.* 4. X. *de elect.*

γ) Dicuntur vulgo *tres comites iuramentorum*, relati a propheta IEREMIA IV, 2. in *c.* 26. X. *h. t.*

δ) De quibus agit B. LVDOVICI *de sollemnib. iuramentor.*

ε) Nouam formam iuramentorum, quam in harum iuramentis anno 1727. necessariam credidit potentiss. Rex

vis iuramenta ad religionem, cui iurans addictus, attemperanda; quamuis ea formula is, qui iuramentum exigit, religionem falsam non approbet. (c) Inde ab antiquo receptum, vt *ieiunus* iuraret. ζ) (d) Hoc intuitu in iure canonico ad *reliquias sanctorum* ζ*) formula directa, η) vel ad *quatuor euangelia.* θ) (e) Propter protestantes legibus imperii alia formula præscripta in negotiis, quæ inter catholicos et protestantes geruntur. ι)

§. V.

IVRAMENTVM est vel *promissorium*, quo vel aliquid promittitur, κ) vel, quod debetur, confirmatur: vel *assertorium*, quo veritas facti adstruitur. Vtramque speciem non ex *iuris ciuilis*, sed *canonici* principiis æstimandam esse censuit pontifex, λ) quæ etiam protestantes receperunt, vel retinuerunt, ea ducti opinione, quod conscientiæ magis consulerent.

§. VI.

QVIA in *promissorio* semper adest promissio vel *pactum* iuramento vallatum, inde (1) iuramentum tale nec *vi* nec *dolo* extortum esse debet; μ) quamuis nihilominus ius canonicum *re-*

la-

magnæ Britanniæ et Elector Hannoueranus, retuli in *append. tom. I. iur. eccles.* quam alia iudicia etiam receperunt.

ζ) *c.* 16. C. 22. *q.* 5. ibi: *honestum etiam videtur, vt, qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat cum omni honestate et timore Dei.*

ζ*) *c. f. X. de iuram. cal.*

η) secundum *c.* 9. C. 35. *q.* 6. *c.* 12. C. 22. *q.* 1.

θ) *c.* 9. C. 1. *q.* 7. *A. B. c.* 2. §. 3.

ι) *R. I. de anno* 1555. §. 106.

κ) Exemplum in *clem. vn. h. tit. c.* 33. *D.* 63.

λ) in *c.* 2. *h. t. in* 6.

μ) *c. pen. X. de his, quæ vi met. fiunt. c.* 2. *h. t. in* 6. *c.* 28. X. *h. t.*

ionem iuramenti hoc casu necessariam cre-
r) quod ius Deo ex illo quaesitum sit, vel
s, quod iudex decernere debeat, vtrum ius
ntum sit obligatorium nec ne? ξ) (2) Non
unt iuramenta, quae in *praeiudicium tertii*
dent, ο) adeoque semper ab eo excipitur
ior, si in eius praeiudicium vergit. π) (3)
itum contra bonos mores et leges absolute
ibitiuas non est obligatorium, ρ) cum non
t esse *vinculum iniquitatis.* σ) (4) Sicuti
atio ab eo, cui promissio facta, remitti potest,
ta et iuramentum. τ) Pariter (5) talis iura-
ntum in se continet *tacite* omnes conditio-
quas ipsa promissio, υ) multo magis ergo
stas conditiones expresse adiectas, nisi re-
: fuerint. φ) (6) Non extenditur vltra fi-
i factae promissionis, χ) nec ad casum inopi-
n, ψ) vel non cogitatum, ω) vel denique
icitum factum. α)

§. VII.

. 2. c. 15. X. *h. t.*
Inde tracta obseruantia
andi *pro relaxando iu-*
to ad effectum agendi.
:. 28. X. *h. t.* c. 33. X.

c. 19. X. *h. t.* et in iure
r antiquior dominus.
:. 28. *de R. I. in* 6. c. 12.
for. compet. c. 8. C. 22.
bi exemplum de Hero-
ate. conf. c. 1. *h. t. in* 6.
X. *h. t.*
:. 18. X. *h. t.* c. 1. *de con-*
n 6. c. 22. C. 22. q. 4. ibi:
entum non ob hoc institu-
tum inuenitur, vt esset vincu-
lum iniquitatis vel cuiuscun-
que criminis.

τ) c. 2. X. *de sponsal.*

υ) c. 25. X. *h. t.* c. 3. 29. *eod.*
ibi: *iuramentum eum non li-*
gat, qui praestitit, dum ille, cui
praestitum fuerit, seruare ne-
gligit, quod promisit.

φ) c. *pen.* X. *de condit. ap-*
pos.

χ) c. *pen.* X. *h. t.*

ψ) c. *vlt.* X. *de eccl. aedif.*

ω) c. 20. X. *h. t.* c. 2. X. *de*
renunc.

α) c. 23. X. *h. t.*

§. VII.

DE cetero (7) omne iuramentum seruandum est, *quod seruatum non vergit in dispendium salutis æternæ;* β) licet actus, cui adiectum, alias invalidus sit, vt tamen, partibus volentibus, subsistere queat. Hoc iure itaque iuramentum *novum vinculum* addit actui nulli contra ius ciuile, γ) ad effectum inde valide *agendi* et *excipiendi.* δ) Hoc ipso tamen vsus iuramentorum in immensum auctus in *caussis extraiudicialibus*, contra mentem et monitum nostri saluatoris, atque hæ præterea ad fora ecclesiastica tractæ, ε)

§. VIII.

DENIQVE vinculum hoc amittit de iure canonico *per absolutionem* ab illo, ex iusta causa, ζ) vt etiam subditos et vasallos, depositis regibus vel imperantibus aut excommunicatis, ab eo liberet *pontifex*, quod Galli haud admittunt, imo nec hodie Germani, nimia pontificis potestate admodum fracta. Episcopi etiam illud relaxant, si de eius validitate dubitatur. ζζ)

§. IX.

IVRAMENTVM *assertorium* in iudiciis præstatur vel a *litigantibus*, vel a *testibus*. De hoc supra actum; illud vero *litis decisorium* audit, quod vel *pars* parti defert, vel *iudex*. Illud *voluntarium*, hoc *necessarium* vel *legale* dicitur.

Illud

β) *c.* 28. *X. et c.* 2. *h. t. in* 6. *c.* 2. *de pact. in* 6.

γ) *l.* 5. C. *de* LL.

δ) *tom.* I. *h. t.* §. 36. *sq.*

ε) *c. f. de for. compet. in* 6.

ζ) *c.* 3. *sqq.* C. 15. *q.* 6. *c. f. X. de pœn. c. f. X. de hæret.*

ζζ) *c.* 24. *X. de elect.* aliquando etiam priuatus, cui præstitum. *c.* 13. *X. de consil. c.* 23. *X. h.*

Illud suo modo recusari potest, non aeque hoc. η)

§. X.

VOLVNTARIVM pars parti defert super eo, quod probandum erat, iudice approbante. ϑ) Qui plene probauit, iurare amplius non cogitur; nulla consuetudine obstante. ι) Defertur cuicunque aduersario, etiam clerico, et monachis, κ) puberibus: λ) non facile illis, qui de periurio suspecti sunt, adeoque, probato in *continenti* metu periurii, delatum etiam post acceptationem iuste reuocatur. μ)

§. XI.

DEFERT iuramentum in defectu probationis is, cui haec incumbit, ν) licet nihil probauerit. ξ) Procurator non aliter, quam speciali mandato instructus, vel cui libera bonorum vel caussae administratio commissa. ο)

§. XII.

DEFERTVR tam ante quam post litem contestatam, licet in *probatione* actor defecit, modo haec adhuc integra sit: π) tam in prima, quam secunda instantia. ϱ) In Saxonia tantum integra est delatio actori ante *litis contestationem puram*; reo vero etiam post eam super exceptionibus peremtoriis.

§. XIII.

η) *c. f. X. h. t.*

ϑ) *c. 2. X. de probat.*

ι) *cit. c. 2.*

κ) *c. 26. X. h. t.*

λ) *c. 14. et 15. C. 22. q. 5. c. 8. X. de prob.*

μ) *c. 5. 6. C. 22. q. 5.* RIVINVS *ad proc. Saxon. tit. 18. enunc. 27.*

ν) *c. 2. X. de probat.*

ξ) *l. 35. pr. D. h. t. l. 12. C. de reb. cred.*

ο) *c. 4. de procur. in 6.*

π) *l. 14. §. 3. C. de non num. pecun. diss. de prob. per delat. iuram. §. 20.*

ϱ) *l. 4. C. de temp. appell.*

§. XIII.

DEFERTVR in quacunque causa *ciuili* priuati arbitrii, de qua transactio permissa est, vt in caussis *sponsalium*, etiam *puerorum*, σ) et si de matrimonio contracto non constat, cum de hac caussa transigi queat. τ) Non vero *ad matrimonium*, de quo constat, *dissoluendum*, υ) vel in caussis *beneficialibus*, φ) aut *criminalibus*. χ)

§. XIV.

DELATVM iuramentum, et iudicis *sententia interlocutoria* approbatum, aut præstandum, aut referendum. ψ) In praxi etiam integrum est ei, cui delatum, conscientiam per probationem defendere, quod etiam *iure canonico* non nisi necessitate vrgente iurandum sit. ω) Iurare recusans pro confesso conuictoque habetur. α)

§. XV.

IVRAMENTVM *necessarium* vel *legale* a iudice defertur ex iusta caussa, (1) ad damnum dolo vel culpa lata datum resarciendum, quod *in litem* vocatur. β) (2) Ad quantitatem determinandam, si *in genere* de debito constat. ββ) (3) Ad supplendam probationem semiplenam, γ) maxime

σ) *c.* 2. *X. de sponsal. tom. I. h. t.* §. 6. *sqq.*

τ) HEIGIVS *lib. II. q.* 16.

υ) *c.* 7. *X. de sent. et reiudic.*

φ) *c.* 10. *X. de transact.*

χ) *c. f. X. h. t.* ibi: *nec liceat conuento actione famosa referre* (vel deferre) *huiusmodi iusiurandum*, quod de criminaliter mota accipiendum.

ψ) *c. f. X. h. t.*

ω) *c.* 26. *X. h. t.*

α) *l.* 38. *h. t. c. f. de confess. in* 6.

β) *c.* 7. *X. de his, quae vi met. fiunt. c.* 7. *X. de iniur. et damn. dato.*

ββ) *c.* 32. *X. h.*

γ) *c. f. X. h. t.* ibi: *nisi iudex, inspectis personarum et caussae circumstantiis, illud actori videas deferendum.*

maxime si reo purgatorium tuto deferri nequit. 4) Ad *purgationem faciendam* a grauato suspicionibus, δ) etiam in causa criminis, ε) et matrimoniali. ζ)

TIT. XXV.

DE EXCEPTIONIBVS.

SYNOPSIS.

Reprobatio duplex, vel contrarium vel exceptiones peremtorias probando. I. Hae demum probandae, si ab actore probatio facta et desuper pronunciatum. Iure Saxon. indistincte ante publicationem attestatorum. II. Probatione exceptionis peracta replicae reprobatio actori concedenda, non vero hodie vbique. III. Nisi reus exceptiones, post L. C. demum ortas, in reprobationem deduxerit, contra quas actori noua reprobatio permittenda. IV.

§. I.

PROBATIONE ab actore peracta, reo integra est *reprobatio*, quae fit (1) probando *directo contrarium*, de quo supra η): (2) vel per *exceptiones peremtorias*, litis contestationi hodie sub poena *praeclusi* annectendas, θ) sed, probatione ab actore peracta, demum probandas. Neque enim his exceptionibus reus fatetur intentionem actoris, ι) ne quidem per indirectum, sed hic nihilominus illam, quatenus negata est, antea probare debet.

§. II.

δ) *c. f. cit. c. f.* X. *qui matrim. accus. possunt.*

ε) *c. c.* X. *de purgat. canon.*

ζ) *c.* 10. X. *de despons. impub. c.* 7. X. *de frigid. et malef.*

η) *tit. de testib.* §. 20. *p.* 154.

θ) *R. I. de anno* 1654. §. 37.

ι) *c.* 6. X. *h. t.*

§. II.

HAE *reprobationis* species in eo differunt, quod prior, publicatis testium depositionibus, per alios testes exclusa sit: κ) non posterior, quam reus adhuc suscipit, si actor intentionem suam probauit, et sententia desuper lata sit. λ) Verum hæc differentia de iure Saxonico et aliorum locorum non attenditur, sed indistincte reprobatio suscipienda ante publicationem attestationum. μ)

§. III.

PARITER a reo probata *exceptione*, actori integrum est, eam elidere per reprobationem *replicæ*. ν) Huic vero protractioni litium succursum est per constitutiones prouinciales variorum locorum, quibus cautum, vt reprobatio cum probatione *coniunctim* peragatur. Hunc in finem quoque statim litis contestationi annectendæ sunt, vt actor, suscepta probatione, eas simul statim *elidere* queat.

§. IV.

DENIQVE quæ post L. C. demum nascuntur, aut in rei notitiam veniunt, in reprobatione adhuc admittuntur, licet litis contestationi haud annexæ; ξ) quamuis eo casu noua reprobatio actori contra eas non deneganda.

TIT.

κ) *c. 26. X. de testib.*

λ) *l. 8. 9. C. h. t.*

μ) *tom. I. tit. de testib.* §. 42.

ν) CORVINVS *in iur. canon. h. t.* §. 40. *et* 42. excepta exceptione *excommunicationis, c. 9. X. h. t. et spolii, c. 2. X. de ordin. cognit.* ibi: *cum spoliatori spoliatus ante restitutionem non cogatur vllatenus respondere.*

ξ) GRIEBNER. *in princ. proc. ciuil. lib. I. c. 2. sect. 6.* §. 8.



TIT. XXVI.

PRAESCRIPTIONIBVS.

SYNOPSIS.

ptio quid? I. Duplex vel acquisitiua vel ex- II. Illa præsuppo- endi habilitatem. Qui nequit, nec præscri- . Tantum præscri- tantum possessum. IV. es in possessore per to- pus necessaria V. Iu- lus, aliquando etiam imi temporis præscri- VI. Sistitur cursus eius ex variis impedimentis VII. Vel interrumpitur na- turaliter et ciuiliter. VIII. Tempus constitutum. IX. Ex- stinctiua est sola negligentia vel non-vsu nascitur. X. Mo- do non-vtenti negligentiam obiicere liceat. XI. Exempla huius præscriptionis. XII. Tempus immemoriale attendi- tur, vbi nulla præscriptio lo- cum habet. XIII.

§. I.

:R peremtorias insigne momentum ha- *præscriptionis exceptio*, ab allegante legi- e probanda, ϱ) vel, facultate probandi a, petenda restitutio in integrum ab eccle- adhuc opponi queat. π) Est vero PRAE- TIO, *exceptio actori opposita, qua ex qua- possessione dominium vel simile ius in re ibi acquisitum, vel ex solo lapsu temporis, dum præfiniti, actoris ius amissum asserit* Ius canonicum enim *præscriptionem* hic rat, prout a IVSTINIANO cum *vsuca- pione*

Haec exceptio a judice ex officio potest suppleri, si e... appare- at et re... tamen non ē opposi...

. X. *de probat.* π) *c.* 6. X. *de restit. in integr.*

pione est confusa, et per modum *exceptionis* a
ri opposita.

§. II.

EST itaque præscriptio duplex: vel *acq*
tiua, qua dominium vel simile ius ex *qualifi*
possessione in re vel iure alieno acquiritur: ve
stinctiua, qua ius agendi ex lapsu temporis p
finiti amittitur, concurrente nulla *possessione*
vel iuris alieni.

§. III.

ACQVISITIVA nascitur *ex qualificata* ;
sessione rei vel iuris alieni. ϱ) Qualitas pos
sionis desiderat in possessore (I) *habilitatem*
possidendi. Etenim (a) laici cum *decimas eccle*
sticas sibi possidere nequeant hoc iure, eas q
que nulla ratione præscribere valent. σ) E c
trario ecclesia vel monasterium in aliena par
cia eas XL annis acquirere potest, τ) quia p
sessionis decimarum capax est. Pari ratione
risdictionis ecclesiasticæ incapaces censentur la
ergo etiam præscriptionis. In vtroque c
abeunt protestantes a catholicis, et laicos i
decimas, quam iurisdictionem ecclesiasticam p
sidere posse censent, hoc effectu, vt illas c
tra ecclesiam præscriptione XL annorum; h
vero, cum ad *regalia principis* pertineant, *tem*
ris immemorialis præsidio tueri queant.

§.

ϱ) *c.* 3. *de R. I. in* 6.
σ) *c.* 7. X. *h. t. in f.*
τ) *c.* 6. X. *h. t.*

§. IV.

VLTERIVS (b) qui *sibi* non possidet, sed
rius nomine, nunquam præscribit; *υ*) et de-
ue (c) tantum præscriptum, quantum posses-
n. *φ*)

§. V.

INPRIMIS vero in possessore desideratur
) *bona fides*, vt *qui rem alienam sibi possidet*,
nulla temporis parte rei habeat conscientiam
enæ. *χ*) Hoc iure itaque *superueniens mala*
es omnem impedit præscriptionem, etiam *lon-*
ssimi temporis, contra *iuris ciuilis* principia, *ψ*)
od vsu totius Germaniæ seruatur.

§. VI.

PRAETEREA vero (III) *iustum titulum* de-
erant leges in *longi temporis* præscriptione; *ω*)
o probato, nihil impedit, quo minus rem pri-
ti ecclesia hac præscriptione acquirere queat.
In *longissimi temporis* præscriptione *titulus*
non

υ) *c.* 17. *X. h. t.* ibi: *constat*, *lesiam R. semper in quasi sessione fuisse*, *cum pro ea nisterio tuo et antecessorum rum exactum fuerit et præ- tum iuramentum*, *et possi- re is dicatur*, *cuius nomine fidetur.*

φ) *c.* 18. *X. h. t. in f. c.* 29. *de decim.*

χ) *c. vlt. X. h. t.*

ψ) *c.* 5. *X. h. t.* in quo tex- *Ephesini legislatoris* fit mentio, quod sine dubio corruptum, et loco eius: *Theodosius legislator*, substituendum, vt pontifex *ad l.* 1. *C. Theod. de action. certo temp. fin.* respexisse videatur, ceu recte monet ACOSTA *in comm. ad h. t. p.* 430.

ω) *c.* 4. *X. de emt. vend.*

α) Nam *c.* 3. *X. h. t.* de re *priuatorum*, accedente iusto titulo, accipi nequit.

non desideratur, nisi *commune ius* vel *præsumtio* contra possessorem militat. β)

§. VII.

IPSA possessio porro debet esse (IV) *continua* et *quieta*. *Continua* quidem, vt cursus eius sine intermissione continuetur. Sistitur enim ob iustum *impedimentum*, γ) vt *belli* et hostilitatis, δ) vel *schismatis*, quod sæpe adflixit ecclesiam Romanam; denique ob *sedem vacantem* vel *impeditam*, ε) quod, qui agere debuit, haud adfuerit. εε) Hoc itaque tempus durantis iusti *impedimenti* subducendum. ζ)

§. VIII.

QVIETA possessio tollitur *interruptione*, vel *naturali* per amissionem possessionis: vel *ciuili* per litem motam. Iure canonico vel sola *citatio*, legitime insinuata, sufficit, quæ etiam *litis pendentiam* parit. η) Cum vero iure ciuili *litis contestatio* eam demum producebat, hæc quoque tantum interrumpebat vsucapionem, ϑ) antequam eam IVSTINIANVS cum præscriptione miscuit.

§. IX.

PRAECIPVE vero (V) *temporis præfiniti* ratio habenda. Contra *ecclesiam* et *pia corpora* olim *triginta*; ι) iure recentiori, ductu iuris ciuilis,

β) *c.* 1. *h. t. in* 6.
γ) *c.* 41. *X. de elect.*
δ) *c.* 10. *X. h. t.*
ε) *c.* 14. *X. h. t.*
εε) *c.* 4. *et* 15. *X. h. t.*
ζ) *c.* 15. *X. h. t.* ibi: *vt illo subducto non sit quadragenaria completa præscriptio.*
η) *clem.* 2. *vt lite pend.*
ϑ) *l.* 18. *de R. V. l.* 2. *D. pro donat.*
ι) *c.* 3. *X. h. t.*

uilis, *quadraginta* annorum lapſus neceſſarius eſt, κ) excepta eccleſia Romana, quæ ex priuilegio IVSTINIANI λ) *centenaria* μ) præſcriptione gaudet. Reliqua temporum ſpatia ex iure ciuili petenda.

§. X.

ATQVE hac præſcriptione dominium vel ſimile ius ν) acquiritur. *Exſtinctiua* naſcitur ex *mera negligentia* non agentis, vbi non poſſidetur res vel ius alienum, ſed ius, quod quis habet, negligitur per non vſum, et ſic negligens *exceptione* hac repellitur. In hanc vero conceptus *bonæ* vel *malæ fidei* non cadit, quæ vnice qualitas *rei alienæ poſſeſſæ* eſt, vt ipſum ius canonicum ξ) innuit; ergo eius diſpoſitio ad hanc ſpeciem trahi nequit.

§. XI.

NEGLIGENTIA tamen allegari nequit contra actus *imperii ſacri* a ſubditis, et ita contra *obedientiam* et *reuerentiam*, ο) *viſitationem*, et *exactionem procurationis*, π) præſcriptio hæc locum non habet. Facilius contra *quartam decimarum et oblationum*, ϱ) imo contra vſum decimarum, per XL annos ab eccleſia neglectarum. σ)

§. XII.

κ) *c. 8. 9. X. c. 2. h. t. in 6.*

λ) in N. 131. c. 6.

μ) *c. 13. 14. 17. X. c. 2. h. t. in 6.*

ν) *c. 6. X. et c. 1. h. t. in 6.*

ξ) *c. 5. c. f. X. h. t. c. 2. de R. I. in 6.*

ο) *c. 12. X. h. t.*

π) *c. 11. et 16. X. h. t.*

ϱ) *c. 4. X h. t.*

σ) *tom. III. tit. de decim. §. 47. ſqq.*

§. XII.

SICVTI itaque in hac ſpecie ſolus *non-vſus* per tempus conſtitutum deſideratur, ita eccleſia per XL annos ius priuilegio quæſitum amittit, *τ*) et epiſcopus vel Romanus pontifex ius aſſerendi ſibi bona hæretici (qui, dum viueret, *catholicus* reputabatur) a filiis catholicis poſt idem tempus. *υ*) Pariter nihil obſtat, quo minus *annui reditus eccleſiaſtici ſeu perpetui* per negligentiam XL annorum amitti queant. *φ*) Sicut actiones perſonales pro debitis pecuniariis competentes, *triginta annorum ſpatio* exſtinguuntur; quadraginta vero, quæ eccleſiis competunt, in quibus vnice negligentia in non agendo vel exigendo attenditur. Qui interpellauit debitorem, de *exactione* ſollicitus fuit, nec negligens abſolute dicendus.

§. XIII.

CETERVM quibus in cauſis omnis exul eſt præſcriptio, *immemorialis temporis* ſeu *vetuſtatis auctoritas* *χ*) effectum habet ſuum, quæ non tam præſcriptionis ſpeciem, quam *præſumtionem iuris et de iure* conſtituit, olim iuſto et optimo titulo illud ius, quod nullam admittit præſcriptionem, eſſe acquiſitum, licet ob temporis canitiem ille demonſtrari nequeat. Hoc ſenſu tempus illud, cuius initii non exſtat memoria,

τ) *c.* 15. *X. de priuil.*
υ) *c.* 2. *h. t. in* 6.
φ) *tom. I. h. t.* §. 4. *ſqq.*

χ) vti vocatur in *l. f. de aq. et aq. pluu. arc.*

ria, loco *tituli* esse censetur, ψ) et primarium m habet in defendendis regalibus, ω) et in in- contra leges prohibitiuas acquisito. ωω)

TIT. XXVII.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

SYNOPSIS.

ß causam sufficienter in- structam ferenda est sen- ia. I. Quae vel definitiua nterlocutoria est. II. Ab differt simplex interlocu- quae ab eodem reuocari I. III. Definitiuam fert x competens. Quid si plu- int iudices, et in paribus t non consentiant? IV. bus et actis conformis sen- a esse debet. V. Ratio- non necessario illi inseren- da. VI. Fit absoluendo vel condemnando. VII. Vnde cer- ta esse debet. VIII. Concipien- da in scriptis et partibus legi- time publicanda. IX. Publica- ta in rem iudicatam transit, et irreuocabilis est, exceptis qui- busdam casibus. X. Quaedam in rem iudicatam non trans- eunt. An in caussis matrimo- nialibus latae? XI. Nullae pariter omni effectu carent. XII. Tandem executioni res iudi-

ψ) *c.* 1. *h. t. in* 6. ibi: *nisi temporis allegetur* PRAE- IPTIO, *cuius contrarii oria non existat.* Vsu ari loquitur pontifex; wi autem expressione vti- n *c.* 26. *de V. S.* vbi aequa- bore constare dicuntur, regum et pontificum *lar- ue* concessa, vel *ex anti- consuetudine a tempore, cuius non exstat memoria, in- troducta.*

ω) *cit. c.* 26. vbi *priuilegio* aequiparatur, adeoque secun- dum ius canonicum ad il- lam pro immunitate a deci- mis afferenda etiam prouoca- ri potest.

ωω) WERNHER *P. IV. obs. V. n.* 91. vid. diss. *de praescript. contra leges maxime prohibit.*

iudicata danda vel immediate vel mediate XIII. *Quo tempore et modo fiat?* XIV. *Quandoque inuocato brachio seculari.* XV.

§. I.

Ideo suscipitur *probatio* et *reprobatio*, vt iudex, ea peracta, *pro imperio* statuat, vtrum reus *condemnandus*, an *absoluendus* sit. Ad sententiam enim non properandum, α) nisi caussa *sufficienter instructa*, β) et facta *conclusione*, γ) vel in causa *principali* vel *incidente*, quae nonnunquam ante illam indiget decisione. Generalius itaque SENTENTIA dicitur *declaratio iudicis, qua pro imperio, praeuio examine legitimo*, δ) *de causa controuersa, siue principali, siue incidente, statuit.*

§. II.

VNDE est vel *definitiua*, vel *interlocutoria*. ε) *Illa* pro imperio statuit de causa principali, *condemnando* vel *absoluendo reum*; haec vero duntaxat *punctum incidentem* pro imperio determinat. Vtraque transit in rem iudicatam, nulla appellatione interposita. ζ)

§. III.

α) *c.* 30. C. 11. *q.* 3. *c.* 11. C. 30. *q.* 5.

β) *c.* 18. X. *h. t.*

γ) *clem. saepe de V. S.*

δ) *c.* 9. *h. t. in* 6. *vers. praefatus* ibi: *omnibus et aliis, quae hinc inde fuerunt proposita, diligenter auditis, ac vtriusque partis meritis aequa iustitiae lance discussis.*

ε) *c.* 5. X. *h. t. in* 6. *c. f. de appell. in* 6.

ζ) *c.* 32. *in f. de elect.* vbi: *de interlocutoria* ita: *cuius sententia in rem iudicatam transiit, cum intra decendium non fuerit prouocatione legitima suspensa.*

§. III.

AB *interlocutoria sententia* differt simplex *interlocutio* vel *comminatio* iudicis, η) qua ad vnius instantiam *pro imperio* quid statuit vel decernit pro dirigendo processu. Hæc *ab eodem* semper reuocari potest: ϑ) non item illa. ι)

§. IV.

QVIA in *definitiua* aliquid *pro imperio* statuendum est de causa principali, eam ferre nequit, nisi *iudex competens*, κ) qui iurisdictionem in reum vel *ordinariam* vel *delegatam* habet. Hæc si iam exspirauit, omni caret effectu, quicquid postea statuit. λ) Plures si sunt iudices, in id, quod statuendum est *pro imperio*, per *maiora* consentire debent, peritorum consilio quandoque requisito. μ) Si *paria* sunt vota *iudicum ordinariorum*, reus absoluendus, nisi *fauor causæ* diuersum suadeat: si *delegatorum*, vtraque sententia pendet ex arbitrio delegantis: si denique *arbitrorum*, neutra habet vigorem. ν)

§. V.

η) *c. 60. X. de appell.*

ϑ) *cit. c. 60. l. 14. D. h. t.*

ι) *c. f. de appell. in 6.*

κ) *c. 4. X. de iudic. c. 4. X. de pœnit. c. 3. X. de consuet.*

λ) *c. 29. et 40. X. de offic. et pot. iudic. deleg.*

μ) quod in causis ecclesiasticis *secundum quid* improbat pontifex in *c. 3. X. de consuet.*

ν) *c. f. X. h. t.*

§. V.

CVM *statuere* nihil aliud sit, quam de causa controuersa *secundum leges* iudicare, ideo sententia *legibus* et *actis* conformis esse debet. Si illis *expressis verbis* in rationibus adductis contradicit, nulla est. ξ) Si *actis* et *facto probato* non conformis est, emendatio eius per remedia suspensiua quærenda. Hoc non facto, ordine tamen iuris seruato, ο) sententia in rem iudicatam transit. π)

§. VI.

QVAMVIS vero IVDICARI de causa controuersa aliter nequeat, quam per *rationes*, iudicem ad ita decidendum mouentes; hæ tamen non necessario sententiæ inserendæ, quamuis sæpe conducat; ϱ) interim semper pro sententia iudicis, quod sit legitima, præsumitur. σ) Si seorsim eduntur rationes decidendi, partibus communicandæ, τ) quamuis in rem iudicatam non transeant.

§. VII.

ξ) *c.* 3. *X. de empt. vend. c.* 1. 8. 13. X. *h. t.* ibi: *cum contra ius constitutionis* EXPRESSE *lata non fuerit.*

ο) *c.* 22. *X. de accus.*

π) *c.* 13. *in f.* X. *h. t.* ibi: *postquam in rem transit iudicatam, etiamsi contra ius litigatoris lata fuerit.*

ϱ) *c.* 16. *X. h. t.* ibi: *cum in plerisque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris existat, quod omnia, quæ iudicem* MOVENT, *non exprimantur in sententiis proferendis.*

σ) *c. cit.* 16. *in f.* ibi: *propter auctoritatem iudiciariam præsumi debet, omnia legitime processisse.*

τ) per R. I. *de anno* 1654. §. 61.

§. VII.

STATVERE autem iudex pro imperio de lite aliter nequit, quam *absoluendo* vel *condemnando reum*, υ) cum actor posterius; prius vero reus petat. Perinde autem est, siue his, φ) siue aequipollentibus vtatur verbis: siue in principales, siue in *syndicos* vel *procuratores* verba concipiantur. χ)

§. VIII.

SI condemnat vel absoluit iudex reum, *certum* determinare debet, in quod condemnandus, vel a quo absoluendus, maxime si plura capita litis sunt; ψ) siue verbis *expressis*, siue *relatiuis*. Incerta sententia, quae nihil determinat, nulla est.

§. IX.

QVIA iudex *pro imperio* et *auctoritate iudiciaria*, ω) inter litigantes id statuit, quod vim iuris

υ) *c.* 3. X. *de accus. l.* 3. C. *h. t.*

φ) vt in *c.* 2. X. *de capell. monach.*

χ) Saltim hodie, quia procuratores non sunt domini litis amplius; quamuis de *iure ciuili* et *canonico* in hos sit ferenda L. 1. C. *de sent.* *c.* 2. X. *de capell. monach.* ibi: *ab impetitione syndici vestri prorsus absoluimus.*

ψ) *c.* 18. X. *de praescript.* ibi: *super iam dictis articulis abbatem duximus absoluendum, super aliis omnibus condemnantes.*

ω) *c.* 16. *in f. h. t.*

iuris obtinere debeat, necesse est, vt *in scriptis* concipiatur, α) et partibus ad instar *legis* legitime *publicetur.* Quocirca (1) terminus publicationi præfigendus, et ad eum partes citandæ β): (2) ab ipso *iudice*, non alio, *recitanda*, exceptis episcopis et aliis iudicibus illustribus; γ) et quidem (3) a *sedente*, non *stante*, (4) ex ipso *scripto.* Quæ scripta litigantibus insinuatur, nec, illis præsentibus, recitatur; vim nullam habet ob defectum publicationis legitimæ, exceptis causis summariis. δ)

§. X.

PVBLICATIONIS hic effectus est, vt, si appellatione similiue remedio non fuerit suspensa intra X dies, in rem iudicatam, etiam in *causis beneficialibus*, ε) transeat, h. e. æternam auctoritatem inter litigantes, instar *legis*, accipiat, ζ) nec reuocari queat; nisi (a) petita et obtenta *restitutione in integrum* η): (b) *denunciatione euangelica* coram iudice ecclesiastico contra iudicatum fori secularis instituta, ϑ) adeo, vt pontifex simile ius in sententias imperatorum sibi temere olim arrogauerit. ι)

§. XI.

α) *c. f. h. t. in* 6. ibi: *alias nec nomen sententiæ mereatur habere.*

β) *clem. sæpe* 2. *in f. de V. S.*

γ) *c. f. cit.* quamuis hodie communiter a secretariis recitetur.

δ) *clem. cit. sæpe.*

ε) *c.* 32. *in f. X. de elect.*

ζ) *c.* 13. 15. *X. h. t.* ibi: *cum per hoc videatur per interpretationem iuris latæ sententiæ paruisse.*

η) *c.* 6. *X. de restit. in int.*

ϑ) *c.* 13. *X. de iudic.* B. STRYK. *de remed. contra rem iudic. c. IV.*

ι) *clem.* 2. *in f. h. t.* ibi:

ex-

§. XI.

AB hac auctoritate tamen excipiendae sunt illae sententiae, quae ob praegnantem causam nunquam vim rei iudicatae accipiunt. Huc referunt (1) sententias in caussis *matrimonialibus* latas, κ) si *matrimonium* reuera contractum. De eo vero merito dubitatur, λ) quod alioquin talis sententia nunquam executioni dari posset. In textibus enim, a dissentientibus adduci solitis, praesupponitur sententia, defectu nullitatis laborans. μ) Vnicum excipio casum, si sententia pro matrimonio lata, cui tamen incestum iure diuino inesse probari potest. ν) Pariter (2) sententiae *condemnatoriae* criminales hac auctoritate carent. ξ) (3) Sententiae ex falsa causa et falsis instrumentis latae itidem retractari queunt. ο)

§. XII.

DENIQVE in rem iudicatam non transit sententia *nulla*, h. e. (1) quae ordine iuris non seruato lata, veluti lite non contestata π): (2) non legitime publicata ϱ): (3) a iudice incompetente lata σ): (4) ex testimonio testium corrup-

ex plenitudine potestatis, quam Christus rex regum et dominus dominantium nobis licet immeritis in persona B. Petri concessit. etc.

κ) *c.* 7. 10. *X. h. t. c.* 5. *et* 6. *X. de frigid. et malef.*

λ) ob *c.* 4. *X. de restit. in integr. c.* 6. *X. de prob. c.* 40. *de testib. c.* 9. *X. de testibus.*

μ) vt declaraui *tom. I. h. t.* §. 45.

ν) *tom. I. h. t.* §. 51.

ξ) *l.* 6. *D. de appell.*

ο) *l.* 33. *de re iudic. c.* 6. *X. de except. c.* 36. *X. de offic. et potest. iud. deleg.*

π) *c.* 1. *X. vt lite non contest.*

ϱ) *c. f. h. t. in* 6.

σ) vid. §. *IV. in not. lit.* ν.

ruptorum vel conspirantium lata τ): (5) ad occultam conspirationem litigantium in causa matrimoniali extorta υ): (6) contra non contumacem, sed iuste impeditum pronunciata φ): (7) ex manifesto errore, χ) vel (8) a iudice excommunicato prolata. ψ) etc.

§. XIII.

REI iudicatæ finis est, vt per executionem in effectum deducatur, contra quam nulla admittitur appellatio, nisi in modo excedatur. ω) Hanc iudex mixto imperio præditus vel *immediate* vel *mediate* facit per executorem datum, vel requisitionem iudicis ordinarii, sub quo bona forsan sunt sita. Ille *merus* dicitur, qui de *exceptionibus* ob *defectum iurisdictionis* non cognoscit, sed ad delegantem refert; α) hic vero *mixtus* appellatur, quia *iurisdictione* gaudet, qui quidem non de *iustitia* sententiæ, β) bene tamen de aliis exceptionibus, quae executioni opponi queunt, cognoscere potest.

§. XIV.

EXECVTIO in *causis debitorum pecuniariorum* fit post *quadrimestre spatium*, ββ) quod iu-

τ) *c.* 22. *X. h. t. c.* 9. *X. de testib.*

υ) *c.* 7. *X. h. t. c.* 11. *eod. c.* 4. *de frigid. et malef.*

φ) *c.* 10. *et* 18. *X. h. t.*

χ) *c.* 6. *de frig. et malef. c.* 18. *X. h. t.*

ψ) *c.* 24. *X. h. t. c.* 13. *X. de haeret.*

ω) *c.* 15. *X. h. t.*

α) *c.* 5. *X. h. t.*

β) *c.* 28. *X. de offic. et pot. iud. deleg. vers. quia vero.*

ββ) *c.* 26. *X. de offic. et potest. iud. deleg.*

iusta de causa arctari potest γ) et quidem per immissionem in bona, ordine praescripto seruato. δ) In realibus, vel quando certa res per sententiam euicta est, in ipsam rem sine dilatione; ε) nisi tertius interuenerit, monstrare paratus, executione sibi praeiudicium inferri, quo casu executio differenda. ζ)

§. XV.

DENIQVE *iudex ecclesiasticus* nonnunquam *brachium seculare* in subsidium vocat, η) vt *manu militari*, qua iudicia ecclesiastica destituuntur, praesto sit. Enim vero huic simplex parendi gloria incumbit, nulla *cognitio*, quam defectus iurisdictionis ecclesiasticae excludit.

TIT.

γ) *l.* 2. *de re iudic. c.* 15. X. *h. t.*

δ) *l.* 15. *de re iudic.*

ε) *c.* 5. X. *h. t. c.* 6. X. *de pignor.*

ζ) *c.* 17. X. *h. t.*

η) *c.* 10. X. *de iudic. c.* 1. *de offic. iud. ordin.*

TIT. XXVIII.

DE APPELLATIONIBVS, RECVSATIONIBVS ET RELATIONIBVS.

TIT. XXIX.

DE CLERICIS PEREGRINANTIBVS.

SYNOPSIS.

Appellatio quid? I. Appellatio a grauamine extraiudiciali proprie non est appellatio, sed querela et prouocatio ad causam. II. Exempla eiusdem. Quaedam ab appellatione assumit. III. Appellatur ad superiorem immediatum, qui in ea causa iudex esse potest. IV. Fundamentum appellationis est grauamen, quo cessante cessat. V. Vel ante vel post definitiuam illud infertur. VI. Ante illam singularia habet. Cautus sit iudex, ne facile ei deferat. VII. Causa eius probata, superior continuat processum, nec causam remittit. VIII. Liberius hic papa procedit, quod ad alia iudicia appellationum trahi nequit. IX. Iustificanda haec appellatio ex actis prioribus. X. A definitiua quando denegetur? XI. Locum habet in quibuscunque causis. XII. Quomodo interponatur? XIII. Intra X dies. XIV. Petendi apostoli intra XXX dies. Effectus eorum. XV. Non facile dandi simplices dimissoriales. XVI. Introducenda intra terminum a iudice inferiori praefixum. XVII. Modus introducendi. XVIII. Habet effectum suspensiuum, qui cessat, si executionem sententia secum trahit, aut causa moram non fert. XIX. Attentatum innouatum per mandata sine clausula reuocandum. XX. Iustificatio intra annum, quandoque biennium, facienda quoad formalia et materialia. XXI. Tandem sententia ferenda. XXII. Parem effectum habet recusatio et relatio.

§. I.

§. I.

Rei iudicatæ auctoritas suspenditur per *appellationem*, vnice fere iure canonico cognitam, quamuis *ordinationes locorum plura* huic *remedia suspensiua* addiderint. Appellatio autem *est legitima a iudicis inferioris sententia vel etiam interlocutione ad superiorem ob grauamen illatum facta prouocatio, vt huius sententia id, quod inique factum, corrigatur, vel tollatur.* θ)

§. II.

Qvia appellatio fit per *prouocationem a iudice inferiori ad superiorem*, palam est, appellationem à *grauamine* a parte illato vel inferendo ι) *extra iudicium*, magis *prouocationem ad causam esse.* κ) Inde (a) hæc appellatio dirigenda ad iudicem ordinarium grauantis in prima instantia, λ) adeoque si (b) magistratus, *vt pars*, extra iudicium grauare intendit, ad eius iudicem, cui subest, appellatur. μ) Imo (c) reconuentioni quoque in hac imaginaria appellatione locus est.

§. III.

θ) *c.* 15. X. *h. t.* ibi: *non ad deprimendam cuiusque iustitiam, sed ad remouendum grauaminis.*

ι) *clem.* 3. *h. t.*

κ) *c.* 5. X. *h. t.*

λ) *c.* 11. *h. t. in* 6.

μ) *cit. c.* 11. conf. *tom.* I. *h. t.* §. 4.

§. III.

VIDELICET hoc iure ab omni præiudicio, quod infertur vel imminet *extra iudicium*, appellare licet: veluti ab electione, postulatione, prouisione, collatione beneficii, ν) a molestiis variis, ξ) confirmatione, ο) inuestitura ecclesiastica, π) similibusque. Quia tamen querela in *forma appellationis* proponitur, interponenda (1) intra X dies a tempore scientiæ: ρ) (2) intra annum a die interpositionis finienda: σ) (3) habet *effectum suspensiuum*, ne actus, ex quo appellanti præiudicium imminet, fieri possit; alioquin *attentatum* committitur, per reuocationem emendandum. τ)

§. IV.

IN vera itaque appellatione est recursus ab *inferiori iudice*, qua tali, *ad superiorem*, et quidem (a) *immediatum*. *Gradatim* enim facienda, υ) alioquin causa remittenda ad *intermedium*, excepta appellatione ad papam interposita, quod *concurrentem* habere dicatur *iurisdictionem* cum omni iudice ordinario, ita vt præferatur iudici intermedio, φ) causa per delegatos

ν) *c.* 19. *X. c.* 1. *de elect. in* 6. *c.* 8. *h. t. in* 6. *c.* 45. *X. h. t.*

ξ) *c.* 11. *h. t. in* 6.

ο) *c.* 34. 51. *X. h. t. c.* 57. *X. h. t.*

π) *c.* 46. *X. h. t.*

ρ) *c.* 8. *h. t. in* 6.

σ) *clem.* 3. *h. t.*

τ) *c.* 51. *X. h. t.*

υ) *c.* 66. *X. h. t.*

φ) Si forsan alter ad papam, alter ad intermedium adpellauerit. *c.* 7. *X. h. t. c.* 1. *h. t. in* 6.

tos in loco, in quo partes degunt, finienda. χ) Sic ab archidiacono et inferioribus prælatis appellatur ad episcopum vel eius officialem: ab hoc vero non ad episcopum (cum idem tribunal cum eo habeat), sed ad archiepiscopum: ψ) a delegatis ad delegantem. ω) etc. (b) Ad superiorem illum appellatur, qui *ea in causa* superior est, et sic ab episcopo, qua *seculari iudice*, ad suprema imperii tribunalia, α) non ad papam β) prouocatur.

§. V.

NON aliter vero hic recursus litiganti patet, quam *ob grauamen* seu *præiudicium*, a iudice inferiori illatum, quod *fundamentum appellationis* γ) constituit, quia eius emendatio postulatur. Quocirca (a) friuola est *appellatio super omni causa generalis*, δ) nisi *in certa causa* ab omni futuro grauamine, probabiliter imminente, fiat. ε) Cessante (b) ex postfacto grauamine, cessat etiam prouocatio. ζ) Prouocationi (c) non est deferendum, si grauamen palam *fundamento* destituitur. η) Denique (d) malitiose

χ) c. 11. *de rescript. in* 6.
ψ) *c.* 3. *b. t. in* 6.
ω) *c.* 27. *in f. X. de offic. iudic. deleg.*
α) R. I. *de anno* 1654. §. 165.
β) *c.* 7. *in f. b. t.*
γ) *c.* 38. *X. b. t.*
δ) *c.* 2. *X. b. t. c.* 18. *eod.*
ε) *c.* 18. *X. b. t.*
ζ) *c.* 60. *X. b. t. c.* 19. *X. de elect.*
η) *c.* 5. *b. t. in* 6. *c.* 61. *X. b. t.* ibi: *cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ institutum.*

tiose appellans, a superiori iudice in expensis condemnatur. ϑ)

§. VI.

GRAVAMEN autem a iudice inferri potest vel *ante* vel *post sententiam definitiuam*, vel *in prolatione* huius *sententiae*, in quo *indistincte* canones, ratione status curiae Romanae id suadente, appellationem admittunt: ι) non item ius Romanum, quod *ante definitiuam* illam respuit. κ) Ante sententiam infertur grauamen vel per *simplicem interlocutionem*: λ) vel per *sententiam interlocutoriam* in *puncto incidente* latam. μ)

§. VII.

MVLTVM tamen refert, vtrum *ante definitiuam*, an vero ab hac appelletur. Si *ante defini-*

ϑ) *c.* 26. *X. h. t. c.* 44. *c.* 59. *X. h t.* ibi: *si minus eum rationabiliter adpellasse constiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expensas alteri parti condemnet.*

ι) *c.* 5 *&* 12. *X. h. t.*

κ) *c.* 12. *X. h. t* ibi: *seculares leges appellationem ante sententiam non admittunt. l. pen.* C. *quor. appell. non recip. l.* 2. C. *de episc. audient. l.* 16. *de iudic. l.* 36. C. *de appell.* conf *tom. I. tit. de sentent. & re iudic.* §. 3 *sqq.*

λ) *c.* 60. *X. h. t. c.* 1. *X. de dilat.* ibi: *eo quod ad primam citationem terminum sibi nimis breuem et peremtorium statuerunt.*

μ) *c.* 32. *in f. de elect.* quod cum iure ciuili quodammodo conuenit, *l* 39. *D. de minor.* adde quae *vim definitiuae* habere dicitur, vt in plerisque appellatio ab illa cum *appellatione a definitiua* conueniat, et *concil. Trident sess XXIV. de reform. c.* 20. ab hac tantum et illo grauamine eam admittat, *quod per appellationem a definitiua reparari nequit.*

definitiuam prouocatur, a quocunque grauamine, *citra formalem sententiam* illato, (I) exspirat appellatio, si iudex inferior grauamen, per *interlocutionem simplicem* illatum, corrigit: ν) (II) talis appellatio ordinarie *in scriptis* facienda, expressa appellationis causa: ξ) non *viua voce*; nisi interlocutoria vim definitiuæ habeat, quippe quam iudex inferior reuocare nequit. (III) Sibi magnopere præiudicat inferior, si huiusmodi appellationibus *simpliciter* et *facile* deferat, quæ vt plurimum friuolæ sunt, et causa a superiori mox remitti solet ad inferiorem, quod non est necessarium, si eis *simpliciter* detulerit. ο) Etenim (IV) superior nequidem statim, appellatione introducta, *inhibitionem* decernit, π) sed tunc demum, si *causam* appellationis *veram* esse constiterit, nec antea *innouationem* reuocat, quam facta inhibitione. ϱ) Iudex inferior ergo, (V) non obstante appellatione, ad *vlteriora* procedere potest, donec *inhibitio* decreta. σ)

§. VIII.

ν) *c.* 60. X. *h. t.*

ξ) *c.* 1. *h. t. in* 6. *c.* 59. X. *h. t.* ibi: *coram eodem iudice causa probabili appellationis proposita, tali videlicet, quæ, si foret probata, deberet legitima reputari.*

ο) *c.* 5. *h. t. in* 6. ibi: *quia index, quantum in se fuit, a se iurisdictionem abdicauit eandem, appellationi deferens minus iuste, totius causæ decisio in superioris est potestatem transfusa, nec est illi causa de necessitate vlterius remittenda.*

π) *c.* 3. *verf. quodsi. h. t. in* 6.

ϱ) *c.* 7. *h. t. in* 6. R. I. *de anno* 1654. §. 93.

σ) *c.* 2. *de dolo et contum. in* 6. *c.* 10. X. *h. t.*

§. VIII.

QVODSI (VI) iudex superior, *inhibitione facta*, appellationem receperit, illius iudicio standum in hoc articulo, a quo appellatum. τ) Quocirca si appellans in probatione causæ deficit, ad eum, a quo malitiose appellatum, causa remittitur: ea coram superiori probata, et *interlocutione reformata*, hic illam non remittit, sed ad definitiuam procedit. υ)

§. IX.

PONTIFEX tamen, (VII) si ad illum *ante sententiam definitiuam* appellatum, plus potestatis hac in re sibi adseruit, nullis legum vinculis adstrictus. φ) Nam, *finito appellationis articulo, vel de partium consensu omisso*, procedere potest in negotio principali, *quantum de iure poterit et debebit*, χ) quod ad alia iudicia superiora, ad quæ appellatur, non debet nec potest extendi. ψ)

§. X.

τ) *c. 5. in f. X. b. t.*

υ) *c. 61. in f. b. t.* quamuis *ieiuna sit admodum ratio, quod iudex, semel grauans, præsumatur etiam in posterum grauare velle.* GAIL. I. *obs.* 131. *n.* 2.

φ) Etenim (1) concurrentem in prima instantia sibi attribuit iurisdictionem, et ita retinendo causam, in prima instantia eam continuat. (2) Pro lubitu causas ad se reuocare potest; *c.* 56. *X. b. t.* non obstante litis pendentia. Ergo etiam terminare semel ad se deuolutas. *c.* 58. *X. b. t.* Quis vero hæc *ἀσύστατα ad iudicia Germaniæ, a quibus ad cameram appellatur, applicaverit?*

χ) *c.* 1. *X. b. t. in* 6. ibi: *si nobis expedire visum fuit.*

ψ) Hoc speciale in papa esse,

§. X.

DENIQVE (VIII) in hac appellatione non licet alias causas prosequi, quam in appellatione nominatim expressas; nec processus primi iudicii ex nouis aut de nouo probandis iustificari potest, sed duntaxat ex actis prioribus. a)

§. XI.

LIBERIOREM indolem habet *appellatio a definitiua*, quae a quolibet grauato, etiam *tertio*, qui

esse, vt *omisso articulo appellationis*, vel de partium consensu remisso, possit in causa principali procedere, fatentur interpretes. BARBOSA ad *cit. c.* 1. *n.* 4. FRANCVS *ad cit. c.* 1. *n.* 10. COVARRVV. *pract. qu. c.* 9. *n.* 6. GRATIAN. *discept. for. c.* 6. *n.* 12. ibique CAROLVS ANTON. de LVCA *ad cit. l. n.* 4. Nam nequidem archiepiscopus, appellationis articulo praetermisso, de causa principali cognoscere potest absque dioecesanorum suorum voluntate. *c.* 1. *de for. compet. in* 6. Plus adhuc potestatis habent status imperii, vt ne quidem volentibus partibus causam principalem, omisso articulo, a quo appellatum, decidere possint suprema tribunalia absque illorum consensu, quamuis contrarium defendat GRAEVEVS *ad Gail. lib.* 1. *concl.* 136. *consid.* 1. *n.* 1. Papae *illimitata et mere arbitraria potestas* ad exemplum trahi, et pro *regula* assumi nequit, quod ipse fatetur in *c.* 1. *h. t. in* 6. in verbis: *si nobis expedire visum fuerit.* Quocirca, remisso de partium consensu articulo, a quo appellatum, a Camera causa remittenda ad iudicia Statuum imperii, aeque ac in casu, si causa appellationis non probata, *c.* 59. *in f. X. h. t.* quia hoc iudicium *arbritraria potestate* non gaudet, quam *statuum superioritas* admittere nequit.

a) *clem.* 5. *h. t.* vbi contrarium *de appellatione ab interlocutoria* tanquam *exceptio a regula* adstruitur.

qui illa per indirectum læditur, interponi potest. Imo sufficit vnius ex pluribus litis consortibus appellatio, cuius victoria ceteris prodest, eandem defensionis causam habentibus. α) Reiicitur tamen appellatio, (1) si causa delegata sub clausula: *remota appellatione*, β) nisi manifesta sit grauaminis iniquitas γ). (2) Si indignus appellatione est. δ) (3) Si appellatio iuramento eius præstito derogat. ε) (4) Si in eadem causa *tertia* appellatio interponitur. ζ)

§. XII.

EXISTENTE grauamine appellari potest in quauis causa, η) etiam *criminali*, *graui* pariter ac *leui*, quod hodie tamen passim emendatum, *summis appellabilibus* determinatis. ϑ) Imo de iure canonico etiam admittitur in *causis moram non ferentibus* ad *effectum deuolutiuum*, excluso suspensiuo, vt possessoriis, ι) cambialibus, κ) etc. Merito tamen appellationi locus est denegatus (1) ab *executione*, quæ ex *necessitate iuris* facienda, nisi *modus* in exequendo excedatur

α) *l.* 1. C. *si vnus ex plur.* c. 72. X. *h. t.* ibi: *vna sententia pluribus condemnatis.*

β) c. 71. X. *h. t.* c. 1. *de rescript.*

γ) c. 53. X. *h. t.* Neque tertio appellanti hac clausula præiudicat. c. 15. X. *de offic. et pot. iudic. deleg.*

δ) c. 42. X. *h. t.*

ε) c. 21. X. *h. t.*

ζ) c. 65. X. *h. t. clem.* 1. [illegible] *re iudic.*

η) c. 11. X. *h. t.*

ϑ) R. I. *de anno* 1654. §. 112.

ι) vid. *diss. de execut. pend. appell. faciend.* c. 2.

κ) R. I. *de anno* 1654. §. 107.

tur. κκ): (2) a correctione disciplinari monastica λ): (3) ab electionis confirmatione, μ) dum nihilominus integrum sit contradictoribus, per modum *accusationis* vel *denunciationis* ea proponere, quae confirmato obiicere intendunt.

§. XIII.

IVDEX, a quo recursus ad *superiorem* fit, ante omnia appellationem cognitam habere debet, quod eius iurisdictio suspendatur, ν) Quocirca coram eo interponenda *verbo* vel *facto*, ϖ) per iter ad sedem Romanam susceptum, ξ) statim, publicata sententia, *viua voce*, ο) vel ex post *in scriptis*, exhibita iudici inferiori *schedula appellationis*. Potest etiam *coram Notario* interponi, vt tamen mature iudici inferiori appellatio nuncietur. π)

§. XIV.

INTERPONENDA *intra X dies* a tempore *sententiae publicatae*: aliquando *scientiae*, ϱ) quod cur-

κκ) c. 43. X. h. t.

λ) c. 3. et 26. X. h. t.

μ) c. 46. X. h. t.

ν) c. 55. X. h. t. ibi: *per appellationem interpositam eius iurisdictio videtur dormitasse.*

ϖ) c. 9. 52. X. h. t. ibi: *cum plus sit ad sedem apost. facto prouocare quam verbo.*

ξ) c. vn. X. de cler. peregrin.

ο) l. 14. C. de appell.

π) Ordin. Cam. P. II. tit. 139. §. 5. cit. diss. de execut. pend. appell. fac. c. 1. §. 12.

ϱ) c. 7. 8. h. t. in 6.

currit de momento in momentum; alioquin ſententia tranſit in rem iudicatam. σ) Si appellationem iuſto metu deterritus interponere nequit grauatus, intra hoc tempus in præſentia bonorum virorum *proteſtationem* interponit impeditus, cauſis appellationis declaratis, qua fatalia conſeruantur. τ)

§. XV.

POST appellationem interpoſitam *literæ dimiſſoriales* ſeu *apoſtoli* ab eo, a quo appellatum eſt, peti debent ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, υ) *intra XXX dies*, φ) vel quod hodie fieri ſolet, ſtatim in ſchedula appellationis interpoſitæ. Peti debent *inſtanter* et *ſæpius*: χ) iure nouo etiam *ſimul*, *vno contextu*. ψ) Alias præſumitur ſuæ appellationi renunciaſſe. ω) Iudex debito modo et tempore requiſitus apoſtolos appellanti denegare nequit, α) ſed *certum terminum* ad eos recipiendos appellanti aſſignare debet, in quo ſi ille non compareat, appellationi ſuæ renunciaſſe cenſetur. β) Si iudex petenti in termino non dederit, nihilominus appellans appellationem

σ) c. 15. X. de ſent. & re iud. ibi: *poſt decem dierum ſpatium ſententia in auctoritatem rei tranſit iudicatæ, quia qui ad prouocationis ſubſidium intra id temporis non recurrit, appellandi ſibi aditum denegauit.*

τ) c. ſ. X. h. t.

υ) c. 31. C. 2. q. 6.

φ) c. 6. h. t. in 6.

χ) c. 6. h. t. in 6.

ψ) clem. 2. h. t.

ω) c. 6. h. t. in 6. clem. 2. h. t.

α) c. 1. 6. h. t. in 6.

β) clem. 2. h. t.

nem suam introducere potest, ac si expresse fuissent eidem apostoli denegati. γ) Denique vtroque casu, si eos expresse denegat, vel in termino non tradit, sed potius in causa procedit, invalidus processus est. δ)

§. XVI.

PRAESTAT tamen *reuerentiales*, ε) vel *refutatorios* potius, quam *dimissoriales sine difficultate* appellanti dare, ζ) aut eosdem prorsus denegare.

§. XVII.

INTERPOSVISSE non sufficit appellationem, nisi etiam legitime *introducatur* apud superiorem, vt causa ibidem exitum accipiat. Terminum praefigit iudex inferior, η) et quidem congruum, ϑ) *secundum locorum distantiam et temporis qualitatem, ac naturam negotii moderandum.* ι) Hodie hunc terminum iudex in apostolis appellanti assignat, nisi lege prouinciali vel generali κ) praefinitus sit. Hunc si non obseruauit appellans, deserta est appellatio, λ) et sententia in rem iudicatam transit;

γ) *tit. clem.* 2. *in f.*

δ) *c.* 6. *h. in* 6.

ε) *c.* 1. *h. t. in* 6.

ζ) ob praeiudicium, quod traditur in *c.* 5. *h. t. in* 6. et supra §. *VII.* adductum.

η) *c.* 4. 26. 27. 28. *X. h. t.*

ϑ) *c.* 33. *X. h. t.*

ι) *c.* 61. *X. et c.* 1. *h. t. in* 6.

κ) *R. I. de a.* 1654. §. 67.

λ) *clem.* 6. *h. t.*

it; μ) nisi causa matrimonialis, et post rursus appellatum fuerit. ν)

§. XVIII.

INTRODVCTIO ξ) fit mediante *libello appellationis*, in quo grauamina proponuntur, ac non tantum reformatio sententiæ, sed etiam citatio aduersarii vt et *compulsoriales* atque *inhibitoriales* ad iudicem inferiorem petuntur.

§. XIX.

IPSA tamen *appellatio a definitiua* per se iam habet *effectum suspensiuum*, vt iudici liget manus, ne ad executionem procedere queat. ο) In aliis autem causis a iurisdictione eius, a quo appellatum, appellantes se totaliter eximere nequeunt, π) nisi eum, vt *suspectum*, ex causa appellationis, recusare queant. ϱ) Deficit autem effectus suspensiuus, (1) si executionem secum trahit ipsa sententia, vt interdicti σ) et excommunicationis τ): (2) si causa ipsa moram nullam ad-

μ) *c.* 4. 26. 28. 33. *X. h. t. c.* 44. 61. *eod.*

ν) *c.* 39. *in f. X. h. t.* ibi: *præsertim cum hic ad separationem matrimonii, quod est res fauorabilis, intentio viri procedat.*

ξ) *c.* 4. *X. h. t.* ibi: *tu ei diem, intra quem apostolicam sedem conuenienter possit adire, adsignes.*

ο) *c.* 39. *X. h. t.* ibi: *quia iterum appellauit, se a iurisdictione tua fecit exemtam. c.* 53. *X. eod.*

π) *c.* 3. *vers. cum vero. h. t. in* 6.

ϱ) *c.* 6. *c.* 24. *X. eod.*

σ) *c.* 39. *X. h. t.*

τ) *c.* 40. *et* 53. *X. h. t.*

admittit υ). (3) si in casibus a iure prohibitis appellatum, nisi superior inhibuerit. φ)

§. XX.

SI non obstante *appellatione* vel *inhibitione* nihilominus iudex inferior procedit, *attentatum* committit, a superiori corrigendum, χ) per mandata S. C. h. e. tum quæ interposita appellatione innouata: tum etiam, quæ post sententiam ante appellationem *medio tempore* facta sunt. ψ)

§. XXI.

RECEPTA appellatione et citatione appellati facta, iustificanda est illa tam ratione *formalium* quam *materialium*, vt hæc etiam nouam probationem admittant. ω) Spatium *annale* vtroque iure iustificationi præscriptum; quandoque ex iusta causa *biennale*. α)

§. XXII.

υ) vid. supra §. XII.

φ) *c.* 3. *vers. si autem t. in* 6.

χ) *c.* 54. *X. h. t.* ibi: *ad officium eius, qui de appellatione cogniturus est, pertinet, prudenter corrigere, quæ contra ipsum inuenerit attentata. c.* 55. *X. h. t. R. I. de a.* 1654. §. 59.

ψ) *c.* 7. *h. t. in* 6. CARPZ. *in proc. tit. XVIII. art.* 6. *n.* 12. *sqq.*

ω) *clem.* 5. *h. t. l.* 4. *C. de temp. appell.*

α) *c.* 5. 8. *c.* 45. *X. h. t.* ibi: *nec erat, propter quod eis esset biennium indulgendum.* conf. *c.* 57. *X. h. t.*

§. XXII.

TANDEM finita iuſtificatione ſententiam fert ſuperior iudex, vel *confirmando* priorem; quo facto cauſam remittit ad inferiorem iudicem, qui illam exequitur: vel *reformando*, quo caſu eam exequitur. β)

§. XXIII.

PAREM cum appellatione effectum habet *recuſatio iudicis ſuſpecti*, quod iurisdictionem eius ſuſpendat, γ) et cauſam ad ſuperiorem devoluat, de qua ſupra δ) iam actum. Sed etiam *relatio* ad ſuperiorem *de iure dubio* idem præſtat, *iure canonico* reducta, ε) cuius exemplum partibus edendum. ζ)

[redacted]

TIT. XXX.

CONFIRMATIONE VTILI VEL INVTILI.

SYNOPSIS.

rmationis definitio. Est voluntaria vel necessa- Hac vtplurimum cum gnitione fit: rarius sine illa. II. Inde est vel vtilis vel inutilis, quæ caret effectu. III. Priuilegiorum confirmatio. IV.

§. I.

VTI confirmatoriæ sententiæ magnum ro- ur est, η) ita in aliis quoque *actibus extra- udicialibus* solet a superiori peti et impetra- NFIRMATIO, quæ est *actus vel negotii ge- Horitate iudiciali facta approbatio.* Estque *luntaria*, quæ vtilitatis tantum causa fit, vt sine illa subsistat: ϑ) vel *necessaria*, ex le- vel canonum præscripto facienda, sine qua non subsistit, aut obligat. Hæc nouum ius, tus valeat, tribuit; non item illa, quæ ius, antea adfuit, ratificat, non nouum concedit, antea defuit, ι) quod magis per sub- et ob- onem confirmatio impetrata credatur. κ)

§. II.

Necessaria fit vel cum *causæ cognitione*, quæ rimum desideratur, v. c. in confirmatione ele-

4. X. *de sentent. & re* ɔi: *ea, quæ secundum ec- cum morem, iuste & ra- liter fuerint definita, quoque sententia robo-*

. 8. *X. b. t.* atque hæc *a communi* fieri dicitur. *de concess. prabendar.*

ι) *c.* 4. *X. b. t.*

κ) *c.* 5. 6. *X. b. t. c.* 7. *eod.* nisi aliud suadeant verba con- firmationis. *c.* 1. *X. de transact.* ibi: *cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissimæ notionis ex hac nostra aucto- ritate suscipiat.*

electorum, pastorum, tutorum etc., et sic c
petentem iudicem desiderat: vel *sine ea*, ma
que est actus *voluntariæ iurisdictionis*, atqu
forma communi λ) fieri dicitur, qualis olim
tutoris, imperfecte a patre in testamento dati.

§. III.

INDE confirmatio est *vtilis*, quæ de
modo et seruata veritate: *inutilis* vero, quæ
suppressa veritate, vel citra formam præscrip
facta, atque inualida est. ν)

§. IV.

VTILIS inprimis et maxime consulta
priuilegiorum confirmatio, tunc inprimis nec
ria, quando nouus prælatus in regimine succe
quippe qui *titulum singularem* nouumque ha
vt ex facto antecessoris sui stricto iure non
stringatur, nisi, prout hodie moris esse solet,
pitulatione generaliter omnia et singula priuil
confirmauerit. Hæc confirmatio tamen pr
concessioni nihil noui iuris addit, ξ) sed op
tur tantum, vt per successorem reuocari nequ

λ) *c.* 5. *X. de concess. præb.*
μ) *L.* 1. §. 2. *de confirm. tut.*
ν) *c.* 2. 5. *sqq. h. t.*
ξ) *c.* 13. *X. de priuil.* ibi: *ita tamen, vt per innouationem ipsius eidem ecclesiæ non plus iuris accrescat, quam per priuilegia prædecessorum nostrorum obtinuit.* Pariter in *c.* 29. *X. eod.* dicitur: *cum innouatio nec ius nouum conferat, nec etiam tollat vetus, te in eo statu esse volumus quo tempore impetratæ i vationis dignosceris ext* Inde nata est immensa ill plomatum copia, per o secula obuia, quæ confi tiones antiquorum priuil rum continent, ideo ne rias, quod tum Cæsares et tifices, tum ceteri prælati lo singulari succederent.

FINIS LIBRI II. DECRETALIVM.



LIBRI III. DECRETALIVM.

TIT. I.

E VITA ET HONESTATE

CLERICORVM.

SYNOPSIS.

diœcesani summa diui-
. Inspectio in clerico-
ores variat pro diuersa
te, clericatui superad-
Sunt enim clerici cano-
iunt regulares et mona-
us simplices et denique
. Inde nexus totius
rtii ostenditur. II. Ca-
ecclesiæ cathedralis v-
um episcopo corpus con-
t, et ad exercitium illi-
diœcesanorum concur-
III. Canonicorum or-
nominis ratio. IV.

Augmenta huius noui institu-
ti, ad alias ecclesias tracti, quæ
collegiatæ dicuntur, imo etiam
ad monasteria. V. Ordines
recipere tenentur canonici.
Definitio eorum iuxta statum
antiquum. VI. Omnes com-
munem vitam agebant, vt mo-
nachi. Hanc tandem plures
abiecerunt, vnde orti canoni-
ci seculares et regulares. VII.
Collegium constituunt, etiam
separatum in ecclesiis cathe-
dralibus et aliis. VIII. Præ-
positi post episcopum his colle-

giis præsunt, olim cum amplissima potestate. IX. Post hunc decani, qui hodie fere priuatiue capitulo præsident. X. Sunt etiam aliæ dignitates in capitulis ecclesiarum cathedralium. XI. Ad hoc consortium non alii admittuntur, quam præsidio doctrinarum instructi. Vnde ritus emancipationis, et triennium academicum. XII. Aetas canonicorum legitima. XIII. Status nobilitatis auitæ, et indigenatus. XIV. In Germania religionis quoque ratio habenda. XV. Qualitates, quæ in clericis, etiam in his desiderantur. XVI. Officia propria ex ordine suscepto dependent. Communia consistunt in officio precum & horarum canonicarum. XVII. Horarum canonicarum ortus et ratio. XVIII. Vitæ honestas nicorum in vestitu. XI coma et barba. XX. mis, crapula, ludis, lu que alieni. XXI. Tal litates non stricte des tur in canonicis honoris Etiam imperator can XXII. Ordines sacri m regularibus canonicis a ti, cum quadam diffe XXIII. Ordinum au ta et diuitiæ maxime Palæstinam, vnde e XXIV. Sunt exemti a dictione episcoporum. tres sunt vel militares ricales. XXV. Ordi Ioannis peculiares ra XXVI. Teutonici ge contemplatio. Remissi aliis ordinibus milita XXVII.

§. I.

PRAELATORVM, qui *regimini ecclesia* præsunt, *imperium sacrum*, quatenus *exercitium iurisdictionis* sese exserit, lustraui. Pergendum ad *iura diœce stricte dicta*, α) quæ reliquas *regiminis sacri* tes, quatenus per *diœcesin totam* exercentur concernunt. Generatim hæ sese exserunt

α) Distincta a lege *iurisdictionis in c.* 18. *X. de offic. iud. ord.*

β) vid. *lib. I. tit.* 31. *p.* 152.

in *inspectione* in clericorum vitam, statum, iura, actiones, atque officia: (2) in directione suprema *bonorum ecclesiasticorum*, *cultus diuini* ac cura ecclesiarum aliorumque piorum locorum.

§. II.

DIRIGIT in hac *inspectione* vitam et mores *clericorum* γ) iuxta varium viuendi vsum, quem ex alia qualitate, *clericatui* superaddita, accipiunt. Sunt enim clerici vel *canonici*, vel *parochi*, vel *monachi* et *regulares*, vel denique *simpliciter tales*, sine titulo reali ordinati aut tantum tonsurati, quorum diuersa sunt officia, mores, regulae. *Canonicorum* status et iura varia per plures titulos sparsa sunt: *parochorum* instituta excutiuntur in *tit.* XXIIX. *sqq.* Denique *religiosorum* singularis viuendi ratio in *tit.* XXXI. *sqq.* exponitur; ceterorum vero clericorum modus viuendi generalis traditur. His excussis, ius episcoporum *visitandi* et varia *commoda* exigendi a clericis subiectis, *tit.* XXXIX. enucleatur, eique *tit.* XL. subiungitur ius episcopale, per dioeceses *consecrandi ecclesias* easque *exstruendi* atque *reparandi* sua auctoritate, in quibus *diuina officia et sacramenta* a clericis secundum diuersum eorum statum exercentur sub episcopali directione, de quibus *tit.* XLI. *sqq.* agitur. Tandem *titulo vltimo* viuendi modus clericorum a laicorum adiungitur, vt singuli sub inspectione episcopali suum teneant modum.

§. III.

γ) BALVZ. *tom.* I. *capit.* *Aquisgran.* p. 238. ibi: *episcopus eorum regat vitam, et sicut abba monachorum.*

§. III.

IN ipso exercitio *legis diœcesanæ* præcipuum faciunt momentum CANONICI *ecclesiæ cathedralis*, *vnum cum* episcopo *corpus* constituentes, quorum episcopus *caput*, ipsi vero *membra* esse dicuntur. δ) Fuerunt enim canonici ab antiquo *presbyteri*, *diaconi* et *subdiaconi ecclesiarum cathedralium*, *curam animarum* gerentes, quibus immediate præerant episcopi, ibique cathedram suam habebant, vulgo der *Dom* a *dominico*, quod *ecclesiam* templumque designat. ε)

§. IV.

HIC *cathedralis ecclesiæ clerus* nouum induit viuendi vsum ex *vita canonicali* clericatui superaddita. AVGVSTINVS, *monasticæ vitæ* addictus, fundamenta eius quidem iecit in Africa, non diu tamen subsistentia. ζ) Denuo eam reduxit sub PIPINO CHRODOGANGVS, Metensium episcopus, η) qui, vt cleri sui *cathedralis ecclesiæ* mores emendaret, nihil conducibilius esse credidit, quam *vitam communem* ex monasticis institutis in clero suo introducere, vt *communi mensa*, vna cum *communi dormitorio*, vterentur,

δ) c. 4. X. *de his, quæ fiunt a prælato sine consens. capit.* vnde concludit pontifex ita: *vnde non decet te omissis membris aliorum consilio* IN ECCLESIAE TVAE NEGOTIIS *vti.* Hæc vero ad *legem diœcesanam* pertinent.

ε) ANTON. MATTHAEI *in fundat. et fatis Eccles. Vltraiect. lib. I. fund.* 1. *p.* 1.

ζ) THOMASSINI *P. I. de discipl. eccles. lib. III. c.* 3. *sqq.* GABRIEL PENNOTTVS *in generali totius sacri ordinis clericorum canonicor. historia lib. I. c.* 1. *sqq.*

η) PAVLVS DIACONVS *de episcop. Metens. eccles.* apud ANDREAM DV CHESNE *in script. histor. Franc. tom.* 2. *p.* 204.

tur, ϑ) ſecundum *canones*, ipſis ex patrum doctrina præſcriptos, viuerent, nullis tamen votis adſtricti, ι) et ſicuti monachi ſecundum regulam BENEDICTI: ita clerus cathedralis eccleſiæ ſecundum hos *canones* vitam ſuam componeret. Vnde hi clerici dicti *canonici*, a *non-canonicis* diſtincti, qui adhuc extra *vitam communem* in aliis *eccleſiis minoribus* viuebant.

§. V.

NOVVM hoc inſtitutum a pluribus epiſcopis auide aſſumtum, ad clericorum mores deperditos emendandos; imo publicam meruit approbationem, promotore CAROLO M. κ) Applauſus hic extra cathedrales eccleſias facile vitam canonicam traduxit ad alias eccleſias, etiam quasdam *parochiales*, in quibus *collegia canonicorum* erecta, quæ inde dictæ *eccleſiæ collegiatæ*. Virginum ſodalitia nequidem ab hoc nouo inſtituto excluſa, λ) vtut *clericis* proprium videretur. Liberæ erant a votis, quibus obſtringebantur moniales. In *Concilio Aquisgran. de a.* 816. ſub LVDOVI-

ϑ) c. 9. *X. h. t.* ibi: *vt bona eorum veniant in commune.*

ι) Regulas has a CHRODOGANGO traditas CAROLVS COINTIVS *tom. V. annal. Franc. ad ann.* 757. *p.* 576. *ſeqq.* D' ACHERI *in ſpicil. eccleſ. tom. I. ad ann.* 750. *p.* 565. *nouiſſ. edit.* aliique ſiſtunt.

κ) *Capit. Aquisgran. de anno* 789. *c.* 71. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 238. ibi: *Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam, volumus, vt illi canonici ſecundum ſuam regulam omnibus modis viuant, et epiſcopus eorum regat vitam, ſicut abba monachorum.*

λ) *Concil. Vern. de ann.* 755. *c.* 11. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 1997.

DOVICO pio noua regula communis μ) pro *canonicis* condita est, auctoritate publica roborata, ν) sub qua *vita canonica* admodum in *clero* propagata est, vt etiam, expulsis monachis, hinc inde in *monasteriis* continuaretur sub *praeposito*.

§. VI.

INDE canonici vbique in ecclesiis *cathedralibus: collegiatis:* imo in ipsis *monasteriis*. A ceteris clericis non *ordinibus*, sed nouo viuendi more, ad *monasticum* inclinante, distincti: ceterum et ipsi *episcopi*, *presbyteri*, *diaconi*, *subdiaconi:* ξ) in suis ordinibus ministrantes, et in ecclesiis cathedralibus et parochialibus *curam animarum* peragentes. Fuerunt ergo CANONICI *clerici iuxta regulas canonicas communem vitam agentes, stallum in choro et vocem in capitulo habentes.*

§. VII.

ATQVE hactenus vna eademque ratio canonicorum vsque ad *seculum XI.* fuit. Mensa communis olim *episcopo* cum *canonicis* eadem. Ex reditibus ecclesiae communibus omnes alebantur. Beneficia prorsus incognita, aeque vt monachis. Quaedam tamen separatio pedetentim facta, vt alia esset *mensa episcopi*, propriis reditibus instructa: alia item *canonicorum*, separato patrimonio, licet adhuc *in communi*, gaudentium. Accessit affluentia bonorum, quae animos inflat, et ansam dedit, vt in ecclesiis *cathedralibus* et *collegiatis* plerique, abiecta *vita communi*, bonisque diuisis, seor-

μ) Relata ab HARDVINO *tom. IV. concil. p.* 1060. *seqq.*

ν) *Capitul. Aquisgr. de an.* 816. *c.* 3. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 564.

ξ) ANT. MATTHAEI *in manud. ad ius canon. lib. I. tit.* 18. *ab init.*

seorsim habitarent. Hanc licentiam, vbique perrumpentem, vt restringerent quidam episcopi, *voto paupertatis* constringendos esse crediderunt, adhuc in communi vita, præcipue in monasteriis, viuentes. Inde duplex *canonicorum* ratio inducta est: *secularium*, qui abiecta vita communi sine votis vllis canonicum viuendi vsum *secundum quid* in *boris canonicis psallendis aliisque* ο) continuarunt: et *regularium*, qui sub *præposito suo* vitam communem, *voto paupertatis* adstricti, retinuerunt, sibique nomen *Augustinianorum* peculiare induerunt. οο) Atque hi propius ad *monachorum statum* pedetentim efformati sunt. π)

§. VIII.

VTRISQVE quidem *regula*, sed secularibus *laxior*, regularibus vero *arctior* præscripta. π) Etiam *collegii* ratio inter vtrosque retenta, quod *capitulum* vocant, ϱ) proprio instructum sigillo, σ) eoque publico et authentico, τ) atque syndico. υ) Constituunt vero *canonici catbedrales* vel *vnum corpus* cum episcopo, capite suo, φ) cuius

ο) *c. 9. X. de præb.*

οο) *tom. II. b. t. §. 25. sqq.* vid. AVBERTI MIRAEI *orig. et progress. canon. regul. ord. S. Augustini.*

π) *c. 5. X. de stat. monach.* ANTON. MATTHAEI *cit. l. p. 95.*

ϱ) Ratio denominationis desumta ex institutis monasticis, *tom. II. tit. ne sed. vac. §. 6.* allatis. conf. *c. 3. X. de transact.*

σ) *c. 48. X. de appell. c. 14. X. de excess. prælat.* ibi: *non consueuerint proprium babere sigillum, nec sint vnum corpus, ita quod capitulum appelletur.*

τ) *c. 2. X. de fide instrum.*

υ) vid. supra *lib. I. tit. de Synd. p. 178.*

φ) *c. 4. X. de bis, quæ fiunt a prælato sine cons.*

cuius *senatus ecclesiastici* sunt: vel *separatum corpus*, χ) postquam vitam communem abiecerunt.

§. IX.

VTI vero monasteria Benedictinorum olim suos habuerunt *praepositos*, qui proximam post *Abbates* exercebant potestatem; ita in ecclesiis cathedralibus proximam post *episcopum*, in *collegiatis* vero et *monasteriis* primam habuit potestatem *praepositus*, quem etiam *regulares* retinuerunt. Amplissimum gessit magistratum, ψ) et praelaturam illustrem. Bona omnia capituli fideliter et sollicite administrabat iuramento adstrictus, atque iura et priuilegia capituli defendebat. Vt statuta capituli seruarentur, et officium diuinum rite fieret a canonicis, curabat, alioquin interdicebat, suspendebat, excommunicabat canonicos, excessusque leues corrigebat. In choro, capitulo et processionibus primum tenebat locum. *Distributiones quotidianas* aliasque obuentiones libere inter canonicos diuidebat. ω) Penes capitulum eius electio erat, nec alius, quam *presbyter*, α) et qui *prudentia et merito vitae clarescebat*, β) eligendus. Verum hodie, mutato capitulorum statu, in *cathedralibus* ecclesiis et *collegiatis* merum est beneficium et digni-

χ) *c.* 8. X. *de cler. non resid.* *c.* 30. X. *de rescript.*

ψ) *in diplomate* BONIFACII VIII. *de anno* 1301. *vocatur specialis dux et auriga praecipuus capituli*, apud VGHELLIVM *in Italia sacra* *tom.* I. *p.* 317. *sq.*

ω) Ita depinxit BONIFACIVS VIII. *officium praepositi in Anagnina ecclesia cit. l.*

α) *c.* 3. *D.* 60.

β) *c.* 4. *D.* 60.

gnitas, officium vero priscum fere exaruit, γ) retentum tantum in *monasteriis*.

§. X.

DECANOS praeterea more monastico, δ) ad quem olim compositi canonici, acceperunt, *inspectionem penitiorem* exercentes in canonicorum mores et vitam post *praepositum*: ε), praesertim cum hic saepe ob curam patrimonii capitularis abesse cogeretur, εε) nec eidem vacare posset, imo haec *cura intimior* tandem *priuatiue* in eos translata, ζ) praepositis administrationi externae unica intentis. Vnde hodie decanus *speciale caput capituli* est, illud congregat, cum eo deliberat, nec praepositus, nisi vocatus, ei interest amplius. η) Seueram olim in canonicos disciplinam, θ) et iurisdictionem aliquam exercuit, vt etiam sese episcopis opponeret, ι) potestatem eius turbantibus. Eligitur a capitulo, κ) ab episcopo confirmatur, et sollemni more confirmatus inuestitur. λ)

§. XI.

γ) ESPEN *P. I. iur. eccl. tit. II. c.* 1. §. 2.

δ) Olim dicti *patres monachorum, pro-abbates.* vid. MABILLON. *in vet. anal. p.* 430. *nouiss. edit.*

ε) Alibi praepositi Decano aeque vt canonici ad obedientiam adstringuntur, vt cautum in *Statutis capituli Einbeccensis* apud ill. de LVDEWIG *tom.* X. *reliq. p.* 123.

εε) *c.* 13. X. *de cleric. non resid.*

ζ) Qua de causa *cura animae* tribuitur Decanis in *c.* 7. X. *de elect.* et ad *residentiam* obligantur *c.* 8. *de cler. non resid.*

η) vid. BONIFACII VIII. *diploma cit. l.*

θ) *tom. V. tit.* 25. §. 1.

ι) *c.* 55. X. *de appell.*

κ) *c.* 8. X. *de cler. non resid.*

λ) *tom. II. tit. V.* §. 69. 70.

§. XI.

PRAETER *præpoſitos* et *decanos*, ſtatu *prælatorium* gaudentes, adhuc alii prælati in *dignitate* conſtituti in *collegiis* canonicorum *cathedralibus* deprehenduntur ex more antiquo, vt *archidiaconi*, *archipresbyteri*, *primicerii* ſeu *præcentores*, μ) *ſacriſtæ*, *cuſtodes* ν) *ſcholaſtici*. ξ) Cantori cura *iuniorum canonicorum* incumbebat, vt in *cantu* inſtruerentur, quod officiis diuinis ſollemnibus inſeruiret.

§. XII.

RELIQVORVM canonicorum conſortium non quoscunque, ſed eos demum admittit, qui tum doctrinis animum excoluerunt, tum vitam puriorem honeſtatemque morum ſequuntur. ο) Olim iuniores canonici in *ſcholis Capitulorum*, quæ adhuc hodie ſuperſunt, inſtituebantur, ex præcepto *concilii Aquisgranenſis* οο) ſicuti monaſte-

μ) De his ſupra actum *tit.* 25. *lib.* 1. §. 3. Dicti etiam ſunt *magiſtri ſcholæ cantorum.* *Schola* idem quod *collegium*, qui ſignificatus etiam in *codice* occurrit. Romæ hæc ſchola vſitata fuit, vnde canendi modus in alias eccleſias translatus; tempore CAROLI M. etiam in Germaniam et Galliam, vid. *tom. II. b. t.* §. 98. et ſic facile ad collegia canonicorum extenſus. STRAVCH. in *amœnit. iur. eccl.* 8. *c.* 7.

ν) De quibus ſupra *lib. I. tit.* 23. *et ſqq.*

ξ) In *literis fundat. de an.* 1288. apud Dn. de LVDEWIG *tom. V. reliq. p.* 426. fit quinque prælaturarum mentio his verbis: *ſtatuimus enim in eadem eccleſia quinque prælaturas, præpoſituram vnam, ac decanatum, ſcholaſtriam, cantoriam, cuſtodiam.*

ο) *c.* 28. X. *de præbend.*

οο) *de anno* 816. *c.* 135. conf. IO. LAVNOIVS *de ſcholis celebrior. ſeu a Carolo M. ſeu poſt eundem Carolum per occidentem inſtauratis.*

naſteria quoque ſcholas publicas habuerunt. π) His præerat *magiſter ſcholarum*, vel *ſcholaſticus*, quod officium denuo reducendum ſummopere curauerunt pontifices. ϱ) Abſoluto ſtudiorum curſu, iunior canonicus a *ſcholaſtico* examinandus, et cum *teſtimonio habilitatis* præſentandus erat *decano et capitulo*, vt *emanciparetur*; σ) qua *emancipatione* tamen non indigebant magiſtri, baccalaurei et licentiati. τ) Hodie ſufficere *triennii academici teſtimonium*, et, eo exhibito, *emancipationis documentum* a decano tradi, notiſſimum eſt, adeo vt, eo omiſſo, ad poſſeſſionem præbendæ et capituli iura peruenire nequeat. Hæc quoque ratio facit, vt gradibus academicis inſigniti excludi non debeant ab hoc conſortio. υ)

§. XIII.

PRAETEREA ex *ſtatutis capitulorum* certa *ætas* in recipiendis deſideratur, υυ) annus *vigeſimus* vel *vigeſimus primus* completus, quem ſtatuta determinant. φ) Aetatis tamen ratio non habetur in gradibus academicis inſignitis. χ)

§. XIV.

π) MABILLON *des etudes monaſtiques.*

ϱ) *c.* 1. *et* 4. *de magiſtr.* vid. *tom. IV. tit. V.* §. 4. *p.* 703.

σ) Quem morem paſſim ſtatuta capitulorum determinant. Vid. LVNIG *cont III. ſpicil. eccleſ. p.* 961. *tom. II. b. s.* §. 83. ANTON. MATTHAEI *tom. II. anal. vet. æui p.* 309. *ſq. edit. nouiſſ.*

τ) Ex conſtit. BRANDAE Cardinalis legati MARTINI V. per Allemanniam apud ill. de LVDEWIG *tom. XI. reliq. p.* 398.

υ) Quod etiam in *pace Osnabrug. art. V.* §. 17. prouiſum, niſi ſtatuta reſiſtant.

υυ) *c.* 35. *X. de præbend.*

φ) vid. LVNIG *tit. I.*

χ) *ex conſtitut. Cardin.* BRANDAE *tit. I. p.* 400.

§. XIV.

QVOAD *statum* statuta capitulorum in ecclesiis cathedralibus desiderant nonnumquam *nobilitatem*, et quidem *auitam*, vel quoad omnes, vel quoad certum numerum, quod non absolute reprobat pontifex. ψ) In Germania hoc institutum vel hanc rationem habet, quod ex gremio capituli eligendi episcopi et archiepiscopi, principes et electores imperii, in quibus decus natalium merito primum occupat locum. Atque hæc nobilitas auita per *genealogias*, iuramento confirmandas, probanda. ω) Præterea in Germania Galliaque tantum indigenæ admittendi, non extranei, α) quod etiam rationibus iuris huius conforme est. β)

§. XV.

RELIGIONIS ββ) quoque ratio habenda in Germania secundum terminum *anni decretorii*, protestantibus æque cum catholicis admissis. γ) Qua de causa (1) ad *numerum* illum capitularium et canonicorum respiciendum, qui fuit anno decretorio, δ) exceptis præbendis supprimendis: ε) (2) mutatio religionis post se trahit amissionem iuris, canonico quæsiti. ζ)

§. XVI.

ψ) *in c.* 37. *X. de præb.*

ω) *tom. II. de præb.* §. 89. *sqq.*

α) *c.* 5. *X. de instit.* Ill. de LVDEWIG *de peregrinit. et albinag. c.* 17. §. 4. conf. *tom. II. de præb.* §. 90. *sq.*

β) *c.* 14. *X. de offic. ind. ord. c.* 13. *D.* 61.

ββ) *c.* 7. *X. de rescript.*

γ) *art. V. I. P.* §. 20.23.

δ) *art. V. I. P.* §. 23.

ε) secundum *art.* X. §. 4. *art. XI.* §. 1.

ζ) ob *reseruatum ecclesiasticum in art. V. I. P.* §. 15. fundatum.

§. XVI.

QVOAD *vitam* et *honeſtatem* plura inculcat *hic titulus:* η) plura ipſa *qualitas clericalis*, qua omnes canonici præditi ſunt, poſtulat. Huc pertinent, quæ ſupra in *ordinandis* generatim obſeruata ſunt; ϑ) cum canonici *clerici* ſint, ad ordines ſuſcipiendos obligati, adeo vt in capitulo vocem non habeant, qui ne quidem ordinem *ſubdiaconatus* ſuſceperunt. ι) Præterea ſingulis præbendis *ordo certus* adſcriptus, quem eis gaudentes ſuſcipere tenentur, cum ſint *presbyteri*, *diaconi*, *ſubdiaconi*. κ) Ab hoc nexu liberati ſunt canonici proteſtantes, certam pecuniæ quantitatem pro *ordinibus redimendis* ſoluentes.

§. XVII.

HANC ob rem canonicis incumbunt officia clericalia *propria* et *communia*. *Illa* fere vnice in *miſſa* ſeſe exſerunt, præcipue *ſollemni*, in qua *diaconorum* et *ſubdiaconorum* officia quoque occurrunt. Proinde canonici *presbyteri* miſſæ officium, etiam *priuatum*, peragunt. *Hæc* vero in *officio precum* et *horarum canonicarum* conſiſtunt. λ) Illud quæritur in *recitatione breuiarii*, iis incumbente, qui *horis canonicis* intereſſe impedium

η) Quem erudite illuſtrat FABROTTVS *de vita et honeſtate cleric.*

ϑ) *lib. I. tit. 14. p. 91. ſqq.*

ι) *clem. 2. de ætat. qual. et ord. præficiend.*

κ) ANTON. MATTHAEI *in fundat. et fatis eccleſ. Vltrai. p. 74.*

λ) IVO CARNVT. *epiſt. 218. ad hoc inſtituta eſt clericalis militia, vt pſalmodiæ et hymnodiæ quotidianum DEO offerat ſacrificium.*

diuntur. μ) Hæ vero in cantu quotidiano horis præſcriptis. μμ)

§. XVIII.

HABVERVNT etiam iudæi *ſtatas* precum *horas*. ν) Has retinuerunt chriſtiani, ex more apoſtolorum, vt *clericis* et *laicis* ex æquo hoc officium incumberet, præcipue vero illis. ξ) Hi adſtrictius ad illud obligabantur, ο) *laicis* remiſſiores pedetentim factis, exceptis *monachis*, qui, licet *laici*, hoc officium adhuc ad *duas nocturnas* extenderunt. π) Cantandum vero DEO, non *voce*, ſed *corde*; ϱ) quamuis cum hodie latino idiomate hoc canendi officium peragatur, magis *opus operatum* ſit, præſertim intuitu *monialium*. Officium hoc ipſum peragitur in *choro*, qui *clericis* tantum patet, non *laicis*, niſi communicantibus. σ) Atque in hoc conſiſtit *curſus canonicus*, vti vocatur, τ) *canonicis* æque vt *monachis*, incumbens ex inſtituto CHRODOGANGI, quem etiam proteſtantes retinuere, ex cauſis admodum prægnantibus.

§. XIX.

VITAE *honeſtatem* et *decorum clericale* præterea merito debent obſeruare canonici, ττ) *ſecu-*

lares

μ) vid. Anonymi *conſultatio de reformandis horis canon. c.* 3.

μμ) *c.* 2. *X. de fer.* CIRON. *ad tit. de ſumma trinit.*

ν) *Dan. IV*, 10. *Act. III*, 1. *X*, 9.

ξ) *l.* 42. §. 10. *C. de epiſc. et cler. c.* 2. *X. de offic. archipresbyt.*

ο) *c.* 13. *ſq. D.* 12. *c.* 13. *ſqq. de conſecrat. D.* 5. *c.* 54. *de conſ. D.* 1.

π) MARTENIVS *de antiq. monachor, rit. c.* 1. *X. h. t.*

ϱ) *c.* 1. *D* 92.

σ) *c.* 1. *X. h. t.*

τ) *tom. II. h. t.* §. 97. *c.* 1. *cit.*

ττ) *c.* 7. *X. de vit.*

lares etiam, licet ob *laxiorem vitam* et *abundantiam bonorum* admodum a primaeua humilitate descíuerint, et *capitulares* ecclesiæ cathedralis, Dom-Herren, dicti fuerint. Etenim (1) in *vestitu* inprimis excedere solebant, ad laicorum mores declinantes.*) Hinc *clausa* iubentur υ) *deferre vestimenta*, *nimia breuitate vel longitudine non notanda*. Pannis rubris et viridibus vti prohibentur, nec non *cappis manicatis*, frenis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut etiam superfluitatem habentibus. Niger color iamdudum clericis proprius, ex *monachorum Benedictinorum* moribus tractus. φ) Praeterea a fibulis et corrigiis, auri et argenti ornatum habentibus, imo et annulis abstinere iussi, nisi quibus *ex officio dignitatis* annulos gerere datum. Ab his vero moribus hodie desciuerunt canonici, protestantes praecipue, nimium laxata residendi necessitate.

§. XX.

HONESTAS quoque quaesita in *coma* et *barba*. Comam nutrire aut relaxare, χ) illis vetitum, quod etiam *prima tonsura* non permittit. Crinibus suppositiis tamen non abstinent, cum etiam hoc more reliqui clerici vtantur. ψ) Pariter barbae promissio olim placuit, vt eam radere non licuerit, ω) quo more itidem non amplius

*) ANTON. MATTHAEI *de nobilit. lib.* II. *c.* 49. *p.* 765.

υ) *c.* 15. X. *h. t.*

φ) CIRON. *in comment. ad h. t.*

χ) *c.* 4. X. *h. t.*

ψ) *tom.* II. *h. t.* §. 60.

ω) *c.* 5. *et* 7. X. *h. t.* Textus corrupti sunt, omissa voce; *radas*.

us vtuntur clerici qualescunque, exceptis forsan monachis.

§. XXI.

ARMA portare quoque prohibentur, α) vt nec gladio sese cingere debeant, a quo more extra ecclesiam canonici rursus dudum desciuerunt. Interim *militiam* sequi etiam iis generatim, vt clericis, αα) prohibitum, quod irregularitatem inducit, β) non item canonicis protestantibus. Porro recte vitare iubentur *ebrietatem* crapulamque, ββ) et tabernas. γ) Ad aleas aut taxillos *ludere* aut ludis hisce interesse, vitæ clericali itidem repugnat. δ) Cauere denique debent, ne mimis ioculatoribus et histrionibus intendant, ε) sed vitam clericis dignam viuant.

§. XXII.

AB hisce officiis et qualitatibus excepti sunt canonici *honoris causa* assumti. Cæsares olim quoque in quibusdam ecclesiis cathedralibus inter canonicos *honoris causa* recepti, ζ) maxime *Aquisgranenses*. Inter hos post coronationem, iuramento præstito, adhuc hodie recipiuntur, vicariis constitutis, qui *imperiali præbenda* gaudent. η) Cum his *honorariis* tamen non comparandi canonici protestantes, statu ecclesiastico gaudentes

α) *c.* 2. X. *h. t.*

αα) excepta expeditione cruciata. *c.* 9. X. *de vot.*

β) supra *lib. I. tit. XIV.* §. 35. *p.* 95.

ββ) *c.* 14. X. *h. t.*

γ) *c.* 15. X. *h. t.*

δ) *c.* 15. X. *h. t.*

ε) *c.* 15. X. *h. t.*

ζ) Vt exemplis illustratum est *tom II. h. t.* §. 88.

η) *tom. II. h. t.* § 90. vid. *infra tit. IV.* §. 2. *in f. in not.*

res et priuilegiis, ad *residentiam* quoque ob-
ti, atque *membra capitulorum* genuina.

§. XXIII.

CANONICIS *regularibus* assimilari gestiunt
ines *sacri militares*, ad corpora ecclesiastica
ti, h) et a pontificibus confirmari. Tres
briores primi fuerunt: *Hospitalariorum* seu
Iohannis, templariorum, et *Teutonicus*, i) in ip-
expeditionibus sacris orti, votisque tribus at-
militiae sacrae adstricti contra infideles, ad
pugnandam ecclesiam. x) Atque in hoc diffe-
runt

) Sub *generali* et *speciali*- *magistris*. v. c. 16. X. *de iu*-

Vnde dicuntur *fratres* *li* et *hospitalis*, religiosis ipsi in c. 11. 2c. X. *de* *leg.* Item *templarii* et *ho*- *larii* in c. 7. X. *eod.* c. 10. *decim.* In c. 16. X. *de iu*- occurrit haec inscriptio: *stro et fratribus militiae li in Italia constitutis.* *mitus* ex praedictis duo- ompositus est: *professio*- *nem et regulam et institu*- *fratrum militiae templi* *s bello quam pace pror*- *seruant; infirmos, pere*- *et alios nihilominus; sic*- *atres Hospitalis S. Ioan*- *hospitali suo, quod dici* *. Mariae Teutonicorum* *erusalem recipiunt - - Hi* *s quasi a medico, et te*- *vbem. Inst. Iur. Can.*)

nui fonte principium haben- *tes in magnum fluuium excre*- *uerunt*, vt ait IACOBVS DE VITRIACO *in histor. Ierosolymit.* c. 66. *ad ann.* 1118. Trium ordinum haec communis fuit cura, vt in *hospitalibus* curam infirmorum agerent, quamuis *templariorum* primarium officium, peregrinantes religionis causa armis contra praedones tueri; vnde mox *militiae sacrae* propositum natum, ceteris duobus ordinibus etiam communicatum. V. RAYMVNDVS DVELLIVS *in histor. ord. equit. Teuton.* P. I. *sect.* I. MATTHAEI *Paris. histor. mai. ad an.* 1118. ibique in *aduersar. subiect. in fin.*

x) Etiam contra haereticos, atque ideo templarii dicebantur esse *deputati obsequio Iesu* *Christi*

sunt a *clericis*, quod *militiam sacram* sequantur, nec *ordines* recipiant: a *monachis* vero, quod *communem vitam* non agant, sed magis vt canonici seculares viuant.

§. XXIV.

SINGVLI ordines *generali* subfuerunt *magistro*, variis priuilegiis papalibus et regalibus decorati, atque bonis amplissimis ditati, qui in horum castra sequenda infinitos nobiles induxerunt. λ) Variam in Palæstina subierunt fortunam, tandemque a Saracenis expulsi per Europam sese diffuderunt, Teutonicis Prussiam occupantibus, Templariis vero ferali decreto CLEMENTIS V. in concilio Viennensi prorsus deletis. μ)

§. XXV.

IPSI ordines immediate subsunt pontifici, a iurisdictione episcoporum prorsus exemti. ν) Vti *canonici* propriis templis gaudent, in quibus officium diuinum peragunt. Fratres ipsi ordinum sunt vel *militares*, vel *clerici* proprie dicti, h. e. *sacerdotes*, *diaconi*, *subdiaconi*, regulam S. AVGVSTINI profitentes ξ) vel *seruientes*. Clerici æque vt *canonici* ad *horas canonicas* adstringun-

Christi in c. 16. X *de iudic.* ex principio, quod causa Christi armis esset propaganda et defendenda in *republica ecclesiastica*.

λ) Vid. DVELLIVS *cit. l. sect. II.*

μ) Fatalem interitum cum capitibus accusationis prolixius enarrat TRITHEMIVS *tom. II. annal. Hirsaug. ad ann.* 1307. p. 107.

ν) ANT. MATTHAEI *de nobil. lib. IV. c.* 15. p. 999.

ξ) vid. Diplomata apud MATTHAEI *cit. l. c.* 14. p. 993.

guntur; non ipsi *milites*, loco illarum ad certas preces quotidie ex *breuiario* fundendas obstricti.

§. XXVI.

AMPLISSIMA bona et latifundia acquisiuerunt, in *praefecturas*, seu *prouincias* et *commendaturas*, quae instar praebendarum sunt, diuisa *Ordo S. Ioannis* per vniuersam Europam fere se diffudit, in octo *nationes* seu *linguas* ab antiquo diuisus. o) in singulis linguis sunt *prioratus*, *dioeceses* seu *baluiae*. Illis praeest *supremus linguae magister*, vt in *lingua Germanica*, der Obrister Meister in Deutschland, princeps imperii ecclesiasticus, sub quo variae *Baliuiae* instar *episcopatuum*. Inter has eminet *Brandenburgica*, *magisterium domini* dicta, das Herrnmeisterthum, quae insignes *commendas* continet. π) *Commendatores* aeque, vt canonici, in capitula coëunt, et priorem vel baliuium eligunt, a *supremo magistro* per Germaniam confirmandum. Denique omnes linguae dependent a suo capite, *supremo totius ordinis magistro*, sedem suam in *insula Malta* fixam habente.

§. XXVII.

ORDO *Teutonicus* tantum admittit Germanos, et in varias *praefecturas* seu *Baluuias* diuisus. ρ) Singulis praeest *commendator prouincialis*, der Land-Comthur, sub quibus *simplices commendatores*, capitulum Baliuiae constituentes. Omnes

o) BECMANNVS vom Ritterl. Johanniter-Orden c. II. §. 10.

π) BECMANN. *cit. l. c.* 4.

ρ) Singulas recenset DVELLIVS *cit. l. P. I. c.* 6. *p.* 49. *sqq.*

Omnes denique dependent a *supremo ordinis magistro*, qui caput et papa totius ordinis, et princeps ecclesiasticus imperii. Ad horum imaginem denique plures ordines alii in Hispania et Portugallia conditi sunt, tribus votis etiam suo modo subiecti. σ)

TIT. II.

DE COHABITATIONE CLERICORVM ET MVLIERVM.

SYNOPSIS.

Clericis olim iam consortium cum agapetis interdictum. I. & omnis conuersatio suspecta cum feminis extra domum. II. Concubinatus olim laicis permissus. Eius ratio iure nouo. III. Clericis ob legem cœlibatus prorsus interdictus sub pœna suspensionis & remotionis. IV. Hæc tamen in vsum deduci non potuit, quod maior clericorum pars hac labe esset infecta. De protestantium clericorum incontinentia. V.

§. I.

Canonici, sicuti alii clerici, maxime ordinibus sacris decorati, τ) legi *cœlibatus* subiecti sunt, vtut voto *castitatis* peculiari haud ligentur. Quocirca (1) consortium *agapetarum* clericis interdictum, υ) qua consuetudine iam olim infecti erant, etiam antequam cœlibatus

σ) De his agit ANDREAS MENDO *de ordinibus militar.*

τ) *c. 6. X. h. t.*

υ) *c. 1. X. h. t.*

liberas iugo subderentur, φ) quam etiam leges imperatorum improbarunt. χ)

§. II.

PRAETERBA (II) abstinere debent ab omni suspecta conuersatione *extra domum* cum feminis libidinosis. ψ) Alioquin post trinam admonitionem ab episcopo excommunicari possunt, in quo vigor *inspectionis episcopalis* consistit. ω)

§. III.

DENIQVE (III) cum lege *cœlibatus* aperte pugnabat *concubinatus*, laicis olim in republica Rom. permissus, quod esset secundaria matrimonii species, α) per LEONEM imperatorem tandem sublatus, β) et legibus imperii quoque castigatus. γ) Iure nouo itaque CONCVBINATVS est *consuetudo cum femina soluta vilioris conditionis, citra copulam sacerdotalem contracta*, citra quam nullum coniugium legitimum. Hac accedente, *ratum* erat iure canonico coniugium inter eos, qui vxores ducere poterant: non item *legitimum*, quod effectibus ciuilibus esset destitutum. δ)

§. IV.

VERVM etiam hæc matrimonii species iis vetita, quos lex *cœlibatus* stringit, vt sunt ordini-

φ) EVSEB. *lib. VII. hist. eccl. c.* 30. *concil. Nic. c.* 3.

χ) *L.* 19. C. *de episc. et cler.* *Nou.* 6. *c.* 6. *et* N. 123. *c.* 29. Ratio huius consortii exposita *tom. II. h. t.* §. 2. *sqq.*

ψ) Ratio elegans in *c.* 2. *D.* 81.

ω) *c.* 2. X. *h. t.*

α) *l.* 5. C. *ad SCt. Orphit.*

β) *Nou. Leon.* 91.

γ) R. I. *de anno* 1548.

δ) Vnde orta sunt *matrimonia morganatica*, de quibus *lib.* IV. agendum.

nibus sacris decorati. ε) Vnde *veræ concubinæ* sunt, quæ cum clericis cohabitant, quæ quidem ob metum periurii non abiurandæ, clerici tamen per *suspensionem* adigendi, vt eas a se remoueant, et tandem contumaces remouendi. ζ) Interim tales clerici, de *concubinatu* suspecti, non sunt vitandi, quia quamuis *quoad se ipsos* suspensi sint, non tamen quoad alios tales sunt, η) adeoque quam diu tolerantur, *licite* sacramenta ecclesiastica ab iis percipiuntur. ϑ)

§. V.

ENIMVERO omnium seculorum fata docent, post grauissima cum concubinariis clericis certamina luem hanc eradicari non potuisse, quod inprimis canonici ea infecti fuerint, quorum vestigia legerunt ceteri. ι) Nec hodie eliminari potest, quamdiu dura lex *cœlibatus* clericis imposita viget. Cessat hæc inter protestantes, adeoque illi merito remouendi, qui vel *concubinam* extra coniugium, vel in coniugio pellices alunt.

TIT. III.

DE CLERICIS CONIVGATIS.

SYNOPSIS.

Cura episcoporum circa coniugia clericorum. Hæc in primitiua ecclesia clericis permissa. I. Serius a pontificibus Romanis clericis abstinentia imposita. II. Orientalibus pri-

ε) c. 3. X. h. t.
ζ) c. 3. et 4. 6. X. h. t.
η) c. f. X. h. t.
ϑ) c. 7. X. h. t.
ι) Fata huius mali prolixius explicui *tom. II. h. t.* §. 22 *sqq.*

pristina libertate adhuc hodie gaudentibus. III. Constituti in minoribus ordinibus itidem nuptias valide contrahunt, dimisso beneficio, non reliqui clerici, canonici, regulares. IV. Protestantes libertatem pristinam restituerunt clericis et canonicis. Abbatissae tamen et conuentuales resignare vt plurimum tenentur, quodquandoque statuta exigunt. V.

§. I.

PRAELATORVM cura huc quoque directa est, ne clerici in ordinibus sacris constituti matrimonium ineant, et ne *in minoribus ordinibus* existentes *vxorati* beneficia retineant. Etenim ambitiosius *abstinendi* studium tandem etiam *legitimorum coniugiorum ius in occidente* clericis ademit. Sub ipsis Christianismi natalibus eam legem defuisse, nemo sanus dubitat. Nouit antiquitas *apostolos vxoratos:* κ) nouit etiam episcopos et clericos ceteros coniugio copulatos: nullibi haec *abstinentia* lege vlli *imperata*, licet *laudata:* λ) id tantum egit apostolus, vt *monogamus* esset episcopus. μ) Adhuc in ipso *concilio Nicaeno* pro libertate coniugii acriter pugnatum, atque singulorum arbitrio relictum, *vt ab vxorum consuetudine abstinerent, si vellent:* ν) imo anathema iis dictum, ξ) qui se separabant a *presbytero vxorato*, putantes, eum sacra peragere amplius non posse.

§. II.

INTERIM tamen *abstinentium* singularis fauor, horumque vita inprimis clericis commendata, sub titulo *conuersionis*, ο) clericis necessariae. Quae

κ) SCHMID. *de apost. vxorat.*

λ) 1 *Cor. VII*, 35.

μ) 1 *Tim. III*, 2.

ν) SOCRATES *lib. I. hist. eccl. c.* 2. conf. *c.* 12. *D.* 31.

ξ) in *concil. Gangrensi* relato in *c.* 15. *D.* 28.

ο) *c.* 6. *et* 7. *D.* 28.

Quæ res effecit, vt, antequam *lege generali* cœlibatus clericis esset impositus, nonnunquam episcopi ab ordinandis exigerent *propositum continentiæ*; π) id quod vbi respuerent, vxores ducere poterant. ρ) SIRICIVS papa *primum* nuptiis clericorum generatim dicam scripsit, quod *quotidianæ oblationes* cum vsu coniugii consistere non possent. σ) Hunc reliqui secuti et sua auctoritate legem *abstinentiæ* generatim imposuerunt clericis in *occidente*.

§. III.

NVLLO tamen *concilio generali* vsus coniugii clericis ademtus; vnde factum, vt *orientales* in libertate coniugia contrahendi substiterint. Ipse STEPHANVS diuersum hunc morem refert, τ) asserens, *orientalium* ecclesiarum sacerdotes, diaconos atque subdiaconos matrimonio copulari, *occidentalium* vero nullum sacerdotem a subdiacono vsque ad episcopum licentiam habere coniugium sortiendi. υ)

§. IV.

ALIQVOD tamen adhuc retentum est discrimen inter clericos *minorum* et *maiorum* seu *sacro-*

π) *cit. c.* 6. *et* 7.

ρ) *c.* 8. *D.* 28.

σ) *c.* 3. *et* 4. *D.* 82. vbi respondit ad obiectionem, *quod in veteri testamento sacerdotibus generandi facultas legatur attributa.*

τ) *c.* 14. *D.* 31. vbi admodum notanter soli *traditioni ecclesiæ Romanæ* diuersum morem tribuit, et *aliter*, ait, *se orientalium traditio habet ecclesiarum: aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ.* Huius auctoritate, quam occidentales venerabantur, generatim itum est in duram *abstinentiæ* legem.

υ) Conseruatus etiam est vsus coniugii *episcopis græcis*, inter *latinos* versantibus, in *c.* 6. *X. h. t.* ideo, *quod orientalis ecclesia votum continentiæ non admisit.* Ratio *prohibiti connubii* inter occidentes refertur in *c.* 2. *X. h. t.*

erorum ordinum: illi quidem valide nuptias inire queunt, ſed eiurato beneficio, ſi quod habent. φ) Præterea nequidem *tonſuram*, χ) aut *habitum clericalem*, ψ) amplius deferre coguntur, nec a *ſecularibus ſeruitiis* excuſantur. ω) Hi vero *nulliter* vxores ducunt, α) vt eas dimittere cogantur, et *pœnitentiæ* ſubdantur per excommunicationem, β) ſalua ſpe reſtitutionis poſt *longam* pœnitentiam. γ) Multo magis itaque canonicis continentiæ propoſitum, æque vt *monachis*, incumbit, quamuis ſeculares nullo *caſtitatis voto* ligentur, cum ſufficiat, quod ad eorum imaginem effigiati fuerint. Adeo autem *cuſtodia caſtitatis* regulæ annexa monachali, vt contra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiam indulgere, δ) nec permittere, vt *ſaluo ſtatu* monachus vxorem ducat. Si vxor neceſſario ducenda, ſoluendus eſt prius a pontifice *nexus monachalis*, vel *qualitas clericalis* eius auctoritate deſerenda: hoc facto, *laicorum ſtatum* recuperant clerici, abiecto *clericali*.

§. V.

φ) *c.* 1. 2. 3. 8. *X. h. t.* ex ratione, quod *rerum eccleſiaſticarum ſubſtantia per tales ſoleat deperire. c.* 5. *X. h. t.*

χ) *c.* 7. *X. h. t.*

ψ) *c.* 9. *X. h. t. c.* 10. *eod.*

ω) *c.* 7. *X. h. t. inf.* ibi: *quia cum oporteat ſecularibus negotiis immiſceri, tonſura ipſius ſecularia exercentis videretur profecto in miniſterii noſtri vituperium redundare.* Vnde *coniugatus clericus* a militia non erat immunis. *c.* 9. *X. h. t. c.* 10. *eod.*

α) *Quod non nuptiæ, ſed contubernia ſint potius nuncupanda. c.* 4. *X. h. t.*

β) *c.* 1. *X. h. t.*

γ) *c.* 4. *X. h. t.*

δ) *c.* 6. *X. de ſtat. monach.*

§. V.

QVAE cum ita sint, protestantes non sine grauissima causa libertatem coniugia contrahendi ministris ecclesiae restituerunt, vt nec episcopi excepti sint. *Abbatissae* tamen, *qua tales*, et *virgines conuentuales* aut nuptiis abstinere aut resignare debent, quo ipso satis libertati nubendi prouisum. Quamuis enim *voto castitatis* non ligentur, statum tamen *abstinentium* eo ipso assumunt ex primaeua institutione, quo sodalitio huic aggregantur, quae lex vtplurimum ei adhuc data est. ε) Imo in *capitulis canonicorum* praebendas quasdam hac lege erigi, et auctoritate superioris statutum confirmari posse crederem, vt eae *caelibi* tantum conferri deberent, salua tamen resignandi facultate ζ) Tali lege cessante, canonici protestantes libere matrimonia ineunt, et viduae atque liberi eorum ad *annum gratiae* admittuntur.

TIT. IV.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLESIA VEL PRAEBENDA.

SYNOPSIS.

Clerici & inprimis canonici tenentur ad residentiam sub poena priuationis beneficii. I. Canonici eam auspicantur ab anno claustrali, legitime intimando, & debito tempore incheando, praestitis praestandis. II. In hac residentia annuae

ε) v. *Ord. Polit. Magdeburg. c. VI.* §. 12.

ζ) *tom. II. h. t.* §. 27.

nus probationis continetur stricte obseruandus, per horarum canonicarum obseruantiam. Quid hodie canonicus? III. Percipit distributiones quotidianas. Harum ratio. Tantum debentur praesentibus in choro. IV. Praesentiae quoque illis debentur. Quid sint? V. Variis modis remittitur annus claustralis. VI. Eo absoluto sequitur ordinaria residentia, admodum laxata, et praescripto anni tempore inchoanda VII. Residentia est vel vera vel ficta. Hoc gaudent ex iusta causa absentes, qui pro praesentibus habentur. VIII. Discrimen residentiae quoad lucrum praebendae, et distributionum quotidianarum. IX. Laxata residentia opus fuit perpetuis vicariis, vicaria certa gaudentibus. X. Hi continue residere debent, quod absentium canonicorum vices suppleant, adeoque plures vicarias obtinere non possint. XI. Differentia vicarii a coadiutore canonici. XII.

§. I.

Qvia *beneficium* clericis datur propter *officium*, η) ad episcoporum sollicitudinem spectat, eos compellere ad *residentiam*, vt *curam ecclesiae* vel officium quoduis ecclesiasticum *per se* valeant exercere, ϑ) sub poena priuationis dignitatis et beneficii ecclesiastici; ι) modo absentes legitime citati intra tempus praestitutum haud comparuerint. κ) Idem etiam de *canonicis* dicendum, qui suae *residentiae* aeque ac alii clerici satisfacere debent. λ)

§. II.

η) *c. f. de rescript. in 6.*

ϑ) *c. 3. et 4. X. b. t.*

ι) *c. 8. 9. 10. 17. X. b. t.*

κ) *c. 8. 10. 11. X. b. t.*

λ) *c. 12. X. b. t.* Satisfecisse autem residentiae dicitur, *qui non solum in loco sui canonicatus vel beneficii residet, sed etiam ea omnia praestat, quae illa exigunt beneficia, propter quae ipsis tanta accedunt emolumenta*, vt dicitur in *constitut.*

§. II.

QVA de cauſa hi ſollemniter et more præſcripto *reſidentiam* auſpicari debent. Sunt canonici ad imaginem monachorum compoſiti, adeoque æque ac monachi ante omnia *annum probationis* abſoluere debent, qui vocatur *annus diſciplinæ* vel *clauſtralis*. μ) Stato die ν) intimanda eſt *prima reſidentia clauſtralis* decano, qui in proximo capitulo deſiderium neo-canonici proponit, et cum capitulo deliberat, vtrum admittendus ſit. Etenim non admittitur, niſi *legitimæ ætatis* fuerit, et *triennium academicum* abſoluerit, accedente quoque *emancipatione*. ξ) Admiſſum decanus nomine capituli admonet ratione *officii* et *ſtatus eccleſiaſtici* aſſumti; hic vero data dextra ſe legibus officii ſui obtemperaturum promittit. Ante admiſſionem quoque *pretia ſtatutorum*, die Statuten-Gelder, in ſtatutis determinata, vel *bonoraria*, ο) cum *vino admiſſionis* perſoluere debet, etiam Cæſar inter canonicos aſſumtus, π) iuramento præſtito.

§. III.

DVRANTE vita communi clauſtro arcto incluſi experimentum *vitæ communis* facere debuerunt,

tut. et decret. Salisburg. de an. 1568. *conſtit.* 24. *c.* 31. apud LVNIG *in contin. III. ſpicil. eccleſ. p.* 827.

μ) vid. *Statut. eccl. Bremenſ. de an.* 1617. *c.* 3. *Stat.* 7. *et c.* 4. *Stat.* 4.

ν) *Statuto Bremenſ. cit. l. c.* 3. dicta eſt *vigilia Iacobi*. In eccleſia collegiata Magdeb. S. Sebaſtiani eſt dies *Mauritii*.

ξ) *Stat. Bremenſ. cit. l. c.* 3. *Stat.* 2.

ο) RITHMEYER *in hiſtor. eccleſ. Brunſuic. P. I. in append. p.* 7.

π) *tom. II. h. t.* §. 6. Etiam Vltraiecti Cæſar *canonicus*, ibique habuit *præbendarios imperii*. Vid. ANTON. MATTHAEI *de fatis et fundat. eccleſ. Vltrai. lib. I. fund.* 2. *p.* 67.

runt, in dormitorio cum ceteris canonicis pernoctantes. Vita hac communi soluta, rudera quædam ex antiquo more retenta, vt in *anno disciplinæ* per certos dies intra *vetus claustrum* pernoctare cogantur neo-canonici. ϱ) Ipsa residendi ratio determinata est passim in statutis, μοναστικῶς, i. e. stricte et *ad punctum* obseruanda; alioquin nihil actum, et de nouo annus disciplinæ præscripto die auspicandus. σ) Omnis labor primario in horis canonicis determinato more psallendis consistit, quem in finem *stallum* in chora τ) iuxta ordinem receptionis habet. υ) Vnde canonistarum definitio recentior orta, quod CANONICVS sit *clericus*, *qui habet stallum in choro et vocem in capitulo*, φ) cum participatione diuinorum: φφ) illud quidem propter officium pre-

ϱ) SCHATEN *in annal. Paderb. ad ann.* 1260.

σ) In *Stat.* XI. *eccles colleg. Magdeburg. S Sebastiani* hæc residentiæ primæ ratio præscripta: *Quilibet canonicus - - antequam fiat particeps redituum, fructuum, et capitularium emolumentorum, suam residentiam in districtu et iurisdictione cleri, et noui fori per maiorem partem vnius anni scilicet per 27. hebdomadas continuas à die intimatæ residentiæ, extra muros ciuitatis et extra districtum cleri non pernoctando, et per primas quatuor septimanas omnes horas canonicas consuetas singulis diebus; postea vero per reliquum tempus, quolibet die semel, aut matutinis aut vespertinis precibus visitando, facere tenentur.*

τ) *Stallus* idem quod *statio*, etiam lanii, propolæ; *c.* 69. *X. de appell.* Hic vero speciatim *stallus* est *sedes in choro*, et sic *installari* dicitur, qui in possessionem mittitur. *c.* 43. X. *de simon.*

υ) Vetus statutum adducit, ANTON. MATTHAEI *in fundat. et fat. eccles. Vltrai. lib.* I. *fund* 1. *in f.*

φ) *c.* 19. 22. *in f. c* 25. X. *de præb. c* 2. X. *de renunc. c.* 56. X. *de elect.*

φφ) *c.* 9. *c.* 19. X. *de præbend.*

precum et horarum canonicarum; hoc vero propter *ius collegii*, in quod cooptatus est.

§. IV.

ANTE finitum *annum disciplinae*, non fit particeps emolumentorum capitularium, χ) *canonicis praebendatis* debitorum. Participat tamen de *distributionibus quotidianis* et *praesentiis*. Illae dicuntur *diurnum stipendium*, *quod vere residentibus canonicis distribuitur quotidie*. ψ) *Vere residere* dicuntur, qui non tantum in loco beneficii praesentes sunt, sed etiam officiis diuinis *in choro* interfuerunt. ω) In horum gratiam hae *sportulae*, *victualia*, et *manualia*, vt vocantur, α) introductae sunt, αα) *vt diuinus cultus a canonicis magis frequentetur atque diligentius peragatur*. β) Nihilominus tamen etiam illis quandoque debentur, qui *necessario* absunt, sed *iuris fictione* pro *praesentibus* habentur. γ) Absentium portiones accrescunt ceteris. Consistunt in variis rebus, panibus, denariis, ceteris. Ab antiquo a *cellario praepositi* distributio facta, vnde adhuc hodie in plurimis locis *ex praepositura* debentur. Vtilitatem harum sportularum agnouit concilium Tridentinum, δ) statuendo, vt, vbi tales non

χ) secundum adducta verba *praedicti statuti in not cit.*

ψ) MONETA *de distribut. quotid. P. I q. 6. n. 10.*

ω) *c. vn. h. t. in 6. c. 32. X. de praeb. clem. 2. de aetat. et qual. et ord. praef.*

α) secundum *c. vn. h. t. in 6.*

αα) *Quae tantum residentibus in ecclesiis et his, qui intersunt horis canonicis, exhibentur*, vt dicitur in *c. 32. X. de praeb.*

β) vt dicitur in *constit. Salisburg. de a.* 1568. *constit.* 24. *c.* 14. apud LVNIG *in Spicil. eccles. contin. III. p.* 828.

γ) *cit. c. vn.* BARBOSA *de canonicis c.* 21. *n.* 2.

δ) *Sess.* 21. *de reform. c.* 3.

... sunt, tertia obuentionum et canonicatuum ... illas conuerti debeat. Cum itaque *vere residentibus* debeantur, aequum quoque est, vt *primam residentiam* facientes ab his non excludantur, ε) praesertim cum etiam *supernumerariis canonici* seu vltra numerum consuetum recepti ad ... distributiones admittantur, ζ) nisi *consuetudine* vel *statutis* aliud introductum. η)

§. V.

PRAESENTIAE speciatim dicuntur emolumenta, quae distribuuntur tantum *praesentibus*, et ..., qui intersunt certis sacris et piis actionibus, qualia sunt *anniuersaria defunctorum*, *mortuaria*, et alia similia, θ) vulgo *Praesentien*-Gelder. Etenim, praebendis licet singulis assignatis, emolumenta tamen quaedam ex fundationibus et legatis maiorum ad *certum diem* sunt praestanda et diuidenda inter eos, qui officio praescripto intersunt. Debentur vtplurimum ex *praepositura*, cui ab antiquo cura patrimonii sacri incubuit. ι) Nullus fere dies, sanctis dictus, in calendario deprehenditur, quin adferat canonicis gaudium. κ)

§. VI.

ε) Statuta Bremensia *cit. l. c. IV. Stat.* 4. *p.* 963. apud LVNIGIVM certas praestationes et emolumenta illis assignant.

ζ) *c.* 19. *X. de praebend. c.* 8. *de concess. praeb. in* 6.

η) MONETA *de quotid. distrib. P. II. qu.* 1. *n.* 41.

θ) *c. vn. de cler. non resid. in* 6. *inf. c.* 11. *X. de celebrat. miss.*

ι) vid. *supra tit. huius libri* §. 9. *p.* 312.

κ) Amplissimum catalogum horum lucrorum, in *ecclesia S. Martini* Traiectensi canonicis praesentibus debitorum, sistit ANTON. MATTHAEI *de fat. et fundat. eccles. Vltraiect. lib. I. fund.* 1. *p.* 38.

§. VI.

SOLET tamen nonnunquam necessita eundi *annum disciplinæ* remitti (1) per viam *emtionis* a capitulo, si statuta hoc ius ei gent: (2) per *viam dispensationis*, quam si bio papa, imo etiam episcopus impertiri Cur itaque hoc denegandum esset principi ritoriis protestantium? hic æqualem cum fice habet potestatem, et ius etiam statuta dandi. λ) Neque enim hac dispensatione tur iuribus capituli, cui nullum adfertur mentum ex otiosa et vmbratili obseruanti *disciplinæ* remissa, sed duntaxat præcauetu in vexam inanem incidat neo-canonicus. Remittitur etiam per priuilegium iis indu qui sunt a latere vel in ministerio episco principis. μ)

§. VII.

ANNO hoc claustrali absoluto, sequit *dinaria residentia*, omnibus canonicis incum Hæc vero, deserta vita communi, adm laxata est, constitutis præcipue *vicariis*, absentium supplentibus. Quid quod resi pedetentim restringi cœperit ad certum spatium per statuta capitulorum. ν) Ipsu

λ) Quæ illibata conseruare debet secundum *art. V. I. P.* §. 16. salua tamen suprema inspectione et dispensatione.

μ) *c. 7. et 15. X. h. t.* Hos textus etiam ad *primi anni residentiam* pertinere, ex *declarat. congregat. Cardinal.* obseruaui *tom. II. h. t.*

ν) Imo etiam per *Trident. sess. VI. de r c. 1.* vbi cautum, ne vl menses continuos a suis suis absint clerici. Sp *sess. 24. de reform. c. 1*: nicis iniunctum, ne

ni capitularis initium in statutis capitulorum pariter determinatum est, secundum quem etiam commoda præbendæ pro *deseruitis* habentur. Alibi *vigilia Iacobi :* ξ) alibi *vigilia Mauritii :* alibi aliud *anni capitularis* initium est, quo singulis annis intimanda et inchoanda residentia, et ante eius finem finienda. ο)

§. VIII.

SED etiam residentia duplex est, vel *vera* vel *ficta.* Illa desiderat non tantum *præsentiam corporalem in loco*, sed realem et actualem in *officio sacro* in ecclesiis peragendo. π) *Ficta* est, quæ *interpretatione iuris* pro *præsentia* et *residentia* habetur, ππ) absentibus et non residentibus ex iustis causis proficua. Hac fruuntur, (I) qui sunt in seruitio episcopi, vel principis, ϱ) imo etiam *pontificis*, eius *familiares* existentes. σ) Vulgo *beneficium a latere* horum immunitatem vocant, quod tamen merito haud aliis concedendum, quam existentibus in reali principis vel episcopi seruitio. τ) (II) Studiorum gratia absentes, modo hanc facultatem a capitulo impetrauerint, neq fucum fecerint. υ) (III) Qui in *negotiis ecclesiæ*

ab-

tres menses quolibet anno a suo beneficio abessent. Sufficit ergo *nouem mensium* residentia per singulos annos. BARBOSA *de canonicis c.* 26.

ξ) Vt in *Stat. Bremens. de an.* 1617. *c. III. stat.* 7. et ecclesiis *Halberstad.*

ο) *tom. II. h. t.* §. 49.

π) *c. vn. h. t. in* 6.

ππ) *c.* 13. X. *h. t.*

ϱ) *c.* 9. *c.* 15. X. *h. t.* ibi: *cum* *abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui tecum pro tuo et ipſius eccleſiæ ſeruitio commorantur.* MONETA *de diſtrib. quotid. P.* 2. *q.* 8.

σ) *c.* 14. X. *h. t.*

τ) *arg. c.* 12. X. *h. t.*

υ) *cit. c.* 12. ibi: *quibus ſtudiorum gratia eſt indultum, vt in abſentia fructus percipiunt præbendarum ſuarum.* MONETA *q.* 10.

abſunt, vel ab eccleſia aut epiſcopo ad hæc negotia expedienda aliquo miſſi ſunt. φ) (IV) Qui peregrinationes religioſas ſuſcipiunt, viſitantes inprimis limina Petri aut ſepulchrum Chriſti. (V) Euocati ad concilia, ſynodos, diætas prouinciales, ceteri. (VI) Qui ob morbum vel valetudinem beneficio adeſſe nequeunt. χ) Denique (VII) qui alia iuſta de cauſa abeſſe coguntur. ψ)

§. IX.

VNDE liquet, ad effectum lucrandi *fructus præbendæ* ſufficere *reſidentiam* ſtatuto deſideratam, et certo tempore circumſcriptam; aſt ad *diſtributiones quotidianas* et *præſentiarum lucra* quoque percipienda *continuam* deſiderari *reſidentiam* et *præſentiam* in choro et officio, quippe quæ *abſentibus ſecundum* §. *IV.* denegantur.

§. X.

LAXATA hoc modo reſidentia, ope *vicariorum* indiguerunt canonici, ω) qui abſentium vicem in choro ſupplent, et rem diuinam nomine eorum expediunt. ωω) Atque hi pedetentim in canonicorum collegiis introducti ſunt, et quidem *perpe-*

φ) *Statut. Synod. Colon. de an.* 1662. *c.* 9. §. 2. apud LVNIGIVM *contin. III. ſpicil. eccl. p.* 611.

χ) *c.* 1. *X. de clerico ægrot.* MONETA *de diſtribut. quotid. p.* 2. *qu.* 6.

ψ) *c.* 4. *X. h. t.*

ω) probata in *c. f. X. de voto.*

ωω) Quod non ſatis iuri eccleſiaſtico conuenit, tales deſideranti, qui *per ſe* miniſterium ſacrum peragere queunt. *c.* 3. *et* 4. *X. h. t.*

perpetui, quibus titulo *vicariae* assignati sunt certi reditus, instar *beneficiorum* censendi, α) adeo, vt non possint pro lubitu reuocari aut remoueri. β)

§. XI.

CETERVM (1) hi tenentur ad *perpetuam residentiam*, γ) et ita (2) nemo potest simul plures habere vicarias, cum in propria persona deseruire teneantur. δ) Alios (3) vero substituere non possunt. ε) (4) Illum ordinem assumere tenentur, quem ipsum beneficium desiderat, ζ) quod precipue ad *vicarios parochorum* pertinet, ordinem *sacerdotii* suscipere obstrictos. (5) Vicarii perpetui tunc demum assumi possunt, si erecta fuit *vicaria* ad instar *beneficii* auctoritate episcopi. η)

§. XII.

A *vicario* differt *coadiutor canonici*, qui datur cum *spe succedendi* canonico adhuc viuenti, ita vt, hoc mortuo, verus canonicus euadat. ϑ) Reuera talis *coadiutoria* est *exspectatiua in certum beneficium*, quam tantum *papa* concedere potest, non tamen simpliciter in *Germania* ob *concordata*. Talis coadiutor non tenetur ad residentiam, aut horas canonicas recitandas, sed ipse canonicus adhuc viuens hoc officio

α) c. 27. X. *de rescript.* PETR. LEVREN. *in foro benef. tom.* I. q. 111.

β) c. 3. X. *de vicar.*

γ) c. 1. et 6. *de vicar.*

δ) c. 2. X. *eod.*

ε) c. 4. X. *eod.*

ζ) c. f. X. *eod.*

η) LEVREN. *cit. l.* q. 115.

ϑ) BARBOSA *de canon.* c. 29. n. 6. 7.

§. V.

QVAE cum ita sint, protestantes non sine grauissima caussa libertatem coniugia contrahendi ministris ecclesiæ restituerunt, vt nec episcopi excepti sint. *Abbatissæ* tamen, *qua tales*, et *virgines conuentuales* aut nuptiis abstinere aut resignare debent, quo ipso satis libertati nubendi prouisum. Quamuis enim *voto castitatis* non ligentur, statum tamen *abstinentium* eo ipso assumunt ex primæua institutione, quo sodalitio huic aggregantur, quæ lex vtplurimum ei adhuc data est. ε) Imo in *capitulis canonicorum* præbendas quasdam hac lege erigi, et auctoritate superioris statutum confirmari posse crederem, vt eæ *cælibi* tantum conferri deberent, salua tamen resignandi facultate ζ) Tali lege cessante, canonici protestantes libere matrimonia ineunt, et viduæ atque liberi eorum ad *annum gratiæ* admittuntur.

TIT. IV.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLESIA VEL PRAEBENDA.

SYNOPSIS.

Clerici & inprimis canonici tenentur ad residentiam sub pœna priuationis beneficii. I. Canonici eam auspicantur ab anno claustrali, legitime intimando, & debito tempore incheando, præstitis præstandis. II. In hac residentia annuo

ε) v. *Ord. Polit. Magdeburg. c. VI.* §. 12.

ζ) *tom. II. h. t.* §. 27.

nus probationis continetur stricte obseruandus, per horarum canonicarum obseruantiam. Quid hodie canonicus? III. Percipit distributiones quotidianas. Harum ratio. Tantum debentur praesentibus in choro. IV. Praesentiae quoque illis debentur. Quid sint? V. Variis modis remittitur annus claustralis. VI. Eo absoluto sequitur ordinaria residentia, admodum laxata, et praescripto anni tempore inchoanda VII. Residentia est vel vera vel ficta. Hoc gaudent ex iusta causa absentes, qui pro praesentibus habentur. VIII. Discrimen residentiae quoad lucrum praebendae, et distributionum quotidianarum. IX. Laxata residentia opus fuit perpetuis vicariis, vicariae certa gaudentibus. X. Hi continue residere debent, quod absentium canonicorum vices suppleant, adeoque plures vicarias obtinere non possunt. XI. Differentia vicarii a coadiutore canonici. XII.

§. I.

Quia *beneficium* clericis datur propter *officium*, η) ad episcoporum sollicitudinem spectat, eos compellere ad *residentiam*, vt *curam ecclesiae* vel officium quoduis ecclesiasticum *per se* valeant exercere, ϑ) sub poena priuationis dignitatis et beneficii ecclesiastici; ι) modo absentes legitime citati intra tempus praestitutum haud comparuerint. κ) Idem etiam de *canonicis* dicendum, qui suae *residentiae* aeque ac alii clerici satisfacere debent. λ)

§. II.

η) *c. f. de rescript. in 6.*

ϑ) *c. 3. et 4. X. h. t.*

ι) *c. 8. 9. 10. 17. X. h. t.*

κ) *c. 8. 10. 11. X. h. t.*

λ) *c. 12. X. h. t.* Satisfecisse autem residentiae dicitur, *qui non solum in loco sui canonicatus vel beneficii residet, sed etiam ea omnia praestat, quae illa exigunt beneficia, propter quae ipsis tanta accedunt emolumenta*, vt dicitur in *constitut.*

§. II.

QVA de causa hi sollemniter et more præscripto *residentiam* auspicari debent. Sunt canonici ad imaginem monachorum compositi, adeoque æque ac monachi ante omnia *annum probationis* absoluere debent, qui vocatur *annus disciplinæ* vel *claustralis*. μ) Stato die ν) intimanda est *prima residentia claustralis* decano, qui in proximo capitulo desiderium neo-canonici proponit, et cum capitulo deliberat, vtrum admittendus sit. Etenim non admittitur, nisi *legitimæ ætatis* fuerit, et *triennium academicum* absoluerit, accedente quoque *emancipatione*. ξ) Admissum decanus nomine capituli admonet ratione *officii* et *status ecclesiastici* assumti; hic vero data dextra se legibus officii sui obtemperaturum promittit. Ante admissionem quoque *pretia statutorum*, die Statuten-Gelder, in statutis determinata, vel *bonoraria*, ο) cum *vino admissionis* persoluere debet, etiam Cæsar inter canonicos assumtus, π) iuramento præstito.

§. III.

DVRANTE vita communi claustro arcto inclusi experimentum *vitæ communis* facere debuerunt,

tut. et decret. Salisburg. de an. 1568. *constit.* 24. *c.* 31. apud LVNIG *in contin. III. spicil. eccles. p.* 827.

μ) vid. *Statut. eccl. Bremens. de an.* 1617. *c.* 3. *Stat.* 7. *et c.* 4. *Stat.* 4.

ν) *Statuto Bremens. cit. l. c.* 3. dicta est *vigilia Iacobi.* In ecclesia collegiata Magdeb. S.-Sebastiani est dies *Mauritii.*

ξ) *Stat. Bremens. cit. l. c.* 3. *Stat.* 2.

ο) RITHMEYER *in histor. eccles. Brunsuic. P. I. in append. p.* 7.

π) *tom. II. h. t.* §. 6. Etiam Vltraiecti Cæsar *canonicus*, ibique habuit *præbendarios imperii.* Vid. ANTON. MATTHAEI *de fatis et fundat. eccles. Vltrai. lib. I. fund.* 2. *p.* 67.

runt, in dormitorio cum ceteris canonicis pernoctantes. Vita hac communi soluta, rudera quædam ex antiquo more retenta, vt in *anno disciplinæ* per certos dies intra *vetus claustrum* pernoctare cogantur neo-canonici. ϱ) Ipsa residendi ratio determinata est passim in statutis, *μοναςικῶς*, i. e. stricte et *ad punctum* obseruanda; alioquin nihil actum, et de nouo annus disciplinæ præscripto die auspicandus. σ) Omnis labor primario in horis canonicis determinato more psallendis consistit, quem in finem *stallum* in chora τ) iuxta ordinem receptionis habet. υ) Vnde canonistarum definitio recentior orta, quod CANONICVS sit *clericus, qui habet stallum in choro et vocem in capitulo*, φ) cum participatione diuinorum: φφ) illud quidem propter officium pre-

ϱ) SCHATEN *in annal. Paderb. ad ann.* 1260.

σ) In *Stat.* XI. *eccles. colleg. Magdeburg. S. Sebastiani* hæc residentiæ primæ ratio præscripta: *Quilibet canonicus - - antequam fiat particeps redituum, fructuum, et capitularium emolumentorum, suam residentiam in districtu et iurisdictione cleri, et noui fori per maiorem partem vnius anni scilicet per* 27. *hebdomadas continuas a die intimatæ residentiæ, extra muros ciuitatis et extra districtum cleri non pernoctando, et per primas quatuor septimanas omnes horas canonicas consuetas singulis diebus; postea vero per reliquum tempus, quolibet die semel, aut matutinis aut vespertinis precibus visitando, facere tenentur.*

τ) *Stallus* idem quod *statio*, etiam lanii, propolæ; *c.* 69. *X. de appell.* Hic vero speciatim *stallus* est *sedes in choro*, et sic *installari* dicitur, qui in possessionem mittitur. *c.* 43. *X. de simon.*

υ) Vetus statutum adducit ANTON. MATTHAEI *in fundat. et fat. eccles. Vltrai. lib.* I. *fund* 1. *in f.*

φ) *c.* 19. 22. *in f. c* 25. *X. de præb. c* 2. *X. de renunc. c.* 56. *X. de elect.*

φφ) *c.* 9. *c.* 19. *X. de præbend.*

etiam fucus excogitatus, his aditum ad beneficia *per indirectum* parandi, ne pontificibus deesset occasio, his ex thesauro ecclesiastico benefaciendi, tum per *commendas*, tum per *pensiones*. Sunt enim beneficia vel *titulata* vel *commendata*. Illa prouisis clericis in *titulum* pro *ordinario salario* data dicuntur, quod vi *officii sacri*, quo iure ordinario gaudent, ea possideant, et ecclesiae, quibus *vi officii* inseruiunt, *tituli* vocatae sint. χ) Tandem etiam ipsa beneficia *titulata* dicta sunt, quae clerici *vi officii* et sic *iure suo*, non alieno, possident. His opponuntur *commendata*, quae *iure administrationis*, *custodiae* χχ) et *fiduciario* quis possidet ad tempus, quamdiu vacant. Ne enim vacans officium quiesceret, *prouisionaliter* interim clericis commendari eius cura debuit, ψ) licet vel maxime *titulato beneficio* iam prouisis, quia haec prouisio tantum olim ad tempus facta, nec ex eo multiplicatio *beneficiorum* inducta.

§. V.

VERVM quod rationem habuit in *prouisione temporali* ratione *beneficiorum vacantium*, pedetentim in abusum tractum, atque in morem abiit, ex paparum indulgentia, beneficio proprio prouiso, plura beneficia in perpetuum *commendandi*, vt vnum iure *proprio* seu *tituli:* reliqua iure *commendationis* vel *administrationis* detineret, eisque frueretur. ω) Hunc abusum et commisit et simul postea abolere studuit

χ) *tom. II. h. t.* §. 131. Conf. *c. f. D.* 70.

χχ) *c. f. X. de instit. c.* 2. *X. de aetat. et qual. et ord. praef.*

ψ) qui olim *visitatores* dicti, vacanti episcopatui interim prouidentes. *c.* 16. *D.* 61.

ω) *c.* 54. *de elect.*

MENS V; α) sed frustra, vt nequidem
Tridentino β) emendari potuerit. Epi-
dem vltra *sex menses*, h. e. quamdiu *va-*
ficia, commendare ea nequeunt: γ) ast
etiam *in perpetuum*, qui hanc potesta-
adimi haud passus est. Denique com-
ic etiam monasteria et prioratus in Gal-
a inhabilibus, et *laicis*, quod ea dican-
lere *iure administratorio* seu *alieno*, non
. Atque hoc modo *laici* beneficiorum
ieri possunt, δ) *vicarium* constituentes,
ium sacrum peragat, vel monasteriis
)

§. VI.

AM ob rem beneficia in perpetuum iu-
ndationis clericis assignata parum a *ti-*
fferunt, quod *commendatarius* idem fere
ius,

2. *extrav. comm.*
ub commendæ vel
curæ vel guardiæ,
strationis titulo.
XV. *de regul. c.* 21.
fficilem temporum
.
de elect. in 6.
etiam simile quid
reges Francorum,
et altaria laicis mi-
mendando, de quo
VILESACVS *de sa-*
to. Hic mos ita
temperatus est, vt
ltum denominaret
anæ, papa vero
, etiam inhabili-
bus, vt *clericis secularibus*,
cardinalibus, et *laicis illustri-*
bus commendaret. LEVREN.
in *for. benef. tom. II. qu.* 127.
n. 1. *in f.*

ε) His præest, *vicario iure*,
prior claustralis in Gallia, cui
vnice cura disciplinæ incum-
bit, non concurrente com-
mendatario, si *cardinales com-*
mendatarios exceperis, obser-
vante ESPENIO *P.* 1. *iur. eccl.*
tit. 31. *c.* 7. §. 45. Etenim
etiam *seculares clerici* titulo
commendæ monasteria et prio-
ratus possident, maxime *car-*
dinales, aliique clerici in di-
gnitate eximia constituti.

ius, quod *titulatus*, habeat, ζ) nisi quod commendatarius *per alium* officium commendatum expleat, ipse autem reditus potiores percipiat. Illustrior adhuc conuenientia apparet in *commendaturis*, quae ordinum militarium sodalibus conferuntur ab eorum capitibus. Sunt haec ad *beneficia ecclesiastica* relata; quia vero possessores earum, quibus conferuntur, *militiam* profitentur, et ita secundum quid *laici* et *inhabiles* videbantur, quibus *beneficia* talia conferri possent, maluerunt secundum morem illius aeui, quo nata sunt, ea militibus *commendare* quam *conferre*, vnde *commendaturae* vel *commendae*, dicta. Differunt vero a *commendis papalibus*, η) quae *dispensatiue* inhabilibus conferuntur, quod (a) haec *iure ordinario* conferantur a capitibus ordinum militarium, h. e. a baliuiis, prioribus, seu commendatariis prouincialibus: (b) quod non aliis, quam equitibus horum ordinum conferantur, et magis *titulata* beneficia sint, quam *commendata*: (c) quod recepti in numerum horum equitum, data occasione, horum beneficiorum participes fiant, interim vero in *herbis* et *exspectiuarii* esse dicantur, secundum senium in commendatura promissa succedentes. Litteras ipsas exspectatiuae *primarium* vocare solent.

§. VII.

QVIA *canonici* quoque *clerici* sunt, his quoque stipendia ecclesiastica debentur. Olim ex *communibus* alebantur *bonis*, victum et vestitum ex

ζ) B. de COCCEII *de titulor. et commend. conuenientia* §. 24.

η) *tom. II. h. t.* §. 150.

ex illis accipientes, titulo *præbendæ* ϑ), cum *præbere* idem fit ac *præſtare*, *exbibere.* ι) Hoc ſenſu itaque *beneficia* non erant *præbendæ*, æque vt *canonicorum regularium* monachorum victus et amictus. κ) Etenim bona eccleſiarum cathedralium vel *menſæ epiſcopi* vel *capituli* erant aſſignata. λ) Hæc in communi poſſidebantur, vnde ſingulis canonicis *præbebantur* neceſſaria vitæ. λλ) Abiecta vita communia, *menſæ capituli* dicata, diuiſa ſunt inter canonicos, ſingulisque certi reditus *iure perpetuo* aſſignati, et ſic vera *beneficia* introducta, retenta etiam antiqua *præbendarum* appellatione. μ)

§. VIII.

PORRO (II) hoc ius clericis *ſecularibus* datum conſiſtit in *perceptione plenaria certorum redituum eccleſiaſticorum*, quos ſuos faciunt iure ſtipendii vel *ſalarii*. Beneficiis nondum introductis, ſinguli ex communibus bonis plus lucrari non poterant, quam ad *vitæ neceſſitatem* deſiderabatur, adeoque quæ poſt mortem ſupererant, ad eccleſiam reuertebantur. ν) Aſt, *beneficiis* introductis, plus iuris in reditibus beneficiatis

ϑ) *c.* 16. *X. de V. S.*

ι) *L.* 19. *de teſtib.*

κ) *c.* 9. X. *de vita boneſt. cler.*

λ) *c.* 8. *et* 10. *X. de reb. eccleſ. non alien.*

λλ) inde canonici dicebantur *præbendarii* in *c. f. D.* 70.

μ) *c.* 8. *X. h. t. c.* 9. *eod.* ibi: *non eſt congruum, vt præbenda careat, qui in canonicum neſcitur receptus*, h. e. vt beneficio careat. Hinc dicitur *præbendale beneficium. c.* 30. *X. de reſcript.*

ν) Huc adhuc collineat deciſio pontificis in *c.* 8. *et* 12. *X. de teſtam.*

ficiatis concedi debuit, vt veri domini eorum optimo iure censeri debeant, ξ) quod titulus *salarii* vel *beneficii certi* sit titulus *dominii acquisitiuus*, inspecta etiam *ratione naturali* et feudali.

§. IX.

QVA de causa (a) *beneficia* et *præbendæ divisionem* aut *sectionem* haud patiuntur, o) nec *minorationem* admittunt; π) *Iure* enim *perpetuo* hi reditus officio sacro *auctoritate episcopali* sunt destinati, adeoque æquum, vt quilibet prouisus *integros fructus* percipiat, quos plerique vnice captant. ϱ) Sectio tamen talis vel diuisio permissa est (1) auctoritate episcopali, et (2) iusta causa accedente, σ) cum hoc modo nouum beneficium erigatur, vel numerus præbendarum augeatur. τ) Huc pertinet, si olim vnita rursus dissoluuntur, quod duobus sufficiant: υ) si parochia insigniter aucta, vt omnes parochianos ferre nequeat: φ) si distantia loci nimia, vbi *filia vnita*

ξ) ZIEGLER *de dote eccles.* c. XI. §. 37. *seqq.*

o) c. 8. 20. 21. 25. 26. 36. X. *h. t.*

π) c. 10. c. 26. X. *h. t.*

ϱ) Propter hos enim psallunt, et rem diuinam faciunt, imo plurimorum canonicorum DEVS est *præbenda*, vt in *fragment.* MENANDRI a CLERICO editis *p.* 5. *quod enim me alit, hoc iudico esse Deum.* Pariter TERENTIVS *in Phormion. act. II. sc.* 2. *vers.* 10. aiens: *Ea qui* PRAEBET, *non tu hunc habeas præsentem plane DEVM?*

σ) c. 10. X. *h. t.* ibi: *sine consensu archiepiscopi vestri* c. 26. X. *h. t.* ibi: *nisi rationabili causa.*

τ) c. 25. X. *h. t.* ibi: *quoddam ius spirituale de nouo creando.*

υ) NICOLAI *in resol. casuum dubior.* II. *n.* 20.

φ) c. 53. C. 16. *q.* 1.

ta eſt, hoc ſuadeat, χ) eccleſia matre bonis abundante. Audiendi quoque ſunt, (3) quorum intereſt, quales in *parochia* diuidenda ſunt *parochiani:* in præbenda capitulari, *capitulum:* in eccleſia patronata, *patronus.* ψ) Tandem (4) cavendum, ne contra *legem publicam imperii*, quæ nonnunquam numerum præbendarum augeri vetat, ω) fiat. In territoriis proteſtantium talis diviſio, quatenus per leges permiſſa, fit auctoritate principis, vel ſenatus ſupremi eccleſiaſtici, non item conſiſtoriorum. ωω)

§. X.

EX eodem principio (b) præterea fluit, heredibus defuncti canonici vel aliter prouiſi cedere *fructus vltimi anni*, quatenus *iure perfecto* defuncto debiti fuerunt, qui *deſeruiti* vulgo vocantur. α) Nam inter proteſtantes hi indubie cedunt heredibus; inter catholicos vero *conſuetudo* vel *ſtatutum* plerorumque capitulorum clericis eosdem prorſus appropriauit, quod, *beneficiis* conſtitutis, rationem fundatam habet. β)

§. XI.

χ) *c.* 3. *X. de eccleſ. ædif. vel repar.* ibi: *quod villa tantum prohibetur ab eccleſia diſtare, vt tempore hyemali, cum pluviæ inundant, non poſſint parochiani ſine magna difficultate eam adire.*

ψ) NICOLAI *cit l. n.* 37.

ω) veluti in capitulis mixtæ religionis per *art. V. pac. Oſnabr.* §. 20. *et* 23.

ωω) NICOLAI *cit. l. n.* 91.

α) quod defunctus eccleſiæ *deſeruierit*, ſeu officio iam functus, cuius fructus hi reditus ſunt. *c.* 5. *et* 35. *X. h. t.*

β) Facit huius *conſuetudinis* mentionem *Ioannes XXII. in c.* 2. *extrau. de elect.* eamque haud improbat, quamuis pugnare videatur cum *c.* 8. *X. de teſtam.*

§. XI.

DEBENTVR videlicet beneficia pro *officio præstito*, et sic *ob caussam*, adeoque fructus eorundem, inspecta ratione naturali, in tantum debentur eius heredibus, in quantum officio *per vltimum annum* functus est. γ) Primario ad *initium anni* respiciendum est, et ex eo iudicandum, an et quatenus fructus illius anni suos fecerit defunctus. In *capitulis* hunc in finem, prout supra dictum, δ) anni initia, quibus canonici residentiam intimare et officium inchoare debent, sunt determinata, quo etiam reuoluto anno *residentiam* finiunt, et ita fructus præcedentis anni suos fecerunt, vt in heredes transmittere possint. ε) Anni hi *capitulares anni* admodum variant, ex statutis capitularibus addiscendi. ζ)

§. XII.

γ) Argumento ducto a dote marito data secundum *l. 7. D. solut. matrimon.* conf. *spec. Saxon. lib.* 1. *art.* 27.

δ) *tit. praeced.* §. *VII.*

ε) *tom. II. h. t.* §. 257. et §. 281. *sqq.*

ζ) Vid. supra *tit. praeced.* §. 7. In ecclesiis Halberstad. & Hildesiensibus terminus ordinarius est *vigilia S. Iacobi.* Sæpe adeo reditus variant, vt his peculiares termini, quibus dies eorum cedit, sint constituti, vt in *stat. antiq. Halberstad.* de anno 1510. apud LVNIG. *P. II. spicil. eccles. in append. n.* 63. *p.* 54. In statutis Bremens. *de an.* 1617. *c. IV. stat.* 5. apud LVNIGIVM *contin. III. spicil. eccl. p.* 963. dies *Petri ad cathedram* constitutus est, vt qui hunc superuixerit *ad pulsum primarium* vel *horam nonam antemeridianam*, illi cedant fructus integri illius anni, vel eius heredibus. In statut. Camin. *de anno* 1573. *P. V. c. XIII.* apud EVNDEM *cit. l. in append. p.* 33. laxior ambitus est constitutus: *Si post festum Baptistæ aliquis canonicorum decesserit, nimirum post*

§. XII.

QVOD si intra hunc annum decesserit vel
iauerit, statutis deficientibus, pro rata eius
it fructus heredibus vel resignanti, quippe
ructibus deseruitis renunciasse haud cense-
Pariter etiam in *ecclesiis parochialibus* quan-
e anni initium determinatum est, veluti *fe-
Michaelis* in ecclesiis Saxonicis *η*) et Mag-
gicis; *θ*) quo praefixo, non ad tempus *per-
nis*, vt in vsufructu, sed ad *hunc terminum*
ciendum, vt reditus pro deseruitis habean-
icet post illum demum illorum dies cedat.
iino hoc deficiente, *anni initium* naturaliter
iutandum a tempore suscepti muneris sacri,
pro rata temporis, quo vltimo anno vixit,
is istius anni pro rata heredibus, vt *deserui-
edunt*, *ι*) exclusis *lucris accidentalibus*, pro
io certo debitis, quae in diuisionem anni de-
i haud veniunt.

§. XIII.

m *Ioannis Baptistae vs-
l Calendas Ianuarii ex-
computando*, *hinc ille
in quo diem obierit*, *dici-
ilge deseruitus*; *nam eo
ue obitum iam prouentus
anni promeruisse cense-
eoque heredes istum an-
raecipuum habent*, *tan-
deseruitum*. Si autem
ndis Ianuarii vsque ad
Baptistae *inclusiue* de-
t, tunc heredes defun-
onici annum gratiae per-
t, de quo infra. *Statuta
ccensia c.* 35. apud Ill.
Dn. de LVDEWIG *tom.* X.
reliq. MSCt. p. 115. fere in
termino conueniunt, sed in
aliis discrepant, accuratius ta-
men determinant, quatenus
pro rata hos vel illos reditus
ad heredes transmittant cano-
nici defuncti.

η) CARPZ. *in iurisprud.
consist. lib. I. def.* 172.

θ) *ordin. eccl. Magdeb. c.*
XX. §. 18. *sqq.* conf. *tom. II.
h. t.* §. 262.

ι) De ipsa distributione di-
xi *tom. II. h. t.* §. 276.

§. XIII.

VLTERIVS ad *naturam beneficiorum* (III) pertinet κ) vt *iure perpetuo et auctoritate ſacra reditus certi officio ſacro addicti fuerint.* Primum ergo eſt, vt *reditus certorum bonorum iure perpetuo* officio ſacro deputentur, quod ipſum officium ſacrum *perpetuum* ſit, nec *ad tempus* alicui detur, ſed *iure perpetuo*, quamdiu viuit, ei aſſignetur.

§. XIV.

IN hoc differunt beneficia a PENSIONIBVS, quæ ſunt *delibationes beneficiorum, quando ex eo, quod vniuerſum beneficiarii foret,* λ) *portio quædam ex gratia ſuperioris alicui, ſimpliciter etiam et ſine cauſa, extra ordinem ad vitam confertur.* Sunt ergo quædam beneficiorum *ſeruitutes*, quæ ſæpe adeo pinguia ſunt, vt diminutionem patiantur, et certa quantitas, vni alteriue ex gratia ſuperioris inde præſtanda ad vitæ tempus aſſignari queat. Proinde morte *beneficiarii* non extinguitur, ſed cum beneficio in ſucceſſorem tranſit hoc onus. Extinguitur tamen *morte* vel *ſpontanea remiſſione* penſionarii, quo facto, beneficium hoc onere liberatur. μ)

§. XV.

CONCEDVNTVR, etiam ſine vllo *miniſterio* eccleſiaſtico præſtando, vel (1) ex *ſola gratia* pontificis

κ) ſecundum definitionem §. *III.* traditam. Vnde beneficia *manualia* huc non ſpectant. LOTTER *de re benef. lib. I. q.* 33. reprobata in *c.* 2. *X. de neglig. prælat.*

λ) vid. l. 117. *de legat.* 2. ad cuius imitationem DVARENVS *lib. VI. de miniſtr. eccleſ. ſeu benef. c.* 4. *penſionum* definitionem, ſed minus complete format.

μ) Vid. TONDVT. *de penſion.*

ficis aut alterius antiſtitis ad vitæ ſuſtentationem, cuius gratiæ etiam *laici pauperes* ν) capaces ſunt, militesque, quatenus per *leges* id licet, in quarum fraudem id fieri nequit. ξ) Atque ita pontifex contra *concordata* beneficiis in Germania hoc onus imponere nequit. Vel (II) etiam conceduntur ob *cauſam præcedentem*, *pro bono pacis et vtilitatis*, ο) inter duos de beneficio litigantes: aut (III) ob *valetudinem ſeniumque* eius, qui renunciat beneficio in fauorem tertii ſubſtituti, reſeruata ſibi penſione: aut (IV) denique ob *permutationem beneficiorum*, quorum alterum longe pinguius eſt altero: quo caſu cum conſenſu pontificis ex *pinguiori* ſolet alteri reſeruari penſio. π) Hæ poſterioris generis penſiones ſolis *clericis* debentur; morte tamen penſionarii exſpirant, nec *beneficii* nomine comprehenduntur. ϱ)

§. XVI.

DENIQVE (V) dantur *penſiones*, quæ *perpetuis vicariis* ex parochiis conceduntur ob munus ſacrum, ibidem præſtandum, quæ proximius ad *beneficia* accedunt; σ) non tamen iis annumerantur, ne vnius beneficii duo intitulati eſſent. τ)

§. XVII.

ν) Imo ſecundum diſciplinam antiquam ſæpe magis capaces quam *clerici*, quia ſunt *bona pauperum*.

ξ) *c.* 30. *in f.* X. *h. t.*

ο) vt dicitur in *c.* 2. X. *h. t.* *non quidem ex pacto partium, ſed ex iuſſione iudicum delegatorum*. conf. *c.* 31. *de reſcript.*

π) Vid. DVARENVS *cit. tr. lib.* 6. *c.* 4.

ϱ) *c.* 4. *h. t. in* 6.

σ) *c.* 12. 30. 31. X. *h. t. c.* 1. *de capell. monach. in* 6. *c.* 27. X. *de reſcript.*

τ) *c.* 15. X. *h. t.* CORVINVS *de perſon. et benef. eccleſ. lib. IV. tit. II. n.* 6. Breuiter nomen *beneficii* tantum illis negatur, res ipſa adeſt.

§. XVII.

ALTERVM eſt, vt *auctoritate ſacra* vel *pontificis* vel *epiſcopi* hæc beneficia erigantur. Debentur hæc ob *officium publicum ſacrum*, cuius erectio *publica auctoritate eccleſiaſtica* fieri debet, et ſic quoque determinatio ſtipendii eccleſiaſtici. Singulis quidem integrum eſt, teſtamento vel alia oblatione bona ad nouum officium fundandum deputare; vt tamen rationem *beneficii eccleſiaſtici* accipiant, auctoritate ſacra perficiendum. ττ)

§. XVIII.

ILLIVS *auctoritas ſacra* deſideratur, cui beneficia fundanda ſubſunt. *Epiſcoporum* quidem ſufficit in *erectione* beneficiorum ſuæ diœceſeos, υ) vel etiam *transmutatione;* quamuis *ſine probabili cauſa* hæc in deterius fieri nequeat. φ) *Pontificis* autem auctoritas iure nouo deſideratur in epiſcopatus, patriarchatus, archiepiſcopatusque erectione, vt nec legati a latere auctoritas ſufficiat. χ) Olim quidem imperatorum regumque auctoritas in fundandis epiſcopatibus et archiepiſcopatibus plurimum præſtabat, ψ) ceu exem-

ττ) *c.* 9. *de conſecr. D.* I.

υ) *c.* 8. *X. de exceſſ. prælat.*

φ) *c.* 3. *X. de relig. domib.* ibi: *ſed ſi regulares defuerint, propter eorum defectum in eis ſeculares clerici poterunt ordinari.*

χ) *c.* 4. *X. de offic. legat. c.* 8. *X. de exceſſ. prælat.* Exemplum recentiſſimum eſt in erectione *archiepiſcopatus Viennenſis.*

ψ) M. A. de DOMINIS *de republ. eccleſ. lib. VI. c.* 5. §. 136. *ſqq.*

mpla docent; vt plurimum tamen *synodi pro-rinalis* vel *curiæ Romanæ* auctoritas accessit, vt us robur acciperet. ω)

§. XIX.

QVIA (IV) beneficium est *stipendium eccle-sticum*, quod *ob causam* datur, necesse est, *vt feratur clerico propter officium sacrum*, cuius pendium est. α) Et quia propter hoc mini-ria sacra plerique ambiunt, vsu receptum est, voce *beneficii* vel *præbendæ* simul ipsum *offi-m sacrum* designetur, quia correlata sunt, vt gulariter alterum absque altero esse non debe- β) Inde(1) non censebatur olim congruum, careret præbenda, qui in numerum *canoni-um* erat receptus, γ) adeoque in *concilio La-anensi*, sub ALEXANDRO III. *anno 1179.* cele-ato, prohibitum, ne ecclesiastica ministeria vel neficia alicui promitterentur, antequam vaca-nt, δ) h. e. ne *officii sacri* quis particeps fieret, tequam stipendium sacrum ei assignari posset. ihilominus tamen pruritus ambiendi *beneficia* ecit, vt in capitulis, vbi *certus numerus* cano-corum est, δδ) *supernumerarii* recepti fue-nt, sub spe accipiendæ præbendæ, vbi vacaue-rint

ω) et ita magis ex regulis identiæ et consilii. Conf. TRVS de MARCA *de con-d. sacerd. et imper. lib. II.* 9.

α) *c. f. de rescript. in. 6.*

β) *c. 9. X. h. t.*

γ) *cit. c. 9. h. t.*

δ) *c. 2. de concess. præb. et eccles. non vac.*

δδ) *c. 25. X. h. t.*

rint. Inde dantur *canonici* sine præbenda præsente, dantur cum præbenda. Hi dicuntur canonici *in floribus* et *maiores*, quod *plene participantes* et *intra numerum* sint, curiasque possideant et optent, ad capitula admittendi. Illi dicuntur *minores*, *in herbis*, atque in *spe certa* et *radicata* ε) accipiendi præbendam constituti, minutiores quosdam reditus vt plurimum percipientes, quos *minores præbendas* vocant, secundum *senium* ad maiores præbendas, vbi vacant, promouendi. Ab his adhuc differunt *electi*, seu designati a capitulo in futuros canonicos, sed in horum numerum haud recepti. εε) Mores et statuta capitulorum hic admodum variant, nec cum *iure canonico* in omnibus conspirant. ζ)

§. XX.

PRAETEREA (2) prout *officia sacra* varie diuiduntur, ita quoque *beneficia*. Hæc enim sunt vel *maiora* vel *minora*. *Illa* dignitatem *imperio sacro munitam* adiunctam habent, atque ordinarie *electiua* sunt, vt pontificatus, cardinalatus, patriarchatus, primatus, archiepiscopatus, episcopatus, prælaturæ, præposituræ, decanatus, archidiaconatus, archipresbyteratus, cetera. *Minora*, ζζ) quæ tali dignitate *imperio sacro* munita carent, licet simplicem habeant præeminentiam,

ε) *c.* 19. *X. h. t.*

εε) *tom. II. h. t.* §. 79.

ζ) *c.* 19. *X. h. t.* ibi: *videtur indignum*, *vt receptus in canonicum præbenda beneficio defraudetur.* Hoc tamen hodie non videtur indignum.

ζζ) Horum fit mentio in *c.* 8. *X. de rescript.*

tiam, quorſum *capitularium* beneficia pertinent η) et quæ *perſonatum* annexum habent. Porro beneficia ſunt vel *curata*, quæ *curam animarum* ϑ) vel *curam* tantum *in clerum* ι) annexam habent: vel *non-curata* ſeu *ſimplicia*, quæ officium precum, et horarum canonicarum duntaxat, vel miſſæ annexum habent, κ) qualia hodie ſunt vt plurimum *canonicorum* et *altariſtarum* beneficia. Præterea beneficia ſunt vel *regularia* vel *ſecularia*. Illa debentur perſonis regulam profeſſis, vt canonicis regularibus, et *ſecularibus* regulariter conferri non poſſint, niſi pontificis decreto *diſpenſatiue* commendentur. λ) *Secularia* dicuntur, quæ ex fundatione et prima inſtitutione ſecularibus clericis conferenda. μ)

§. XXI.

PRAETEREA a *modo* ad illa perueniendi ſunt vel *electiua*, vel *collatiua*. Illa per viam *electionis ſollemnis* in electum tranſeunt, vt *maiora*: hæc vero per ſimplicem *dationem*, *donationem*, ν) vel *prouiſionem*, vtplurimum et *primordialiter* ab vno factam, vel etiam a collegio, non tamen ſollemni forma electionis ſeruata, transferun-

η) c. 12. *de reſcript. in* 6.

ϑ) *clem.* 2. *de ſepult. verſ. verum.*

ι) *c.* 1. *X. de offic. archid. c.* 1. *de offic. archipresb. c.* 6. *h. t. in* 6; nam *inſpectio in clerum* ſpiritualis dicitur.

κ) *c. f. X. h. t.* Dicuntur *ſacerdotales prabenda. c.* 11. *X. de conceſſ prab.*

λ) *c.* 5. *h. t. in* 6.

μ) *clem.* 1. *de ſupplend. neglig. pral.*

ν) *c.* 28. *X. h. t.*

ferUntur. Vnde *beneficia collatiua* etiam capitulum vel ſolum vel cum epiſcopo confert. ξ) Collatiua porro ſunt vel *libera*, nullius præſentationi ſubiecta: vel *patronata*, præſentationi patroni obnoxia. Singula beneficia peculiarem indolem et iura habent. Denique beneficia ſunt vel *mediata*, vel *immediata*, et quidem vel intuitu *hierarchiæ*, vel *imperii noſtri*. Priori reſpectu *mediata* dicuntur, quæ *epiſcopis* ſubſunt; *immediata*, quæ immediate *curiæ Romanæ* parent, vt ſunt exemta beneficia. Poſteriori reſpectu ο) *immediata* dicuntur, quæ immediate poſſeſſorem Cæſari et imperio ſubiiciunt: *mediata* vero, quæ in ſtatuum territoriis, eisque *ſecundum quid* ſubſunt. Illa gaudent *ſuperioritate territoriali* regulariter: non æque hæc, quamuis *ſtatus prouinciales* eſſe queant, quales ſunt prælati mediati et eccleſiæ collegiatæ. Alia differentia occurrit, quoad ius *primariarum precum*, π) et *ius circa ſacra* ρ) etc.

§. XXII.

DENIQVE (3) quia *officia ſacra* realem perſonarum præſentiam et functionem deſiderant, σ) *multitudo officiorum ſacrorum* et beneficiorum in vno eodemque ſubiecto *canonibus inimica* dicitur. τ) Vnde (a) ſi de beneficio iam prouiſus,

ξ) *c. 2. ne ſede vac. in 6. c. 2. X. eod.*

ο) qui potiſſimum occurrit in *I. P. art. V.* §. 14. *ſqq.* 25. conf. *tom. II. h. t.* §. 128.

π) *I. P. art. V.* §. 18. 48.

ρ) *I. P. art. V.* §. 30. 54.

σ) *c.* 11. *X. h. t.*

τ) *c. 5. X. h. t.* ibi: *quæ diſſolutionis materiam et euagationis*

l, mandatum de prouidendo a pontifice ac-
:, in quo beneficii iam possessi mentio haud
, mandatum tale haud exequendum. υ) (b)
ptando nouum beneficium, maxime cura-
prius vacat, *ipso iure*, et alteri potest con-
; φ) nisi forsan beneficii nouiter collati fru-
s ad aliquot annos carere debeat. χ) (c)
ula officia singulis personis sunt committen-
t vna ecclesia debet esse vnius sacerdotis. ψ)

§. XXIII.

SED non desunt viae, eludendi hanc cano-
sanctionem. Etenim plura beneficia lici-
quiruntur (1) per viam *dispensationis papalis*,
o impetrans nullum, nequidem modicum
ficium subticuit in precibus. ω) Atque hoc
o hodie plures episcopatus possidentur ab
ratione status ecclesiastici id exigente. (2)
iam *commendationis*, quod commendata dun-
iure *administrationis* concessa fingantur, de
fuco supra α) actum.

§. XXIV.

nducit. *c*. 13. *X*. *h*. *t*. ibi: *ngula officia in ecclesiis tatem exigant persona-* . 28. *X*. *h*. *t*. Additur 5. *X*. *eod*. consuetudi- contrariam in ecclesiis nis irrepsisse, eamque ultitudine delinquen- on potuisse emendari.

6. *X*. *h*. *t*.

. 28. *X* *h*. *t*. *c*. 4. *extrau*. *h*. *t*. *c*. 32. *h*. *t*. *in* 6.

c. 26. *h*. *t*. *in* 6.

ψ) *c*. 15. *X*. *h*. *t*. *c*. 32. *h*. *t*. *in* 6.

ω) *c*. 26. 21. 28. *h*. *t*. *in* 6. *c*. 8. *X*. *de rescript*.

α) conf. DVARENVS *de SS. minist*. *lib*. *V*. *c*. 7. Atque ita prospicit pontifex cardinalibus, assignando pensiones, commendando prioratus, dispensando, *c*. 28. *h* imo in eorum fauorem vniendo beneficia.

§. XXIV.

DENIQVE (3) per viam *vnionis* et *incorporationis*, si ex pluribus *vnum beneficium* construitur, multitudo beneficiorum callide vtplurimum tegitur. β) Abusum γ) vnionis hic tantum noto: legitimum vsum non improbo. Videlicet VNIO BENEFICIORVM *est duorum pluriumue beneficiorum vel ecclesiarum ex iusta caussa auctoritate sacra facta coadunatio, vt, quae antea diuersa erant, in posterum pro vno habeantur, et vni conferri possint.* Ante omnia requiritur (1) *auctoritas sacra*, siue pontificis, siue episcoporum, intuitu quorum actus *legis dioecesanae* est. Pontifex quidem *maiora beneficia*, vt episcopatus, vnit consilio cardinalium adhibito; δ) non tamen olim nec hodie sine consensu regum. ε) Episcopi pariter sua auctoritate ecclesias suae dioeceseos vnire queunt, ζ) cum consensu capituli: η) non solum capitulum sede vacante, nisi ea tantum beneficia, quae ad illius *ordi-*

β) vid. *c.* 12. 30. 33. X. *h. t.*

γ) Abusum ingenue aperit PAVLVS SARPIVS *in histor. concil. Trident. lib. II. c.* 88. ibique PETRVS FRANCISCVS COVRAYERIVS *in not. n.* 97. vbi rationes adducit, ob quas ille eliminari haud potuerit. conf. *c.* 1. X. *ne sed. vac. c.* 9. *de his, quae fiunt a prael.*

δ) Exemplum occurrit in vnione episcopatuum *Portuensis et S. Rufinae*, cuius rationes et historiam enarrat GREGORIVS IX. in bulla *de a.* 1236. apud VGHELL. *tom.* I. *Ital. sacrae p.* 130. *nouiss. edit.* ibi: *quibus supra dictus antecessor rationibus inuitatus, de communi fratrum suorum consilio, praenotatas vniuit ecclesias, et ab vno ex tunc antistite constituit gubernandas.*

ε) P. de MARCA *lib. IV de conc. S. et imp. c.* 13.

ζ) *c.* 8. X. *de excessib. praelat.*

η) *clem.* 2. *de reb. eccl. non alien.*

ordinariam collationem ſpectant. ϑ) Huic conſequens eſt, vt ſi vnienda beneficia in diuerſis diœceſibus ſint, conſenſus vtriusque deſideretur. Quieſcit hæc epiſcopalis iurisdictio in proteſtantium terris, in quorum vnionibus principes auctoritatem immediate, excluſo etiam conſiſtorio, interponunt, cum nec *vicarius generalis* ſine *ſpeciali delegatione* vniones peragere queat. ι)

§. XXV.

CONSENSVS quoque (2) eorum, quorum intereſt, requirendus, vt *patronorum*, quorum iuri per vnionem officitur: κ) item *parochianorum* in eccleſiis parochialibus vniendis. Non aliter vero, quam (3) ſuadente *iuſta cauſa* ſuſcipienda, λ) h. e. ob *vtilitatem et neceſſitatem eccleſiæ*, μ) non ob ſolam commodiorem cleri paſturam, ob quam infiniti abuſus, pro palliands beneficiorum pluralitate, nihilominus irrepſerunt, et effecerunt, vt reditus potiores eccleſiarum aliis beneficiis iunctarum his cederent, qui illis

ϑ) *c. 2. X. ne ſede vac. aliq. innou.*

ι) LEVREN. *de vicar. epiſc. qu.* 228.

κ) *tom. II. h. t.* §. 200.

λ) *c. f. D.* 70. Talis iuſta cauſa adducta in diplomate GREGORII IX. *cit.* apud VGHELL. *cit. l.*

μ) *c.* 33. *X. h. t.* ibi: *Si* EVIDENS *neceſſitas vel vtilitas exigat, præbendas eccleſiæ tuæ poteris de capellis in perpetuum annectendis eisdem augmentare, reſeruata congrua capellarum presbyteris portione.* conf. *c.* 4. *X. de ætat. et qual. et ord. præfic.*

illis pascuntur, cura autem ineptis et famelicis relinqueretur. ν) Denique (4) accedere debet sollemne *decretum*, quo in futurum et *doceri* et *legitimari* possit vnio. Quae enim *sub - et obreptitie* impetratae, merito ex postfacto rescindendae. ξ)

§. XXVI.

INTER protestantes datur etiam *vnio pactitia*, sine auctoritate superioris suscepta ob calamitatem publicam, si quaedam ecclesia *pro tempore* inidonea sit ad sustentandum parochum. ο) Hoc casu quandoque ecclesiae depauperatae *per pactum* sese iunxerunt olim alteri ecclesiae vicinae ad vitam illius parochi, vt hoc defuncto vel ad priorem statum *libertatis* reuerti, vel alteri ecclesiae se iungere possent. π) Atque eam ob rem principalis ecclesia dicitur *mater vagans*, atque vnio ipsa est magis *arbitraria* ad vitam solius parochi facta, in quem iuncta ecclesia consensit, vt eo viuente hanc iunctionem mutare nequeat. Eo mortuo libera fit ecclesia vnita, vt *a matre vagante* recedere, haec vero eam dimittere queat, ρ) nulla praescriptione obstante.

§. XXVII.

ν) *c.* 30. *X. h. t.* emendatio quaedam facta *in conc. Trid. sess. XXIV. de reform.* 13.

ξ) exemplum rescissae vnionis adductum est *tom. II. h. t.* §. 202.

ο) Vid. *consult. et decis. tom. I. P. I. arg. VII. n.* 69. *sqq.*

π) conf. *consult. et decis. cit. l. arg.* 92.

ρ) vid. *tom. II. h. t.* §. 204.

§. XXVII.

VNIO ipſa tripliciter fit. (I) Per SVBIECTIONEM, quando duo beneficia ita iunguntur, vt diſtincta maneant in ſe, ſed vni ſubiiciantur rectori, et quidem vnitum *acceſſorie;* vnde *filia eccleſia* vocari ſolet, principalis eccleſia vero *mater* vel *matrix* ϱϱ). Cura vtriusque beneficii incumbit vni eidemque, quam vel exercet *immediate*, quod ratio ſuadet: vel *mediate* per *vicarium perpetuum*, quod contingit, ſi poſſeſſor principalis beneficii illud per ſe regere nequeat, veluti ſi monaſteriis, prælaturis vel canonicatibus hoſpitalibusque parochiæ iunctæ fuerint. σ) Talis vnio merito *odioſa* et *improba* eſt, quia vnice ob quæſtum alterius clerici fit, cui potiores reditus obueniunt, vnitæ autem eccleſiæ a *mercenario* et qualicunque vicario, paucis contento, τ) curentur. Hoc caſu tamen ad officium epiſcopi pertinet, vt nullum vicarium *præſentatum* recipiat, niſi congrua portione υ) *vicario perpetuo* aſſignata. φ)

§. XXVIII.

ϱϱ) *c.* 12. X. *de reſcript.*

σ) *c.* 12. *X. b. t.*

τ) *c.* 30. X. *b. t.* præcipue *monacho. c.* 2. X. *de ſuppl. neglig. præl.*

υ) *c.* 33. *in f.* X. *b. t.*

φ) *c.* 12. X. *b. t.* ibi: *nullum recipias, niſi tantum ei de prouentibus eccleſiæ coram te fuerit aſſignatum, vnde iura epiſcopalia poſſit perſoluere et congruam ſuſtentationem habere.* Si præſentantes hoc neglexerint, diœceſanus *ex officio* congruam determinat. *clem.* 1. *de iure patron.* Ceterum monaſteriis, quibus vnitæ ſunt parochiæ, onera incumbunt, veluti circa *refectionem* aliaque per *clem.* 1. *cit.* conf. *c.* 2. *cit.*

§. XXVIII.

PER hanc vnionem (a) non confunditur iurisdictio beneficiorum in diuersis dioecesibus vel territoriis sitorum, χ) vnde variae conclusiones fluunt. ψ) Neque (b) ius patronatus ratione filiae ecclesiae amittitur, sed in posterum potius *coniunctim*, iuxta modum conuentum, exercetur. ω) Denique (c) vtrumque beneficium separatum quidem manet, vt tamen *vnitum* naturam *filiae* seu *beneficii accessorii* induat, et hoc intuitu *matrem* seu *principale beneficium* sequi dicatur *filia* in eis, quae separatim retinere nequit. α)

§. XXIX.

FIT etiam (II) per *suppressionem* vnio, si (a) vnitum prorsus ratione *sacrorum* ita exstinguitur, vt ex duobus vnum tantum euadat, et ita, si duae parochiae coadunantur, ea, quae alteri iungitur, in vnum coetum cum altera coalescat, propriaque sacra ac ius coetus proprii amittat. Si (b) officio pristino in totum exstincto, bona alteri iunguntur. β) Hoc casu itaque ius

χ) *c.* 2. X. *de relig. domib.*

ψ) relatae *tom.* II. *h. t.* §. 186.

ω) vt euictum *cit. l.* §. 188.

α) HERTIVS *de eccles. filiab.* §. 9. *sqq.*

β) etiam *Academiis*, quae *piis* accensentur causis, quod exemplo illustri NICOLAI V. constat, qui academiae Treuirensi plura beneficia per viam *vnionis* assignauit, teste BROVWERO *in annal. Treuir. ad a.* 1454 *tom. II. p.* 288. *n.* 92. In terris protestantium plura harum vnionum exem-

ius patronatus, olim in beneficio vnito obtinens, perit, quod exstincto beneficio saluum esse nequit, et vniti (die eingepfarreten) in *causis parochialibus* sequi tenentur iurisdictionem beneficii principalis. γ)

§. XXX.

DENIQVE (III) datur vnio per *aequalem coadunationem*, vt neutrum beneficium ab altero dependeat, sed separatas suas rationes retineat, vtrumque tamen *aequaliter* vni subsit, atque hic pro rata temporis in vtroque residere debeat beneficio. Hic modus vero vniendi plura beneficia vnice excogitatus ad pluralitatem beneficiorum palliandam. δ)

§. XXXI.

VTPLVRIMVM vniones hae fiunt in *perpetuum*. Possunt etiam *ad tempus* fieri, ad *vitam beneficiati*, si plus personae, quam ecclesiae voluit *fauere* superior. ε) Haec autem dissoluitur rursus *ipso iure*, morte prouisi, cuius intuitu vnice facta est. Huc etiam pertinet vnio ad *beneplacitum concedentis* facta, quae huius morte

exempla supersunt, bonis monasteriorum extinctorum academiis innctis.

γ) quod illustratum est *tom. II. b. t.* §. 192. *sqq.*

δ) *tom. II. b. t.* §. 194. Exemplum occurrit in *c.* 1. X. *ne sede vac.*

ε) vt dicitur in *c.* 1. *in f. ne sede vac. aliq.*

te exſpirat. ζ) Sed rarius hoc modo vniones a ſuperiore fiunt, adeoque in dubio cenſentur *perpetuæ*. η)

§. XXXII.

DENIQVE ex definitione *beneficii* (V) fluit, prouiſum eo gaudere *ad vitam*, ſeu *quamdiu officio ſacro fungitur*, cuius ſtipendium eſt. Nam etiam *ex accidente*, viuente adhuc prouiſo, beneficium *vacare* poteſt contra intentionem collatoris, veluti (a) reſignatione ϑ): (b) depoſitione ι): (c) matrimonio contracto ab iis, qui tantum in minoribus ordinibus ſunt κ): (d) reſeruato eccleſiaſtico λ): (e) translatione μ): (f) acceptione alterius beneficii ν): (g) denique ſi ad eccleſiam parœcialem admotus intra annum ordinem ſacerdotalem non aſſumſerit. ξ) Regulariter tamen *ad vitam* durat, et *morte prouiſi* demum exſpirat, vt præter fructus *anni deſeruiti* nihil heredibus cedat.

§. XXXIII.

ζ) ex natura *precarii*, quod innuit pontifex in *c.* 5. *de reſcript. in* 6.

η) vt recte CORVINVS *de perſ. et benef. eccl. lib. V. tit.* 10. *n.* 9. cenſet.

ϑ) de qua ſupra *lib. I. tit.* 9. *p.* 72.

ι) *c.* 15. X. *de exceſſ. prælat. c.* 10. *eod.*

κ) *c.* 1. 2. 3. X. *de cleric. coniug.*

λ) *per I. P. art. V.* §. 15. ibi: *excidant ſtatim illi iure ſuo.*

μ) de qua actum *lib. I. tit.* 7. *p.* 63.

ν) *c.* 9. X. *de conceſſ. præb.* ibi: *illa* præbenda *licet non de facto, de iure tamen vacare noſcatur c.* 7. X. *h. t.*

ξ) *c.* 14. *de elect. in* 6.

§. XXXIII.

EXTRA ORDINEM tamen ſtatutis capitulorum *heredibus* debentur *anni gratiae*, poſt annum *deſeruitum*, qui operantur *annos carentiae* in nouiter prouiſis. ο) Vnde hi (a) ad dimittendum prius beneficium non tenentur, durantibus annis *carentiae* noui beneficii collati; ϖ) praeterea (b) certo modo haec ſtatuta reſtricta, ne nouiter prouiſus penitus carere reditibus debeat. ϱ) Annus *gratiae* debetur heredibus defuncti, tum in compenſationem *annorum carentiae:* tum vt ex his reditibus aes alienum defuncti ſolui queat, σ) adeoque ad caſum *reſignationis* extendi nequit. τ) Quandoque ex ſtatuto υ) plures heredibus debentur *anni* gratiae, vulgo die Nachjahre, et quidem

ο) Fit huius iuris mentio in *c.* 2. *extrau. Io. XXII. de elect.* vbi refertur, in nonnullis eccleſiis fuiſſe hactenus obſeruatum, *quod fructus primi vel ſecundi aut alterius cuiuscunque ſequentis anni beneficiorum vacantium in eisdem defuncto vel fabricae aut eccleſiis vel perſonis habentibus annalia, de conſuetudine, priuilegio vel ſtatuto applicentur in totum.*

ϖ) *c.* 26. *h. t. in* 6.

ϱ) in *cit. c.* 2. cautum, vt nihil heredes *vltra ſummam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipſorum conſueuit in ſolutione decimae taxari, exinde percipiant.* Sed in Germania maior eſt auctoritas ſtatutorum capitularium.

σ) vid *ſtatuta capit. Camin. de a.* 1578. *P. V. c.* 13. apud LVNIGIVM *cent. III. in app. p.* 33. vbi vocatur *annus heredum, inter quos vidua haud intelliguntur* eo ſtatuto.

τ) cum viuentis non ſint heredes. conf. STRYK. *de anno gratiae.*

υ) velnti *Bremenſi de anno* 1617. *c. IV. ſtat.* 6. apud LVNIGIVM *cit. l. p.* 963. quo heredibus *tres anni gratiae*, praeterito anno deſeruito, indulti ſunt.

dem vel omnibus, vel tantum quibusdam, φ) quae omnia ex ſtatutorum determinatione dependent. Ex his quoque illud dependet, vtrum heredibus, *qua talibus*, an vero tantum *liberis et viduae* debeantur *iure ſingulari*; χ) vt, licet non ſint defuncti heredes, tamen eo fruantur, excluſis tamen liberis *ſeparatis* et *elocatis*, ψ) niſi aliud *ſtatutis* vel *obſeruantia* introductum. ω)

TIT.

φ) quale exemplum adduxi *tom. II. h. t.* §. 287. vbi diſerte excluſi ſunt *collaterales*.

χ) qualis annus gratiae in *terris proteſtantium* ſaepe in eccleſiis obtinet, de quo dictum *tom. II. h. t. p.* 289. *ſqq*.

ψ) vt *in ordin. Magd. eccl. c.* 20. §. 20. quoad eccleſias parochiales.

ω) CARPZ. *lib. I. iurispr. conſiſt. def.* 211.

TIT. VI.

DE CLERICO AEGROTANTE, VEL DEBILITATO.

SYNOPSIS.

Episcopus curam habere debet clericorum ægrotantium, senio confectorum et debilitatorum. I. *Eis dat coadiutorem, eorumque resignationes recipit, reseruata etiam pensione.* II.

§. I.

Ad *officium episcopale diœcesanum* quoque spectat, *ægrotantium et debilitatorum*, vel *senio confectorum* clericorum *per diœcesin* curam habere, si forsan vel *in totum* vel *in tantum* officio fungi nequeunt. Illuc pertinent grauiter ægrotantes et senes decrepiti: huc vero mutilati, qui licet, ob *superuenientem defectum* in manu, missam celebrare nequeant, ceteris tamen officiis sacerdotalibus fungi non prohibentur. α)

§. II.

Hi vero, qui ob *morbum* vel *senectutem* inhabiles facti sunt, (a) *coadiutores* vel substitutos accipiunt β): (b) nullo modo fructibus beneficiorum suorum priuandi, γ) aut abiiciendi γγ): (c) resignatio ex hac causa iis concedenda δ): (d) etiam

α) *c.* 2. X. *h. t.*

β) *c.* 3. *sqq. h. t.* de quibus supra *lib. I. tit.* 28. §. 4. *sqq.* p. 126. egi.

γ) *c.* 1. X. *h. t.* conf. *tit.* 28. *cit.* §. 4.

γγ) *c.* 1. 3. C. 7. *q.* 1. *c.* 4. *ibid.*

δ) modo talis sit infirmitas, et senectus, *per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale*, vt dicitur in *c.* 10. X. *de renunciat.*

(d) etiam reseruata pensione, ε) auctoritate episcopi vel eius *vicarii*, et in protestantium foris *consistorii* ζ) constituenda.

TIT. VII.

DE INSTITVTIONIBVS.

TIT. VIII.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

SYNOPSIS.

Institutio quid? est vel verbalis vel realis. I. Verbalis seu collatio est vel ordinaria, vel extraordinaria. II. Ordinariam facit episcopus vel libere vel ad praesentationem. III. Praebendas confert vel episcopus vel capitulum, vel vtriusque factum desideratur. IV. Quid si priuatiue capitulum confert? quid si episcopus? quid si episcopus et capitulum coniunctim? V. Facienda collatio intra sex menses sub poena deuolutionis. VI. Conferendae gratis praebendae vacantes; non vacaturae. Admissae tamen sunt tacitae exspectatiuae. VII. Vbi vacat praebenda, seniori inter supernumerarios ea conferenda, si vigilauit. VIII. Quid si is, qui senium habet, sit diuersae religionis? catholicus catholico, et euangelicus euangelico succedit. IX. Post collationem verbalem sequitur realis per symbola et ritus. X. Auctoritate capituli vel episcopi. Hic in institutione reali archidiaconi ministerio vtitur, protestantes ministerio inspectorum. XI. Extraordinaria fit a papa per mandata ac prouidentias stricte accipienda. XII. Per directas colla-

ε) vid. §. 15. *tit. praeced.* p. 353.

ζ) CARPZ. *lib.* I. *iurispr. consist. def.* 153.

es, et reseruationes. Denique per exspectatiuas. XIV. Hæ a reuocari possunt, vt præferatur priori. tandem per concordata Germanicæ potestas restricta. Horum poita. XVI. Secundum conferunt principes suis territoriis. XVII. rdinem quoque confert per primarias preid sint? XVIII. Diferunt a rescriptis pro pensionibus laicis conferendis, quæ vocantur panis- Brieffe. *XIX. Exercet imperator hoc ius semel, etiam mediate per Augustam, et vicarios imperii. XX. Asseritur hoc ius imperatori in pace Osnabrugensi limitato modo. XXI. De effectu harum precum. XXII. Etiam principes imperii ex antiqua obseruantia hoc iure gaudent. Modo vsum antiquum docatur. XXIII.*

§. I.

præbendis et *beneficiis generatim* actum: videndum nunc vlterius, qua ratione legitime conferantur, quod rursus ad *legem* porum *diœcesanam* spectat. Regula enim st: *beneficium ecclesiasticum non potest licinstitutione canonica obtineri. n)* Est veSTITVTIO nihil aliud, *quam canonica cont assignatio officii sacri cum annexo bene*. Estque vel *verbalis* vel *realis:* illa verplurimum *scriptis*, declaratur, qua *ius in ium* prorsus consequi dicitur, vocaturque *collatio. 9)* *Realis* vero est *actus, per verbaliter institutus in possessionem beneficii vel*

1. *de R. I. in 6.* h. e. *onica collatione*, quæ ione *institutionis* veecte obseruat CIRON. *le instit. ab init.* el *donatio in c. f. b. t.* vel *vocatio c. 15. X. de censib.* vel *promissio. c. 6. X. de præb.* Vnde *mandata de prouidendo* nihil aliud sunt, quam *mandata de conferendo beneficio certo subiecto.*

vel officii ſacri conſtituitur: ι) vnde et *corporalis* vocatur. κ) Illa ordinarie ab epiſcopo immediate fit: λ) hæc ab eius *archidiacono* nomine eius *vicario iure*, μ) vel quoad *beneficia canonicorum*, a *Decano capituli* peragitur.

§. II.

COLLATIO ſeu *inſtitutio verbalis* eſt vel *ordinaria*, quæ ſecundum antiqui iuris regulam a diœceſano vel etiam a capitulo ſimiliue prælato μμ) peragitur: vel *extraordinaria*, quæ ex recentioris iuris principiis exercetur a *papa* in quibuscunque diœceſibus, vel certo modo a *Cæſare* aut *principibus imperii* in Germania.

§. III.

ORDINARIAM ex *lege diœceſana* peragit epiſcopus, ſuæ *diœceſeos* princeps, et ſic *officiorum* ſacrorum arbiter, qui propterea *ordinarius beneficiorum collator* dicitur. ν) Atque hæc rurſus eſt vel *libera*, in qua libere deſignat vel eligit ſubiectum, cui beneficium conferat: vel *non libera*, in qua alius, veluti papa vel Cæſar vel *patronus*, ſubiectum deſignat, cui beneficium conferat, de qua infra. ξ)

§. IV.

IN *præbendis canonicorum* quædam mutatio facta, et *conſuetudine* ο) roborata. Fundatur hæc par-

ι) *c. 6. X. h. t.*

κ) *c. 7. X. de offic. archid.*

λ) *c. 4. de offic. archid.*

μ) *c. 7. et 9. X. eod.*

μμ) etiam *mediate. c.* 11. *X. de conceſſ. præb.*

ν) Ipſa appellatio *collationis* hoc deſignat, quæ prædicatur in iure canonico de *ſingulari perſona*, quæ concedit vel donat beneficium. conf. *c. f. X. h. t. c. f. de ſuppl. negl. prælat. in 6. c.* 10. C. 16. *q.* 8.

ξ) *tit. de iure patron.*

ο) *c. 31. in f. de elect.* ibi: quae

partim in *fundationibus*, partim in *diuersitate antiqua bonorum*, mensæ *episcopali* et *capitulari* adscriptorum. Abiecta enim vita communi, præpositis vero bona capituli dilapidantibus, ea canonici inter se distribuerunt, adeoque posthac, conniuentibus episcopis, collationem harum præbendarum in *quibusdam capitulis* sui arbitrii esse crediderunt, vel *in totum* vel *secundum quid*. Vnde has quandoque confert priuatiue *capitulum*: π) quandoque *episcopus* priuatiue: quandoque episcopus *qua talis* ππ) et capitulum coniunctim, ϱ) prout statuta et fundationes determinant.

§. V.

SI *priuatiue* capitulo debetur collatio, *designatio* subiecti vel *per turnum* vel *electionem* præcedentem, quæ tamen ad formam consuetam σ) haud adstricta, peragitur, quales designati *electi* dicuntur. Ipsa autem *collatio* seu *prouisio* a *capitulo*, vt vna *persona morali*, fit, τ) intra *sex menses*, alioquin ea ad episcopum deuoluitur. υ) Si ad solum episcopum præbendarum spectat collatio, licet cum *consilio* vel *assensu sui capituli*, υυ) ipsemet tamen *literas prouisionis* expedit, nec de-

quod in Tuscia generalis consuetudo seruetur, vt in cathedralibus ecclesiis solum capitulum, irrequisito episcopo, eligendi canonicos habeat facultatem.

π) *c.* 31. *cit.*

ππ) non qua *canonicus*. *c.* 15. *X. h. t.*

ϱ) *c.* 6. 15. *X. h. t. c.* 11. *de appell. in* 6.

σ) in *c.* 42. *X. de elect.* traditam.

τ) Formulam collationis *tit. de præb.* §. 78. adduxi.

υ) *c.* 2. *X. de conc. præb.*

υυ) Vt in prælatorum et abbatissarum institutionibus regulariter desideratur. *c.* 6. *X. de his, quæ fiunt a prælat.*

defuncto aut suspenso illo, capitulum sese intromittere potest. φ) Quod si eas conferre distulerit, ad *capitulum* deuoluitur collatio. χ) Denique si *coniunctim* episcopus et capitulum confert, vtriusque consensu designandum subiectum, et pari auctoritate expedienda collatio, vt tamen, *illo* mortuo vel suspenso, soli capitulo; *hoc* vero suspenso vel excommunicato, soli episcopo ea debeatur; ψ) in casu negligentiae autem ad archiepiscopum *deuolutio* fiat. ω)

§. VI.

IPSA collatio facienda (I) *intra sex menses* sub poena, vt dictum, *deuolutionis*. α) Quia est poena *negligentiae*, αα) ea cessat (1) in casu *iusti impedimenti* β): (2) currit hoc tempus non a tempore *vacationis*, sed *notitiae* γ): (3) non habet locum in illis capitulis, vbi non sunt distinctae praebendae, nec certus adest numerus canonicorum. δ)

§. VII.

(II) GRATIS quoque et *dignis* δδ) conferendae *praebendae*; non pro *honorario*, sub quo simonia

φ) c. 1. *ne sede vac. aliq. inn. in 6.*

χ) c. 2. *X. de conceff. praeb. et eccl. vac.*

ψ) c. 1. *cit. ne sed. vac.*

ω) c. 5. *X. de suppl. negl. praelat.* vid. *lib.* 1. *tit.* 10. §. 3. *p.* 77.

α) secundum *concilium Lateranense* in c. 2. *X. de conceff. praeb.*

αα) c. 5. *X. de suppl. negl. praelat.*

β) i. e. tempore suspensionis c. 3. *X. de conceff. praeb.*

γ) *cit.* c. 5. *in f.* ibi: *semestre autem tempus non a tempore vacationis praebendarum, sed notitiae ipsius potius volumus computari.*

δ) c. 10. X. *de conceff. praeb.*

δδ) De his *tit. de praeb.* Sibi ipsi nemo conferre potest beneficium, c. *f. de instit.*

[illegible] regi ſolet. (III) Et quidem iam *vacantes:* [illegible] ε) Hae *expreſſe* promitti nequeunt: [illegible] tunc promitti videntur, ſi vltra *numerum* determinatum, præbendas poſſidentium, quidam *ſimpliciter* recipiuntur in canonicos, quod ante *concilium Lateranenſe* ζ) non abſolute reprobatum; nec poſt concilium, modo abſtinuerit formula: *cum vacauerit*, η) prælatus, vſus rectius [illegible] *potuerim.* Verum hanc diſtinctionem [illegible] reprobauit BONIFACIVS VIII, θ) efficere tamen non potuit, vt *tacitae exſpectatiuae* eliminarentur, quod pleraque capitula ſe *conſuetudine antiquiſſima*, cui ius canonicum anſam dedit, munita crederent.

§. VIII.

QVOCIRCA *ſupernumerarii canonici* veri ſunt canonici, licet quoad *præbendam ius ad rem* tantum habere dicantur. ι) Obligatur enim ordinarius collator *ex lege eccleſiaſtica* κ), vacantem præbendam, *ſi occaſio exſtitit*, conferre, et quidem (a) ei, qui inter plures ſupernumerarios *ſenium* habet λ) et (b) ſe intra *ſtatutum tempus* μ) offert. Vocatur hoc tempus *vigilantiæ*, quia, eo neglecto, ſequens admittitur.

§. IX.

ε) Quod prohibitum in *concil. Lateran.* relato in c. 2. X. *de conceſſ. præb.* ad quod pontifices paſſim prouocant.

ζ) ſecundum *c.* 9. X. *de præb.*

η) *c.* 19. *de præb. c.* 8. *et c.* 14. X. *de conc. præb.*

θ) in *c.* 2. *eod. in* 6.

ι) *c.* 8. *de conc. præb. in* 6.

κ) *c.* 9. *et c.* 19. *X. de præb.*

λ) *tom. II. tit. de conceſſ. præb.* §. 21.

μ) Quod eſt 20 *dierum* a tempore vacationis, *c. ſ. de conſuet. in* 6. Alibi ſecundum ſtatuta capitulorum eſt *ſpatium* 21. *dierum*.

§. IX.

IN *capitulis mixtis* tamen alius in præbendam vacantem ſuccedere nequit, quam qui inter ſupernumerarios ſeu minores illi *religioni* addictus, cui defunctus fuit. Etenim catholico defuncto, tantum catholicus: et A. C. addicto mortuo, tantum huic confeſſioni addictus ſuccedit. Proinde, illo defuncto, is ſuccedit, qui ſenium in hac religione habet, vtut alii diuerſæ religionis eum præcedant. Aequum tamen eſt, vt, quia *per ſaltum* hic ad *præbendam* admittitur, poſtea, defuncto canonico A. C., is, qui inter eiusdem religionis canonicos *ſenium* antea habuit, illi rurſus præferatur. ν)

§. X.

IS, cui collatio beneficii vel præbendæ facta, *realiter* quoque *instituendus*, ſeu in poſſeſſionem officii et beneficii collocandus. w) Per *ſymbola varia* ξ) hoc ab antiquo factum, vnde *inueſtituram* hunc actum dixere, ο) veluti *per annulum:* π) per *impoſitionem biretti:* ρ) per *librum* et *panem:* σ) per *deductionem* in *chorum* et *ſtallum* τ), cetera.

§. XI.

ν) Quod in Halberſtadienſi eccleſia ſatis prudenter cautum. vid. *tom. II. tit. de conc. præb.* §. 23.

w) *c.* 10. *X. de conceſſ. præb.* etiam per *procuratorem. c.* 24. *X. de præb.*

ξ) relata *tom. II. de inſtit.* §. 6. *ſqq.*

ο) vid. VGHEL. *in Ital. ſacra tom. I. p.* 163.

π) *c.* 4. X. *de conceſſ. præb.* ibi: *cum de ipſa* præbenda *per annulum inueſtitit.* Conf. VGHELL. *cit. l. p.* 134.

ρ) *tom. II. tit. de inſtit.* §. 7.

σ) Quod *panes* olim diſtributi inter canonicos. ANTON. MATTHAEI *in manud. ad ius canon. lib. II. tit.* 11. *p.* 203.

τ) *c.* 22. *et* 25. *X. de præbend.*

§. XI.

PER Decanum hæc *institutio realis* in capitulis peragi solet, maxime si ad hæc spectat collatio, præstito a nouo canonico *iuramento*; non *priuato ausu* possessio occupanda. *v*) Ceterorum beneficiorum possessio auctoritate *episcopi*, *φ*) ab *archidiacono*, vt *vicario episcopi* *χ*), tradenda, et quidem, quod naturale est, ante officium susceptum. In ecclesiis protestantium *inspectoribus* et *superintendentibus* hæc inuestitura committitur, præsente patrono peragenda, qui de bonis ecclesiasticis pastores inuestit. *ψ*) Hæc tamen omitti posset, si ipsa *ordinatio* in ecclesiis, quibus præficiendi, fieret. *ω*)

§. XII.

PERGO ad *extraordinariam collationem*, nouiter a *pontifice* seculo XII susceptam in omnibus ecclesiis, quod concurrentem potestatem cum quouis collatore habere crederetur. Ab initio *precibus* egit pontifex, commendando subiectum, cui beneficium conferendum, et quidem *semel* tantum in singulis ecclesiis. *a*) Sed *preces*

v) *tom. II. tit. de instit.* §. 31.

φ) *c.* 3. *X. de instit. c.* 4. *de offic. archidiac.*

χ) *c.* 6. *eod.*

ψ) *tom. II. de instit.* §. 27. *sqq.*

ω) Quia ipsa *ordinatio* olim clericos agglutinauit ecclesiæ eosque in *reale officium* deduxit.

a) Quod adhuc æuo HONORII III. moris fuit. *c.* 38. 39. *X. de rescript.* Apud MARTENIVM et DVRANDVM *in thes. anecdot. tom. I. p.* 919. occurrunt eiusdem pontificis literæ ad episcopos Galliæ, quibus petit ab iis *vnam præbendam in singulis ecclesiis cathedralibus et collegiatis.*

preces poſtea in *mandata de prouidendo* degenerarunt, ſæpius in eadem eccleſia reiteratæ. Sunt ergo hæc MANDATA *de* PROVIDENDO nihil aliud, quam *reſcripta papalia ad ordinarium collatorem directa, quibus ei præcipit, vt primum vacans beneficium deſignato ſubiecto conferat, executione huius reſcripti aliis demandata.* β) Ordinarius ergo adhuc confert, non libere tamen, ſed ei, quem papa *præſentat*, ſeu deſignat, modo habilis fuerit. ββ) Huic tamen æque *lex vigilantiæ* impoſita: ſi intra menſem beneficium petere negligit, gratia ei data prorſus exſpirat. γ) Quia vero hæc mandata *irregularia*, ideo odioſa ſunt, ſtricte accipienda. δ)

§. XIII.

NON hic ſubſtitit pontifex, ſed etiam beneficia *directo* contulit, vel *vacaturas* reſeruauit. Quia enim pontifex in remotis agebat, vt facile ab *ordinario collatore* præueniri poſſet, priuatiue ſibi vlterius plura beneficia *bullis generalibus* ε) reſeruauit, et ab eorum collatione prorſus excluſit ordinarios collatores. Vocantur hæc *beneficia apud curiam Romanam vacantia*, ζ) modo *intra menſem* ab ea conferantur: η) eo præterito, ordinarius confert. ηη) Eodem iure vſi ſunt

ler

β) *c.* 37. *de reſcript.*

ββ) *c.* 17. X. *de reſcript.*

γ) *c.* 3. *c.* 11. *de præb. in* 6.

δ) Quod declaratur plenius in *c.* 16. *de præb. in* 6. et multis aliis textibus.

ε) *c.* 1. *extrau. Io. XXII. de præb. et c.* 13. *extrau. comm. eod.* quæ duæ conſtitutiones ſub titulo *decretalium, execrabilis*, et *ad regimen*, a verbis initialibus deſignatarum, in *concordatis nation. German.* approbatæ ſunt.

ζ) *c.* 2. *de præb. in* 6.

η) *c.* 3. *de præb. in* 6.

ηη) *c.* 5. *de præb. in* 6.

ti a latere in prouinciis fibi decretis, θ) ex...
ris tamen illis beneficiis, a quorum *collatione*
reseruatione speciatim exclusi sunt. ι)

§. XIV.

ADHVC maiora ausus præsul Romanus, et
il turpe: quod diuini plenum animaduersione
... esse ipsemet censuit: κ) quod generali con-
... denique probibuit, *ne scilicet in ecclesiis*
... *futuræ successionis exspectatio locum babe-*
, ipse in vsum frequentissimum deduxit. λ)
enim supplicantibus dedit in certis etiam *va-*
uris beneficiis, vt ordinarium collatorem vbi-
praeueniret, idque secundum *plenitudinem*
statis. μ)

§. XV.

EXSPECTATIVAM *specialem* et *expressam*
c concessionem vocant, quæ *ius perfectum*
dem respectu *collatoris ordinarii* confert ex-
ctiuario in beneficium designatum; sed non
litu *pontificis*, qui *rescriptis gratiæ* ligari no-
. Vnde inter plures, quibus exspectatiua in
n beneficium concessa, is præferendus, quem
eferendum esse voluit pontifex; ν) alioquin
nus præfertur, si de *contraria voluntate* non
stat. ξ) *Generali* gratiæ indistincte præfer-
tur

) *c.* 6. X. *de offic. leg.* *c.* 1. *in* 6.
) Quæ referuntur in *c.* 3. *de offic. legat. in* 6.
) in *c.* 2. X. *de concess. præb.*
) Quod *plenaria dispositio ...ficiorum ecclesiasticorum ad Romanum pontificem pertinere noscatur.* *c.* 2. *de præb. in* 6.
μ) *c.* 4. X. *de concess. præb.*
ν) *c.* 7. *de conc. præb. in* 6.
ξ) *c.* 15. *de præb. in* 6. *c.* 14. *de rescript. in* 6.

tur *ſpecialis.* o) Eodem iure vtuntur principes proteſtantes, quatenus prouiſio de beneficiis eisdem competit.

§. XVI.

TANDEM vero hæc omnem excedens modum poteſtas curiæ Romanæ reſtricta eſt per *concordata nationis Germanicæ* anno 1448. inter NICOLAVM V et FRIDERICVM V inita. Etenim (I) *electiua beneficia* priſtinæ libertati reſtituta ſunt, vt per viam *electionis*, more priſco, conferantur. (II) Reſeruata tamen *electiua* ſedi pontificiæ ſunt, ſi vacant per *translationem*, π) *reſignationem*, vel *depoſitionem:* ſi *electio* in diſcordia facta, a pontifice reſciſſa: ſi *poſtulatio* haud admiſſa eſt. Ab antiquo in his caſibus iure *præventionis* vti potuit pontifex. (III) Si aliter *apud curiam Romanam vacare* contingat quoduis beneficium ρ). (IV) Si officiales ſedis Romanæ, in *concordatis* deſignati, deceſſerint vbicunque, antequam ad *ſedem Romanam* redierint. (V) Beneficia quæuis, quæ, ob *promotionem papalem* ad maius decus eccleſiaſticum, iam vacant. σ) (VI) Si electiones apud curiam Rom. legitimo tempore non fuerint præſentatæ. (VII) Præterea cetera omnia beneficia, de quibus iure ordi-

o) c. 38. *de præb. in 6. c. 34. de R. I. in 6.*

π) Olim tamen hoc caſu noua electio permiſſa, vt docet *diploma de a.* 1225. *apud* VGHELL. *in Ital. ſacra tom. I, p.* 168.

ρ) Quod exponitur in c. 34. *X. de præb. in 6.* ſpeciali in ſenſu.

σ) Repetita hæc ſunt in *concord.* ex *c. execrabilis. vn. extr. Io. XXII. de præb.* et *c. ad regimen.* 13. *extrau. comm. eod.*

ordinario prouidetur per inferiores, h. e. *collatiua*, quatenus vacant in mensibus *papalibus*, h. e. *Ianuarii*, *Martii*, *Maii*, *Iulii*, *Septembris*, *Nouembris*, et intra *tres menses* a sede papali *immediate* σσ) prouisio facta; τ) papae reseruata sunt. Si in reliquis vacant, ad *ordinarium* pertinet collatio. Tempus vtrobique naturaliter *de media nocte* ad *mediam noctem* computatur.

§. XVII.

SOLENT haec beneficia etiam *consistorialia* vocari, et quia pontifex ex iure supremo sacro sibi hoc ius asseruit, cui tamen derogatum in terris protestantium; υ) quid prohibet, quo minus ipsi principes haec iura sacra, per concordata *in perpetuum* determinata, sibi asserant, cum imperium *sacrum* antiquo possessori tantum ereptum, non vero in se cum determinatis iuribus sublatum, sed imperanti legitimo restitutum. Vnde palam est, eorum, qui inter minores canonicos senium habent, successionem hodie saepissime impediri per *prouisiones papales*, quibus si locus relinquendus, merito praerogatiua danda. Idem quoque de principum protestantium prouisionibus dicendum.

§. XVIII.

MOREM curiae Romanae, *duodecimo seculo* vsitatum, *imperatores* facile in imitationem traxere, imo iam antea quandoque *commendationibus* vsi sunt. Itidem *precibus* egerunt ab initio, atque

σσ) *art. V. I. P.* §. 20. In *I. P. art. V.* §. 20.
τ) Quod etiam repetitum υ) *I. P. art. V.* §. 19.

atque commendarunt clericum, ad præbendam primum vacantem. Et quidem *semel* tantum, in introitu regiminis, ad singulas ecclesias, cathedrales potissimum et collegiatas, has preces direxerunt, more pontificum, in quo etiam substiterunt. φ) Vnde dictæ fuerunt *preces primariæ* seu *primæ*, eæque *vnicæ*, in posterum non reiterandæ. Sunt itaque PRECES PRIMARIAE *rescripta imperatoris ad ecclesias in Germania directa de prouidendo, semel tantum offerenda.* Vel: *ius imperatoris præsentandi clericum ad beneficium primum vacans in ecclesiis Germaniæ, semel tantum exercendum.* χ)

§. XIX.

QVIA ad beneficium primum vacans præsentatio eius, cui preces concessæ, tendit, non alius, quam *clericus*, qui in numerum *canonicorum* assumi possit, præsentandus est capitulis, quique præterea eas *qualitates* habeat, quas iura imperii publica, canonica, et synodalia desiderant. Inde differunt (I) ab *antiquis mandatis Cæsarum* et *regum ad prælatos et monasteria directis*, pro *pensionibus* laicis et militibus emeritis ex beneficiis et bonis ecclesiasticis soluendis. Vulgo PANIS-BRIEFFE. ψ)

§. XX.

φ) *tom. II. tit. de præb.* §. 101.

χ) ita vocatur in *A. B. cap. V.* §. 1.

ψ) Tales *pensionarios* Galli *oblatos regios* vocant, quibus alimenta ab ecclesia et monasteriis præstanda sunt, vt docent ALTESERRA *lib. II. de ducib. c.* 11. et CHOPPINVS *lib. III. sacræ polit. c.* 2. *n* 12. *p.* 417. *sq.* Posterior tamen in *margine* notat, *beneficia curata* non posse grauari vlla

§. XX.

PARVM quoque (II) refert, vtrum Cæsar *immediate* illud ius exerceat, an *mediate*, concedendo aliis ω) hanc facultatem in certis capitulis. Ergo etiam in capitulis sexus feminini hanc potestatem *Augustæ* tribuere potest. α) Quod si imperator matura morte præreptus illud in omnibus capitulis haud exercuit, *vicariis imperii* illud concessum videtur tantum in illis capitulis, ad quæ imperator has preces nondum dedit. β) Competit ei hæc potestas (III) *iure proprio*, non ex *indulto papali*, quamuis quidam per insidias curiæ Rom. id impetrauerint. γ)

§. XXI.

villa *pensione alimentaria*, ex qua ius rectoris minuatur. Talia rescripta pro *pensionibus* laicis soluendis (vnde et Leyen-Pfründe dictæ) etiam Cæsares non *semel*, sed *sæpius* ad monasteria direxerunt, vt male confundantur cum *precibus primariis* a WEHNERO *obs. pract. voc Panis-Brieffe.* Exemplum huiusmodi rescripti zur Leyen-Pfründe zu Küchen und Keller ex archiuo cœnobii *diui Michaelis*, quod Luneburgi est, adfert PFEFFINGER *in Vitriar. ill. tom. III. p.* 86. Inde postea pontifices vsum *pensionum*, quas ipsi beneficiis imponunt, deriuasse videntur, cum interim Cæsares ius suum neglexerint.

ω) *tom. II. tit. de præb.* §. 102.

α) WENCKER *in collect. archiu. p.* 127.

β) Vti accipi commode possunt verba *A. B. c. V.* §. 1. ceu monstraui *tom. II. de præb.* §. 107.

γ) *tom. II. tit. de præb.* §. 112. Formula *precum primariarum* RVDOLPHI Habsburgici *de anno* 1273. apud GOLDASTVM *tom. III. constit. imp. p.* 406. hæc est: *cum ex antiqua et approbata ac a diuis imperatoribus et regibus inclytæ recordationis, nostris antecessoribus, vsque ad nos producta consuetudine qualibet ecclesia, in nostro imperio Romano constituta (ad quam* bene-

§. XXI.

PACE Osnabrugensi hoc ius Cæsari quoque assertum, et quidem in *immediatis mixtis* vel *A. C. addictis* bonis, prout antea id exercuit: δ) in bonis *mediatis* vero, quatenus die 1 Ian. 1624. in huius iuris possessione fuit. ε).

§. XXII.

EFFECTVM tum demum habent preces, si *intra mensem* a die *notæ vacationis* præsentatæ fuerint, æque vt iuris est in *mandatis papalibus* de prouidendo. ζ) Excludunt vero hoc modo canonicos minores, qui *senium* habent: vtrum vero etiam *prouisos papales* in *beneficiis reseruatis?* vel inde dubium est, quod pontifici ex pacto imperii publico hæc prouisio debeatur, sine vlla limitatione, quæ ratione *precum primariarum* in *concordatis* non deprehenditur. η) Sed cogitandum est, concordata hæc fuisse facta intuitu *capitulorum*, quorum iuri pontifex admodum offecerat, nec de iuribus Cæsareis restringendis actum aut cogitatum fuisse. ϑ)

§. XXIII.

IAM olim etiam *principes imperii* hoc ius in ecclesiis *collegiatis* et *monasteriis* sibi subiectis passim

beneficiorum ecclesiasticorum pertinet collatio) super vnius collatione beneficii precum nostrarum primarias (h. e. precum nostrarum primitias) *admittere teneatur.*

δ) *I. P. art. V.* §. 18.

ε) *I. P. art. V.* §. 26.

ζ) ex iuris canonici principiis in *c.* 3. *de præb. in* 6. relatis.

η) *tom. II. tit. de præb.* §. 113.

ϑ) MEYER *de precib. primar.* §. 95. *sq.*

passim exercuisse, alibi *t*) docui, sicuti eodem etiam adhuc hodie maiori iure gaudet potentissimus Rex Borussiae, et, eiusdem auctoritate, Augusta in capitulis femininis. *x*) Eodem iure etiam pariter vtuntur electores Brunsuicenses et alii, vt passim exempla docent, cum fere omnia ex antiquo *vsu* et *obseruantia* dependeant, secundum quem etiam imperator hoc ius exercet. Vnde infero, etiam principes imperii illud tantum ex *vsu vetusto* exercere posse, quo deficiente, fundamentum exercendi illud cessat.

TIT. IX.

NE SEDE VACANTE ALIQVID INNOVETVR.

SYNOPSIS.

Canonici in collegio considerati peculiaria iura habent respectu regiminis sacri, I. *Capituli cathedralis ecclesiae status est alius sede vacante: alius sede plena. Quomodo sedes vacet secundum quid?* II. *Vacante sede exercet regimen in ecclesiasticis et secularibus proprio iure. Fit immediatum. Habet iura austregarum et superioritatem territorialem cum voto et sessione in comitiis.* III. *Nihil tamen innouare nec in statu dioeceseos quid mutare potest.* IV. *Non confert beneficia ecclesiastica aut feuda aperta.* V. *Nec functiones personales episcopali dignitati cohaerentes exercet. Ergo nec iura archicancellariatus,* VI. *Sedes*

t) *tom.* II. *de praeb.* §. 104. 105. *in f*

x) Vti exemplis illustratum *c. l.* §. 105. Alia addit PFEFFINGER *in Vitriar. illustr. tom.* III. *p.* 97. *sq.*

Sedes vacat vel ordinario *tempore, vel* extra ordinem *ad plures annos, quo casu plus potestatis capitulo indultum. VII. In mediatis prælaturis itidem sedes vacat prælato mortuo. Inde in regimen interim succedit capitulum, non episcopus. VIII.*

§. I.

De *statu canonicorum* et *officio episcopali* circa illos actum in præcedentibus. Agendum nunc de illis, prout *collegium* constituunt sub *decano*, de cuius origine supra actum, λ) dictumque, quod vnum corpus cum episcopo: quandoque etiam separatum sine illo inter se faciant. Olim vniuersum *clerum ciuitatensem* episcopus in consilium vocauit: μ) arctius cum *canonicis cathedralis ecclesiæ* coniunctus pedetentim potiora cum his *priuatiue* peregit negotia, vt seculo XIII tantum *senatum ecclesiasticum* constituerint. Hoc modo hæc collegia, quæ *capitula* vocantur ν) euecta sunt ad quoddam *coimperium sacrum*, ad quod, abiecta vita communi et præbendis diuisis, facilius adspirare potuerunt. νν) Pari regiminis forma gubernant *abbates*, cum capitulo suo seu *conuentualibus* potiora expedientes, ξ) et *commendatores prouinciales* capitulis propriis ex commendatoribus collectis instructi.

§. II.

λ) *lib. III. tit.* 1. §. 8. *pag.* 311.

μ) Cuius instituti facies antiqua adhuc superest in *cardinalium collegio.* Conf. *c.* 6. C. 15. *q.* 7. *c.* 23. *D.* 86.

ν) Ex ratione supra *lib. III. tit.* 1. §. 8. *p.* 311. adducta.

νν) ANTON. MATTH. *tom.* I. *annal. vet. æui p.* 440. *sq. not.* 2. *nouiss. edit.*

ξ) *c.* 6. X. *de his, quæ fiunt a prælato.*

§. II.

STATVS *capituli cathedralis ecclesiae* in *episcopatibus* aliisque *praelaturis* est duplex: alius *sede vacante*, alius *sede plena* seu *non vacante*. Vacat sedes vel *absolute*, o) vel *secundum quid*. Posterius contingit (1) episcopo in captiuitatem deducto π): (2) eo absente, et nullo constituto *vicario generali*: (3) illo suspenso: ϱ) (4) in bannum imperii coniecto. In vtroque vacationis modo regimen interim redit ad capitulum, σ) quod *episcopus* antea cum *eius concursu* exercuerat. Tenetur tamen intra octo dies vicarium constituere, qui *iurisdictionem* exerceat ϖ).

§. III.

HANC administrationem regiminis in *ecclesiasticis* et *secularibus* exercet (I) capitulum *proprio iure*, ex *lege*, τ) non alieno nomine, υ) aeque vt *vicarii imperii*. (II) Capitulum fit *immediatum*, status imperii, et ad vniuersales, et particulares imperii conuentus vocatur, siue ex catholicis, siue ex A. C. addictis vel mixtim compositum fuerit. φ) (III) Gaudet *foro austregarum*, vt corpus immediatum χ). (IV) Superiori-

o) De modis, quibus absolute sedes vacet, dictum est *lib. III. tit.* 5. §. 32. *p.* 366.

π) *c.* 3. *de suppl. neglig. prael. in* 6.

ϱ) *c. vn. h. t. in* 6.

σ) *c. vn. de maior. et obed. in* 6. *c.* 9. *X. de haeret. c.* 14. *X. de maior. et obed.*

ϖ) *concil. Trid. sess.* 24. *de reform. c.* 16.

τ) *c.* 11. *X. de maior. et obed.*

υ) *I. P. art. V.* §. 17. ibi: *quibus - - sede vacante administratio et iurium episcopalium exercitium competit.*

φ) *I. P. art. V.* §. 21.

χ) B. a COCCEII *de austreg. qu.* 4.

ritatem territorialem interim exercet, cum (a) *administrationem* et *exercitium iurium episcopalium* habeat; hoc vero tum *ecclesiastica*, tum *temporalia territorio cohærentia* sub se contineat. Est præterea (b) *status imperii*, legitimus *superioritatis territorialis* possessor. Denique (c) ipsum territorium cum regalibus magis *ecclesiæ* seu *prouinciæ ecclesiasticæ*, dem Stiffte, cui præfuit *episcopus*, quam huic concessum, adeo vt per huius bannum imperii illa regalibus et bonis imperii, quibus episcopus inuestitus fuit, priuari non possit. Iam vero capitulum ipsam *prouinciam ecclesiasticam* interim administrat; ψ) ergo ea quoque, quæ illi innexa et incorporata sunt sub qualitate seculari. Denique licet (d) sede non vacante coëxercitium *superioritatis territorialis* decreta imperii capitulo denegent, ω) alia tamen est ratio *sedis vacantis*, quæ nouum statum ei tribuit.

§. IV.

EST tamen capituli *regimen* in ecclesiasticis et temporalibus duntaxat *vicarium*, adeoque *limitatum*, vt (1) nihil innouare, nec statum dioeceseos mutare queat. Quocirca quæ per vnionem ei innexa in pristinam libertatem restituere: α) aut de libertatibus vel iuribus dioeceseos quid statuere vel disponere: β) aut bona ecclesiastica

ψ) Conf. *tom. II. h. t.* §. 25. vbi itidem contra HERTIVM hoc euictum.

ω) Vt supra *lib. I. t.* 81. §. 20. *p.* 61. dictum, multumque improbari capitulationes, quæ hoc inducere conantur.

α) *c.* 1. *X. h. t.* ibi: *cum non sit, qui episcopale ius tueatur.*

β) *c. f. X. h. t.*

siastica alienare, vel vnionem beneficiorum facere nequit, nisi ad collationem capituli spectent.

§. V.

NEQVIDEM (2) capitulum fungitur vice episcopi in *collationibus praebendarum*, quae episcopo *priuatiue* competierunt. γ) Dilationem hae admittunt, et vnice a *gratia episcopali* dependent. Vnde nec ius *deuolutionis*, quatenus episcopo debetur, exercet, quod *collationem* vel *institutionem* continet. δ) Pari ratione *vacantia feuda*, collationi episcopali reseruata, conferre nequit, etiamsi sint infeudari solita, quarum reinfeudatio adhuc magis differri potest, quam praebendarum collatio. δδ)

§. VI.

DENIQVE (3) in capitulum non transeunt *functiones personales*, ad dignitatem singularem episcopi restrictae. Neque enim (a) delegationes papales *speciales*, episcopo sub nomine *officii* factae, quae morte non exspirant, continuari possunt a capitulo. Nec (b) quae episcopo, vt *sedis apostolicae delegato generali*, propria sunt, ε) sibi viu-

γ) *c.* 2. *X. h. t. c.* 1. *h. t. in* 6.

δ) *tom. II. tit. de feudis* §. 41.

δδ) BARBOSA *de canon. c.* 42. *n.* 110.

ε) Veluti ratione exemtorum vid. *concil. Trident. sess. VI. de reform. c.* 3. ibi: *tanquam sedis apostolicae delegato.* item *sess. VII. de reform. c.* 14. conf. *c.* 9. *X. de haeret.* ibi: *tanquam a sedis apostolicae delegatis.*

vindicare poteſt capitulum. Ergo nec (c) ad *iura archi-cancellariatus*, Moguntino Archiepiſcopo propria, manus ſuas porrigere poteſt, vtut nonnunquam hoc capitulum Moguntinum attentauerit. ζ) Eſt videlicet Archiepiſcopus, *qua talis*, *Archicancellarius imperii*, et ad eum, *qui pro tempore fuit*, η) functiones *archicancellariatus* ſpectant, quae *archiepiſcopali dignitati* cohaerent. Vnde nec capitulum titulum *Archicancellarii* ſibi arrogare, nec electores ad actum electionis convocare, nec directorium in comitiis ſibi aſſerere poteſt. Quid? quod nequidem votum in electione Caeſaris edere aut *electoralia iura* in comitiis exercere poſſit, cum capitulum *dignitatem electoralem* non conſequatur. Denique (4) lucra ex ipſo regimine prouenientia reſeruanda ſucceſſori. θ) Sed capitulationibus plerumque haec prouiſio impeditur.

§. VII.

EST vero *ſedis vacatio* vel *ordinaria*, quae vltra *tres menſes* non adeo extenditur: vel *extraordinaria*, quae *ex accidente* ob impedimenta publica ad diuturnius tempus et plures annos ſaepe durat, quam ob rem ea *ſedem impeditam* inducere dicuntur. Haec capitulo ex *neceſſitate vrgente* ea indulget, quae diutius differri non poſſunt, licet alias capitulo denegata fuerint. *Bene-*

ζ) Acta publica exhibet PFEFFING. *ad Vitriar. ill. tom. III. p.* 700 *ſqq.* Rationes vero dubitandi et decidendi adfert IDEM *tom. IV. p.* 357. *ſeqq.*

η) Vt A. B. *tit.* I. §. 18. diſertis verbis deſignat.

θ) *clem.* 7. *de elect.*

neficia ergo, quæ tamdiu vacare nequeunt, conferre, ι) imo et, *vrgente necessitate*, transigere potest. κ)

§. VIII.

IN *mediatis prælaturis* et *ecclesiis collegiatis secundum quid*, mortuo capite, h. e. decano vel prælato, sedes vacat. Harum capitula statum suum non mutant, sed *mediata* manent, nisi quod, *sede vacante*, regimen *subalternum*, quod antea cum decano vel abbate coniunctim, vel soli prælati exercuerunt, *solitarie* gerant. λ) Qui præfecturam, quam decani vel abbates viventes gesserunt, ad *episcopum* redire credunt, nullo idoneo nituntur argumento, μ) cum idem vinculum hæc capitula inter et prælatos adsit, quod coadunauit episcopum cum capitulo cathedralis ecclesiæ, vnde *translatio regiminis prouisionalis* dependet.

TIT.

ι) *c.* 1. *h. t. in* 6. *vers. cum vero.*

κ) *tom. II. h. t.* §. 33.

λ) *clem.* 7. *de elect.*

μ) Vt euici *tom. II. h. t.* §. 40. et rationes dissentientium refutaui.

TIT. X.

DE HIS, QVAE FIVNT A PRAELATO SINE CONSENSV CAPITVLI.

SYNOPSIS.

Capitulum sede non vacante (1) separatum corpus constituit absque episcopo, eiusque iurisdictioni subiicitur, visitationibus eius obnoxium. I. Sunt tamen capitula quaedam exemta cum insigni episcoporum praeiudicio. Concilium Tridentinum libertatem eorum non sustulit, sed quandam tantum potestatem in illa episcopis restituit. II. Constituit etiam (2) vnum corpus cum episcopo, et ita repraesentat ecclesiam. III. Mutuum ab episcopo et capitulo contractum simpliciter obligat, non probata versione. IV. In causis arduis consilium vel consensus capituli desideratur. V. Quando consensus vel consilium requiratur? VI In regiminis secularis causis se intromittere nequit capitulum, non obstantibus capitulationibus. VII.

§. I.

Diversvs est status *capituli cathedralis* sede non-vacante, quod, prout supra v) dictum, (I) separatum corpus sine *episcopo, qua tali*, o) sub decano constituit, separatimque conuentus agit. In hac consideratione (1) est corpus *mediatum*, sub iurisdictione episcopi. π) Hinc (2) a facto capituli grauante appellatur ad ipsum

v) *lib. III. tit.* 1. §. 8. *p.* 311.

o) *c.* 15. *X. de concess. praeb. et eccl. non vac.* vnde liquet, posse episcopum, *vt canonicum*, membrum capituli esse, conf. *c.* 11. *de appell. in* 6.

π) *c.* 13. *de offic. iudic. ordin.*

ipsum episcopum, si vel maxime hic ei, vt *canonicus*, interfuerit. ϱ) (3) Ad concilia prouincialia, aeque vt *mediati praelati*, vocandum, in quibus per nuncios seu deputatos compareret σ): (4) *statibus prouincialibus* respectu territorii secularis annumeratur τ): (5) praecedentiam in corpore habet prae reliquis praelatis mediatis υ): (6) episcopi visitationi subiacet, exemplo reliquorum collegiorum ecclesiasticorum φ): (7) conuentus agit *suo iure*, etiam sine *consensu* episcopi, quo casu a *decano* conuocatur.

§. II.

DANTVR tamen *capitula* tam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum *exemta*, immediate sedi papali subiecta, exemplo ordinum monasticorum, tali libertate gaudentium. Haec *exemtio*, qua episcoporum potestas fracta, pontificum vero aucta, non potuit non infinita in regimine ecclesiastico producere mala, pro quibus emendandis actum in *concilio Tridentino* ad instantiam praesertim episcoporum Hispaniae. χ) Verum curiae Romanae interfuit, ne emendatio sperata sequeretur, quae secretis consiliis a partibus

ϱ) *c.* 11. *de appell. in 6.*

σ) *c. f. X. h. t.*

τ) HERTIVS *de consuet. LL. et iudic. special. rerum-publ.* §. 7.

υ) Vid. supra *lib.* I. *tit.* 33. §. 3. *p.* 161.

φ) *concil. Trident. sess.* VI. *de reform. c.* 4.

χ) Vid. SARPII *histor. concil. Trident. ex edit. et versione* COVRAYERII *tom.* II. *p.* 710. *sq.*

tibus capitulorum ſtetit, ψ) effecitque, vt parum infracta fuerit capitulorum libertas. Etenim (1) hac ſalua, epiſcopis tantum conceſſum eſt, capitula, *nullis obſtantibus exemtionibus*, viſitare, corrigere et emendare ω): (2) extra *viſitationem* contra aliquem ex exemtis capitulis vel *ex officio* vel *ad inſtantiam* procedere, ſed concurrentibus duobus deputatis a capitulo initio cuiuslibet anni eligendis α): (3) capitulis iniunctum, vt epiſcopis eum honorem tribuant, qui eorum dignitati par eſt, eisque in *choro* et in *capitulo*, in proceſſionibus et aliis actibus publicis primam ſedem et locum, quem ipſi elegerint, et præcipuam omnium rerum agendarum auctoritatem concedant. β)

§. III.

PRAETEREA (II) in conſortium cum epiſcopo coadunatum capitulum eſt, et ſic *vnum corpus cum eo* conſtituit. Sunt enim capitulares *membra* et *fratres epiſcopi*, γ) ex quibus *ſenatus eccleſiaſticus* componitur, δ) ſubſtituturus in locum *antiqui presbyterii*. Vnde dimidia pars capituli ex *presbyteris*, altera dimidia ex *diaconis* et *ſubdiaconis*

ψ) Vid. EVNDEM *cit. l. tom. I. p.* 412. ibique COVARRVVIAS *in not.* 29.

ω) *ſeſſ. VI. de reform. c.* 4. *conc.* Trid.

α) *ſeſſ. XXV. de reform. c.* 6. *concil.* Trid.

β) Capitula enim æqualem dignitatem affectabant ex cauſa exemtionis.

γ) *c.* 4. *X. h. t.*

δ) *ſeſſ. XXIV. concil.* Trid. *c.* 12. *in f.* ibi: *vt merito eccleſiæ ſenatus dici poſſit.*

dioecesis constare debet. ε) Hac sub vnione *episcopus* et *capitulum ecclesiam*, seu *totam dioecesin*, eiusque clerum repræsentare dicuntur, vt, quicquid episcopus cum capitulo facit, ecclesia ipsa, quatenus vt *particularis respublica* concipitur, *immediate* fecisse, intelligatur.

§. IV.

VNDE conficitur, vt in *mutuo*, ab episcopo et capitulo contracto, haud sit probanda *versio*, sicuti simpliciter *ciuitas* ex mutuo obligatur, si omnes ciues, vel qui ciuitatem repræsentant, nunc inierint contractum. ζ) *Versio* tunc demum probanda, si œconomus vel administrator, vel solus episcopus *nomine ecclesiæ* vel *ciuitatis* mutuam pecuniam acceperunt. η) Nemo enim *alium* ex suo contractu obligare potest, nisi accedente eius consensu vel probata versione, vnde *consensus præsumtus* elicitur. ϑ) Ex *suo contractu* quilibet *simpliciter* citra *versionis probationem* obligatur, et sic etiam *corpora* et *vniuersitates*, si immediate contraxerunt, simpliciter ex *propriis contractibus* obstringi debent.

§. V.

PARITER inde conficitur, vt in *causis arduis* et magni momenti, quæ statum dioeceseos publi-

ε) *cit. c.* 12. *concil. Trident.*

ζ) RICHTER *decis.* 71.

η) *l.* 27. *D. de reb. cred. auth. hoc ius porrectum* C. *de SS. eccles. in f. c.* 4. X. *de fideiuss.*

ϑ) Conf. TRENTACINQ. *lib. II. de action. res.* 1. *n.* 1. *et* 6. Cardin. DE LVCA *tom.* XIII. *theatr. verit. et iustit. disc.* 82. *de cred. et debit. n.* 2. MERLIN. *decis.* 217. *n.* 255. MEV. *P.* 8. *dec.* 162.

publicum vel ſalutem communem eccleſiæ concernunt, *conſilium* vel *conſenſum* capituli adhibere debeat epiſcopus. Illud quidem non neceſſitat, ϑϑ) bene tamen hic. Quocirca ante omnia reſpiciendum ad *conſuetudinem*, quæ determinat, quando *conſilium capituli* requirendum ſit. ι) Quando autem *conſenſus capituli* neceſſarius ſit, dependet ex determinatione vel *iuris communis*, vel *capitulationum*, quæ hunc in finem præcipue electo præſcribuntur.

§. VI.

DE iure communi *conſenſus capituli* deſideratur (1) in collationibus beneficiorum, quæ *coniunctim* ab epiſcopo et capitulo fieri debent κ): (2) in *alienationibus* rerum eccleſiaſticarum λ): (3) in *vniendis* beneficiis et eccleſiis μ): (4) in contractibus, *nomine eccleſiæ* ineundis, vt eccleſia *ſimpliciter* inde obligetur ν): (5) in *interdicto* eccleſiarum decernendo. ξ) *Conſilium* vero duntaxat deſideratur in inſtituendis et deſtituendis clericis, ο) niſi conſuetudine aliud introductum. π) Denique in ſtatutis condendis, *conſilium*

ϑϑ) *c.* 7. X. *de arbitr.*

ι) *c.* 3. *de conſuet. in* 6. *c. vn. ne ſed. vac. in* 6.

κ) *c.* 1. *ne ſede vac. in* 6.

λ) *c.* 52. C. 12. *q.* 2. *c.* 1. 2. 5. 7. 8. 9. X. *h. t. c.* 1. X. *de reb. eccleſ. alien. vel non.* *de reb. eccl. non alien.*

μ) *c.* 8. 9. X. *h. t. clem.* 2.

ν) Vid. §. 3. *h. t.* quod infra per ſingulos contractus monſtrandum.

ξ) *c.* 2. X. *tit. ſq.*

ο) *c.* 4. X. *h. t. c.* 6. X. *de his, quæ fiunt a præl.*

π) *c.* 3. *de conſuet. in* 6.

silium eius haud negligendum, ρ) vt etiam in aliis, quae *magni momenti* sunt, in capitulationibus determinatis.

§. VII.

PRAEFICIVNTVR autem in Germania episcopi vel *regimini ecclesiastico*, et quidem *qua tales*: vel *seculari*, qua *domini territorii* vigore *superioritatis territorialis*, qua gaudent. Priori casu merito capituli vt *senatus ecclesiastici* consensus vel consilium desideratur in casibus adductis. Posteriori vero non item: quamuis enim per *capitulationes* quoque ad hoc adstringi soleant episcopi; σ) supra tamen dictum, τ) capitulationes hoc in argumento *modum* excedere, et capitulationes eo respectu irritas declaratas esse.

TIT. XI.

DE HIS, QVAE FIVNT A MAIORI PARTE CAPITVLI.

SYNOPSIS.

Vbi consensus capituli necessarius est, conuocandum est capitulum ab episcopo. I. Vocandi omnes, qui vocem in capitulo, qua canonici, habent. II. De negotio capitulariter deliberandum. III. Sententia plurimorum exquirenda, quae consensum capituli constituit. IV.

§. I.

ρ) *c.* 5. X. *h. t.*

σ) Vt ostensum *tom. II. p.* 61.

τ) *lib. I. tit.* 6. §. 20. *h. t.* §. 6.

§. I.

QVIA dictum est, *consensum capituli* in plurimis causis desiderari, videndum nunc vlterius, quomodo *consensus* interponi debeat. Videlicet capitulum est *persona moralis*, et sic de eius *consensu* aliter constare nequit, quam si legitime conuocatum sit, et *maior pars* praeuia deliberatione consenserit. In omni enim collegio *consensus maioris partis* habetur pro consensu omnium. Requiritur ergo (I) legitima *capituli conuocatio*, quae hoc casu fit ab *episcopo*, qui deliberanda proponit, vota exquirit, et secundum ea concludit. υ)

§. II.

(II) *Vocandi omnes*, *qui vocem in capitulo habere possunt*, φ) quales sunt canonici, qui intra numerum sunt, et eo respectu *capitulares* vocantur. Praepositus *regulariter* non vocatur, nisi *praebenda canonicali* gaudeat, qua etiam gaudere potest ipse episcopus, et hoc respectu etiam votum inter *capitulares* habet. χ)

§. III.

(III) NEGOTIVM *ad deliberandum ab episcopo propositum capitulariter excutiendum*, et sic deli-

υ) *Concil. Trident. sess. XXV. de reform. c.* 6.

φ) Quod *lib. I. tit.* 6. §. 6. *p.* 56. declaratum.

χ) *c.* 15. *de concess. praeb. c.* 11. *de appell. in* 6.

dum in ipso collegio: ψ) non extra il-
exquirenda, vt ne quidem consensus
partis sufficiat, si *extra capitulum* a sin-
:us, quia deliberatio praecedens, in ipso
nstituenda, deficit.

§. IV.

) *Vota singulorum ab episcopo in collegio*
la, et ex *maioribus votis* conclusio fit.
) quae *consensum* capituli constituit, nisi
rulos tangat. ωω) Ceterum si negotium
tum et *capitulum*, quatenus vt duae par-
derantur, pertinet, veluti collatio prae-
x *fundationis* vel *statuti* determinatione,
s separatim votum edit, et capitulum iti-
ius suffragium ex *sententia plurimorum*
:. Denique si in negotiis propriis capi-
lecano conuocatur, *decanus* directorium
otaque singulorum exquirit, atque inde
a format.

TIT.

X. *b. t.* ibi: *tra-*
mmuniter habuistis.

X. *b. t.* ibi: *prae-*
per et suum conse-
ctum, quod a maio-
ri parte capituli
fuerit constitutum. c. 4. X. *b.*
t. ibi: *obtineat sententia plu-*
rimorum.

ωω) Qualis est *religionis*
mutatio per art. V. I. P.
§. 15.

TIT. XII.

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA SINE DIMINVTIONE CONFERANTVR.

SYNOPSIS.

Diminutio vel minoratio beneficiorum cum consensu capituli et ex iusta causa fit; alias prohibita. I. Iustae causae diminutionis. II. Pontifici tamen ex iure canonico integrum etiam sine causa beneficia quaeuis grauare. Hinc illae communes lacrymae. III.

§. I.

QVAE generatim de *consensu capituli* dicta sunt, speciatim applicanda ad primarias caussas, *arduis* accensendas. Huc (I) *diminutio beneficiorum* spectat, quae variis modis fieri potest, etiam per *suppressionem*, *sectionem* seu *diuisionem*, vel aliam *minorationem*, α) quae ex *iusta causa* cum *consensu capituli* fieri potest. β) Illa deficiente est prohibita omnis *diminutio beneficii*, γ) vtpote si collator fructus beneficii pro parte sibi retinuerit, quod *simoniam* sapit: δ) vel si patronus cum praesentato tale pactum ineat. δδ)

§. II.

AD *iustam* et *probabilem causam* pertinet, si ante collationem retineantur prouentus praebendarum ex causa *grauis aeris soluendi*, de quo statu-

α) *c.* 10. *et c.* 26. X. *de praeb.*

β) Vid. supra *tit. de praeb.* §. 9. *p.* 384.

γ) *c. vn. inf.* X. *h. t.*

δ) *c.* 10. X. *de praeb.*

δδ) *c.* 7. X. *de censib. c.* 6. X. *de pact.*

ſtatuendum cum *conſenſu capituli*, ε) vel *pontificis* auctoritate: ζ) ſi penſio reſeruatur ægrotanti clerico, qui ex cauſa infirmitatis reſignauit: η) ſi ob *annos gratiæ* heredibus indultos ſucceſſor ad aliquot annos carere debet reditibus, quod ſtatutis, cum conſenſu capituli condendis, caueri ſolet. ϑ)

§. III.

SED quod epiſcopis probroſum et prohibitum, hoc pontifici iuſtum eſt, ceu ſupra ι) de *abuſu penſionum*, quibus admodum grauantur beneficia, et *annatis*, pontifici intuitu collationis ſoluendis, oſtenſum. κ) Olim etiam pro *augendo fiſco papæ* ſibi reſeruarunt reditus beneficiorum vacantium ad aliquot annos ex omnibus regnis, λ) gemente licet ad hanc iniuriam orbe chriſtiano, præcipue Germania, quam magis deglubere quam tondere viſus fuit paſtor Romanus. Sed his malis finem dedit DEVS per *concordata*, et *reformationem*, quæ catholicis quoque profuit, cum etiam inuitis beneficium detur.

TIT.

ε) *c. vn. in f. X. h. t.*
ζ) *c. 32. X. de V. S.*
η) Vid. *tit. de præb.* §. 15. p. 353.
ϑ) Vid. *tit. de præbend.* §. *vlt. p.* 368.
ι) *tit. de præb.* §. 15. vid. *c.* 30. *in f. X. de præb.*
κ) vid. ſupra *lib. I. tit. XI.* §. 11. *ſq. p.* 84. *ſq.*
λ) *c.* 11. *extrau. comm. de præbend.*

TIT. XIII.

DE REBVS ECCLESIAE ALIENANDIS VEL NON.

SYNOPSIS.

Rerum ecclesiasticarum alienatio prohibita est, primum lege ciuili ex rationibus ciuilibus, postea etiam ecclesiastica. I. Pertinet haec prohibitio ad quamuis alienationis speciem, II. et ad quaeuis bona ecclesiastica, tam communia quam in beneficium data. Vtraque tamen adhibitis consuetis sollemnibus alienari possunt. III. Huc pertinet causa vtilitatis, pietatis et necessitatis, quamuis sacrae difficilius alienentur. IV. Inde protocollum super causae cognitione conficiendum. V. Accedente episcopi auctoritate et capitulari consensu, etiam quoad mediatorum alienationem. VI. Decretum desuper conficiendum. VII. Vtrum subhastatio necessaria sit? alienatio nulliter facta cum fructibus reuocari potest. VIII. Valide facta operatur, vt res alienata in seculares reuertatur vsus. Secularisatio inuoluntaria an et quatenus permissa? IX.

§. I.

PRIMARIO (II) *consensus capituli* necessarius est in rebus ecclesiae alienandis, prout supra dictum. μ) Etenim *rerum ecclesiasticarum* alienatio, praecipue *immobilium*, prorsus prohibita est, ν) sub formidine *sacrilegii;* ξ) quod ad ius DEI pertineant, ο) eique consecratae, et *substantia* οο) *egentium* sint, π) vt absque grauissi-

μ) *tit. X. huius libri* §. 5.
ν) *c.* 5. *X. h. t.*
ξ) *c.* 5. C. 17. *q.* 4. Conf. *tom. V. lib. V. tit.* 17. §. 110. *sq.*
ο) *c.* 3. C. 12. *q.* 2.
οο) *c.* 2. *X. h. t.*
π) *c.* 3. *X. de rerum permut.*

ima causa capitulique consensu alienari ne-
ant. Verum haec *repentina bonorum ecclesia-*
sticorum recentior a more priorum seculorum
da fuit. LEO imperator demum Constanti-
politanae ecclesiae patrimonium alienare prohi-
t, ρ) quod aliquo modo extendit ANASTA-
VS; sed generaliter demum ad *occidentis* et
ntis ecclesias porrexit IVSTINIANVS. σ)
ulo VI SYMMACHVS papa, quasi suo iure,
ı lege imperatoris, quoad *patrimonium eccle-*
Romanae, idem constituit, τ) ne legem sibi a
TINIANO datam agnosceret. Ita vero ex
sis mere *politicis* et *oeconomicis*, non ex *in-*
seca inhabilitate bonorum horum, ceu qui-
n postea docuerunt, φ) alienandi facultas epi-
pis adempta. Haec ipsa prohibitio eo strictior
dita, quod pleraque bona *perpetuis beneficiis*,
ı certo officio sacro debitis, attributa fuerint,
e *de mensa clericorum* dicuntur. χ)

§. II.

PERTINET haec prohibitio ad quaevis pia
alitia, etiam *monasteriorum*, *hospitalium*, et
inum militarium. *Alienationis* vero appella-
ıe continetur omnis *conditio*, qua deterior fit
fun-

ρ) *l.* 14. *C. de SS. eccles.*
σ) *Nov.* 7. repetita in *c.* 5. .*t.*
τ) *c.* 20. *C.* 12. *q.* 2. Verenim finalia prorsus depra- et spuria esse docui: *tom.* .*t.* §. 14. Repetiit tamen MMACHVS legem LEO*in c.* 6. *X. h. t.*

φ) Vid. *not. lit.* ι *et* κ. Quid quod ad *constitutionem Leoninam* eiusque poenas adhuc pronocetur in *c.* 5. *X. h. t.* et sic agnoscatur, prohibitionem hanc radicaliter ex *lege mere positiva ciuili* esse.
χ) *c.* 8. *et* 10. *X. h. t.*

fundus ecclesiasticus, ψ) inprimis vero, venditio, donatio, permutatio, emphyteusis, ω) pignoris constitutio, α) in feudum concessio, β) aliique *contractus*, quibus praeiudicium graue ecclesiis infertur, de quibus titulis agendum in sequentibus.

§. III.

SVNT vero *bona ecclesiastica* vel *communia*, ad communem sustentationem clericorum vel onera sodalitii pii ferenda destinata, vt *monasteriorum hospitaliumque:* vel *particularia*, beneficiis vel praebendis certis attributa, quae vocantur *dotalia* et de *mensa capituli* vel *episcopi.* γ) Horum prohibitam alienationem *strictiorem* esse existimant, vt nequidem adhibitis sollemnitatibus consuetis alienari queant, ne beneficia *diminutionem* patiantur, nisi praeterea accesserit *consensus papae* et *imperatoris.* δ) Verum, quia *tit. praeced.* dictum, etiam beneficia, ex *iusta causa*, *episcopi* ac *capituli* accedente auctoritate, diminui posse, nihil obstat, quo minus etiam haec eodem modo, quo *bona communia*, accedentibus debitis requisitis, valide alienari queant. Alioquin haec tantum vsum praeberent in alienationibus bonorum *monasticorum* et *hospitalium*, quae tamen generatim praescripta in quorumcunque, etiam *decimarum*, alienatione, ε) quae beneficiis insunt. Deni-

ψ) prout hanc vocem, quae in *c.* 5. *X. h. t.* occurrit, CIRONIVS *ad h. t. p.* 202. explicat.

ω) *c.* 5. *X. h. t.* exceptis terris, *arabiles* factis, quae sub annuo censu possunt concedi *c.* 7. *X. h. t.*

α) *l. f. C. de reb. alien. non alien. cit. c.* 5.

β) *c. f. h. t. in* 6.

γ) *c.* 8. *et* 10. *X. h. t.*

δ) *tom. II. h. t.* §. 22.

ε) *c.* 1. *h. t. in* 6.

Denique pontificis *licentia specialis* pariter in alienatione quarumcunque rerum ecclesiasticarum, non praecise *dotalium*, desideratur, ζ) quam sanctionem tamen nunquam recepit Germania, testibus interpretibus: η) nec Caesaris consensum amplius postulat, sublata *inuestitura per annulum et baculum*.

§. IV.

VALIDE ergo alienantur *bona ecclesiastica* (1) ex *iusta causa*, h. e. ex *necessitate*, *pietate* et *vtilitate* aestimanda. *Necessitas* et *pietas* tamen tantum legitimant *rerum sacrarum* alienationem; ϑ) *vtilitas* vero etiam aliarum rerum alienationem, maxime *superfluarum* et *inutilium*. ι) De hac causa (2) *capitularis* deliberatio instituenda; κ) et quidem *diligens*, si res immobilis, si iura de vna ecclesia in aliam transferenda, maxime in eadem dioecesi κκ): *diligentior*, si ad *secularem statum* reducenda, λ) quod *secularisatio*,

ζ) *c. f. b. t. in* 6.

η) adductis *tom. II. b. t.* §. 26. Horum consensus quoque insigne adminiculum accipit ex diplomate INNOCENTII VI. apud Dn. de LVDEWIG *tom. VI. reliq. MSCt. p.* 16. et alio eiusdem tenoris, *tom. V. p.* 518. *sq.* vnde liquet, *consensus pontificii* nullam olim fuisse habitam rationem.

ϑ) *c.* 13. C. 12. *q.* 2. *l.* 21. C. *de episc. et cler.*

ι) *c.* 52. *sq.* C. 12. *q.* 2. *c.* 7. X. *b. t.*

κ) *c.* 1. *b. t. in* 6. ibi: *quia etiam tractatus sollemnis diligens, qui in talibus concessionibus perpetuis et alienationibus rerum ecclesiasticarum exigitur, non fuit habitus in eadem.*

κκ) ENGEL de *priuil. et iurib. monast. priu.* 32. *n.* 16.

λ) vnde dicuntur ad *manus mortuas* venisse.

tio, quantum fieri possit, præcauenda: μ) *diligentissima*, in alienanda *re sacra.* ν)

§. V.

VT ergo de *iusta* alienationis *causa* constet necesse est, vt protocollum super *causæ cognitione* rite formetur, ξ) cuius copia emtori danda, vel ad minimum *circumstantialiter* in decreto super alienatione eius *causa* referenda. Interim nomine *ecclesiæ* agenti et alleganti *defectum causæ* incumbit probatio, qui etiam *præscriptione XL annorum* repelli potest, ο) modo *quadriennium*, restitutioni præfixum, simul abierit.

§. VI.

ACCEDERE (3) debet *auctoritas prælati* et *capituli consensus.* π) *Ratihabitio capituli*, alienationis a solo prælato factæ, capitulariter superveniens idem præstat; ϱ) qua deficiente alienatio inualida est σ) In *mediatis collegiis* et *prælaturis* non sufficit consensus abbatis et conuentus in alienationem, sed præterea *auctoritas episcopi* necessaria, cuius *inspectioni* et *legi diœcesanæ* hæc bona

μ) Quidni ergo etiam recte prohiberent imperantes, ne bona immobilia ad *patrimonium ecclesiæ* transirent? v. PETRVS PECKIVS *de amortizat. bonorum.* Quia enim quouis modo impediunt, ne vnquam bona ecclesiastica ad seculare commercium revertantur, recte etiam imperantes præcauent, ne immobilia ecclesiis acquirere queant, sine eorum speciali permissione, quod *ius amortizationis* vocant, vbi talis lex prohibitiua adest, vt in terris patrimonialibus imperatoris.

ν) *c.* 13. *et* 14. C. 12. *q.* 2.

ξ) LYNCKER *resp.* II. *n.* 41.

ο) *c.* 8. 9. X. *et c.* 2. *h. t. in* 6.

π) olim totius cleri consensus. *c.* 52. C. 12. *q.* 2.

ϱ) *c.* 3. X. de *his, quæ fiunt a prælato sine cons. capit.*

σ) *episcopus* enim *rebus ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis vti debet. c.* 52. C. 12. *q.* 2.

bona subsunt; τ) nisi forsan de vno monasterio in aliud eiusdem dioeceseos alienatio fuerit facta. υ) Pariter in protestantium terris sine auctoritate *domini territorii* a monasteriis quibuscunque, etiam *exemtis*, nulla alienatio fieri potest, quia exemtio papalis ea non liberat ab inspectione territoriali. φ) *Exemtorum praelatorum immediatorum* inter catholicos diuersa est ratio, iure fere episcopali fruentium in sua dioecesi, vt *capituli consensus* et *auctoritas illorum* idem operetur, quod *episcopalis* cum capituli consensu. Etiam ordinum militarium sua sunt capitula, quorum cum consensu a *commendatore prouinciali* vel *ordinis magistro* suscipienda alienatio, prout ab hoc vel illo ad illam deueniendum.

§. VII.

HAEC omnia (4) *decreto sollemni* corroboranda; quo de *fide gestorum* constet. Hoc *singulorum subscriptione* firmandum, χ) vt quoque *consensus communis* certus sit; quamuis hodie, pro more, *subscriptio collectiua* cum adpositione sigilli capitularis intuitu capituli sufficere videatur. Denique cum hoc tantum ad *fidem gestorum* pertineat, illud nequidem necessarium est, si aliunde euidens est, in alienatione nihil peccatum fuisse. ψ)

§. VIII.

τ) *clem.* 2. *de reb. relig.*

υ) *c.* 2. X. *h. tom. II. h. t.* §. 42.

φ) *I. P. art. XVII.* §. 3. ibi: *nullae ordinum religiosorum regulae aut exemtiones.* Neque attendenda contraria dispositio in *c.* 12. *X. h. t.*, cui derogatum in *cit. art. XVII.* §. 7.

χ) *c.* 1. 2. 3. *et* 8. *X. de his, quae fiunt a prael. c.* 52. C. 12. *q.* 2.

ψ) *tom. II. h. t.* §. 44.

§ VIII.

TANDEM in venditionis casu (ς) desideratur *subhastatio*, de *iure ciuili*, ω) non item de *iure canonico*, quod hic primario attendendum. Hæc *sollemnia* aut obseruata sunt aut non. Posteriori casu alienatio est irrita, reuocationi cum fructibus a quolibet possessore obnoxia, per actionem popularem. α) Priori casu subsistit, nisi probata fuerit *læsio*, quo facto, restituitur in integrum. β) Vix ergo quisquam securus est, qui rem ecclesiasticam acquirit ab ecclesia, vt ab eiusmodi contractibus tanquam a re pestifera cauendum esse, moneant interpretes.

§. IX.

HOC modo bona valide alienata vel pristinam retinent qualitatem, si in aliam ecclesiam facta alienatio: vel in commercium seculare transeunt, quo facto oneribus consuetis subiiciuntur, et immunitatem pristinam amittunt. Vocant talem mutationem bonorum *secularisationem voluntariam*. Huic opponitur *inuoluntaria*, quæ fit neglecto cleri consensu, auctoritate reipublicæ, in bonis, vsibus, postea reprobatis, destinatis, ad vsus *æque pios* γ) vel *publicos*, suadente *utilitate* vel *necessitate* communi. δ) Hanc protestantes defendunt, postquam, sacris in melius re-

ω) *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccles.*

α) *c.* 6. X. *h. t.*

β) *c.* 11. X. *h. t.*

γ) quod merito suadendum ex ratione *l.* 16. *de vsu et vsufr. et red. leg.*

δ) vid. MAVRITIVS de *secularisat.*

restitutis, apparuit, bona plurima *vsibus superstitiosis*, sacris suis aduersantibus, esse applicata, meliores in vsus conuertenda, quorum status hodie ex *anno decretorio* aestimatur. Atque ita haec immutatio in posterum penitus proscripta est, pacis causa.

TIT. XIV.

DE PRECARIIS.

SYNOPSIS.

Precariae quid? earum discrimen a precario simplici. I Continent negotium consensuale et cum consensu capituli conceduntur. II. Sunt vel datae vel oblatae. Hae non necessario consensum capituli desiderant. III. Datae ad instar eleemosynae indigentibus concessae. IV. Oblatae fauorabiliores, et frequentiores. Harum exempla. V.

§. I.

De *alienationibus* quae dicta sunt, speciatim in *sequentibus titulis* (III) applicantur ad quoslibet *contractus praelatorum*, qui nomine *ecclesiae* ineuntur, vt secundum illa de validitate eorum atque vi obligandi iudicium interponi debeat. Huc pertinet CONCESSIO PRECARIARVM, quae erat *contractus, quo reditus bonorum certorum ecclesiasticorum a praelato cum consensu capituli cuidam ad preces ex causa probabili ad vitam praestantur.* Quocirca pro voluntate concedentium non reuocatur, sed tantum eorum morte, quibus praestantur redi-

 tus.

tus. ε) In hoc differt a *precario communi*, quo vtendum quid alicui *indefinite* et *ad beneplacitum* conceditur, quamdiu patitur, qui concessit. Solvitur etiam obitu eius, cui concessum, vel etiam *concedentis*. ζ)

§. II.

CONCESSIO hæc constat *consensu mutuo*, et concedentis, et eius, cui conceditur, adeoque *consensuale negotium* est, quod varia præterea recipit pacta, v. c. præstationem census: vt de quinquennio in quinquennium renouetur: η) vt post mortem res precariarum titulo concessa reuertatur ad ecclesiam cum altero tanto. ϑ) Sed etiam in his *capituli consensus* necessarius fuit, ob præiudicium ecclesiæ, quod concurrere poterat. ι)

§. III.

ERANT autem *precariæ* vel *datæ* vel *oblatæ*. Illæ ex patrimonio ecclesiæ *præstabantur*, petenti ad vitæ curriculum, cum *capituli consensu*; hæ in bonis propriis immobilibus, ecclesiæ vel monasteriis oblatis vel donatis, reseruabantur,

ε) *c. f. X. h. t.*

ζ) Quia morte *voluntas concedentis* desinit. Inde palam est in *c. f. X. h. t.* verba hæc: *non etiam concedentis* deprauata et erronea esse, necessario affirmatiue legenda hoc modo: *sed etiam concedentis* vel ita: *non tantum concedentis*.

η) *c. 1. X. h. t.*

ϑ) *l. 14. §. 5. C. de SS. eccles.*

ι) Vid. diploma de anno 862. apud AVB. MIRAEVM *tom. I. in notit. eccl. Belg. c. 28. p. 649. nouiss. edit.* ibi: *honorabilis tua petitio et fratrum nostrorum decreuit beneuolentia -- et hanc præstariam vobis conscribi iussimus. -- Data præstaria. etc.*

bantur, h. e. quæ hac conditione ecclesiis donabantur vel tradebantur, vt ea iure precariarum donatori rursus per *traditionem breuis manus* conferrentur ab ecclesia ad vitæ tempus, κ) quæ capituli consensum non necessario desiderabant, quod in ecclesiæ commodum vergerent.

§. IV.

Datæ precariæ concedebantur, vtplurimum *laicis indigentibus*, et sic *iure eleemosynæ*, quod bona ecclesiastica essent *patrimonium pauperum*, vnde indigentibus succurrendum esset. Ita eundem, quem *pensiones*, laicis ex his bonis assignatæ ad instantiam principum, finem habebant. Sine *probabili causa* concessæ irritæ erant, et reuocari poterant. λ)

§. V.

Oblatæ maiorem fauorem habuerunt, ac *potentioribus* etiam, haud indigentibus, concedi potuerunt, nec *eleemosynam* constituerunt, sed magis *beneficium ecclesiæ datum.* μ) A parte con-

κ) vid. diploma apud MIRAEVM *cit. l.* Sicuti enim *in feudum* ecclesiis offerebantur, ita etiam hac conditione, vt *iure precariarum* ad vitæ tempus retinerentur, offerri poterant. Quandoque monasteria quædam bona propria adiungebant: v. diploma apud ill. Dn. de LVDEWIG *tom. VI reliq. MSct. p.* 652.

λ) *c. 2. X. b. t.*

μ) Exemplum huius generis *precariarum* insigne habet FLODOARDVS *lib. II. histor. Rem. c.* 1. inquiens: *Huius temporibus Suanegotta regina Remensi ecclesiæ tertiam partem villæ Virisiaci per testamenti paginam delegasse reperitur, quam partem villæ ipse quoque præsul Theudechildi præfatæ reginæ filiæ vsufructuario,* PER PRECARIAM, *saluo*

concedentis *praestariae* dictae; ν) a parte petentis vero, *precariae*, ξ) et sic duplici formula epistolae opus fuit, altera, qua petitum: altera, qua praestitum petenti beneficium.

TIT. XV.

DE COMMODATO.

SYNOPSIS.

Ecclesia potest, vt persona moralis, contrahere, et ex suo contractu acquirere et obligari. I. *Nomen ex mutuo quando ecclesiasticum dicendum?* II. *Non gaudet hypotheca tacita aut alia praerogatiua de iure communi.* III. *De vsuris ex nominibus ecclesiae debitis.* IV. *Qua ratione aes alienum ex mutuo contractum obliget ecclesiam? quid in* mediatis *iuris?* V. *Versio, qua ratione a creditore probanda?* VI. *Succurritur piis sodalitiis, aere alieno depauperatis, variis modis.* VII. *Obseruationes quaedam de commodato ecclesiastico.* VIII.

§. I.

saluo ecclesiae iure, concessit, ita duntaxat, vt post eius obitum, absque vllo praeiudicio, sicut ab ea meliorata fuisset, ad ditionem Remensis reuocaretur ecclesiae. Alia notabilis species est in diplomate de an. 1025. apud MEICHELBECKIVM *tom. I. histor. Frising. ad cit. an. p.* 219. vbi CVNRADI I. Imperatoris vxor episcopo Frisingensi bona quaedam tradidit, reseruato sibi vsufructu ad vitam, hac lege, vt post decessum suum *lege precaria* ad ecclesiam Frisingensem reuerteretur.

ν) Huius formulam habet MARCVLPHVS *lib. II. c.* 5. repetitam a COINTIO *tom. II. annal. Francor. ad ann.* 564. *n.* 43.

ξ) Huius formulam pariter sistit MARCVLPHVS *lib. II. c.* 40. itidem a COINTIO *cit. l.* reguftatam. Vtraque formula *precarias oblatas* concernit, olim frequentiores, ecclesiis maxime proficuas. Nihilominus tamen etiam in posteriori adest clausula: *cum consensu fratrum nostrorum*, ad maiorem securitatem.

§. I.

Sicuti in *alienationibus* rerum ecclesiasticarum desideratur *consensus capituli*, vt intuitu *ecclesiæ* subsistant; ita quoties ex contractu episcopi aliusue clerici *obliganda* est ecclesia, id aliter fieri nequit, quam consentiente capitulo, *expresse* vel *præsumtiue*, quod cum episcopo repræsentat ecclesiam. *o*) Hæc enim cum *vniuersitatem* constituat, seu *personam moralem*, contrahere quoque, et ex suo contractu *simpliciter* obligari atque acquirere potest. Non omne factum *clericorum* tamen censetur factum *ecclesiæ*, nec *æs alienum clericorum* est *debitum ecclesiæ*, quæ sedulo distinguenda, et præcipue in *mutuo ecclesiastico* attendenda.

§. II.

VIDELICET circa *nomina ecclesiastica*, ex *mutuo* actiue et passiue contracta, ratio contrahentium habenda. *Nomen ecclesiæ actiuum* illud dicendum, quod ab illis, qui eam repræsentant, est contractum, veluti ab abbate et conuentu: ab episcopo et capitulo, vel in minoribus et *parochialibus* ecclesiis ab iis, qui earum patrimonii curam habent, accedente consensu eorum, qui eas repræsentant. Hi vel collegium ex ipso cœtu quandoque constituunt, vt apud protestantes: vel ex *patrono*, *clericis* π) et *superiore*, iis præposito, constant pro diuersis singularum ecclesiarum

o) supra *lib. III. tit.* 10. §. 6. *p.* 396.

π) in quibus potissimum *ecclesia* de iure canonico consistere dicitur, vt horum *consensus* semper necessarius sit.

rum *formulis* ſeu *inſtitutis*. Si *ſolus adminiſtrator* pecuniam eccleſiaſticam elocat, id *ſuo periculo* facit, quamuis interim *eccleſiæ* acquirat obligationem, intuitu eius contractam, ſi eam agnoſcere velit.

§. III.

HIS *nominibus eccleſiaſticis*, quod mirandum, nulla tributa eſt *hypotheca tacita* aut *prioritas:* nam argumentum, quod a *priuilegio fiſci* trahitur, ϱ) minime ſtringit. σ) Paſſim tamen illa prærogatiuam in concurſu creditorum acceperunt per *ordinationes prouinciales*, τ) quod tamen merito de nominibus ab eccleſia ipſa contractis accipiendum, non de his, quæ per *ceſſionem* aliunde acquiſiuit. υ)

§. IV.

EQVIDEM ius canonicum reprobauit vſuras, vt eas eccleſia petere nequeat hoc iure, bene tamen ex *legibus imperii*, quibus vtuntur eccleſiæ proteſtantes ſine vlla formidine. His debentur vſuræ etiam *ex mora*, quæ ſine interpellatione, *ipſo iure*, contrahitur, φ) non vero

ϱ) vid. KOEPPEN *dec.* 48. *n.* 25.

σ) obſeruante KLOCKIO *tom. II. conſ.* 40. *n.* 176. *ſq.* conf. *tom. II. tit. de depoſito* §. 23.

τ) In *conſtitut. Pomeran. de anno* 1669. von Kirchen-Schulden præfertur eccleſia dotibus et hypothecis omnibus. Aliorum locorum mores retuli *cit. l.* §. 24.

υ) Hæc declaratio diſerte additur in *cit. Pomeran. conſtitut.*, cuius ratio eſt, quod non plus transfertur in ceſſionarium, quam cedens habuit.

φ) *l.* 46. §. 4. C. *de epiſc. et cler.*

[redacted]

o vltra *alterum tantum.* χ) Vnde liquet, ob ilegia, illis indulta, in quibusdam locis mul- referre, vtrum nomen *ecclesiasticum*, an cle- vel *administratoris* priuatum dicendum.

§. V.

PERGO ad *aes alienum* ecclesiarum, quod aliter obligat ecclesiam, quam si vel *con- us eius* expressus vel *versio* doceatur, ψ) vn- *praesumtus consensus* elicitur. Solius episcopi administratoris aes alienum non est aes alie- ı ecclesiae, licet nomine *ecclesiae* contractum: ergo a successore in officio non soluendum, probata fuit *versio*, quo casu demum succes- ad illud soluendum obstringitur, α) nomi- *cclesiae.* In collegiis *mediatis* praelati et con- tus consensus non sufficit ad obligandum mo- erium, nisi *dioecesani*, vel *domini territorii* oris protestantium auctoritas quoque adhibi- aeque vt in *alienatione* iuris est, nisi rursus *io* probata fuerit. Denique in plerisque ec- is protestantium ad *obligandam ecclesiam* con- us consistorii vel magistratus loci praeterea tulatur, β) quod tamen, *versione probata*, su- acuum est.

§. VI.

vt docui *tom. II. tit. de* §. 29.
vt supra *h. libr. tit. X.*). 395. iam dixi.
Nou 120. *c.* 6. §. 3. *c.* 1. X. *de solut.*

β) Vtrumque tum quoad *monasteria*, tum quoad *ecclesias parochiales* satis prouide prouisum in *ordin. Magd. polit. c.* 49. §. 22.

§. VI.

VERSIONIS probatio ſuſcipienda a creditore, et ad duo porrigenda: (1) pecuniam numeratam eſſe intuitu *monaſterii* vel *eccleſiae:* (2) in eam rem a collegio verſam fuiſſe, cuius rei gratia mutuum acceptum. Inde vero fit, vt creditori *per indirectum* probatio *numerationis nummorum* incumbat, quia absque ea non poteſt *verſionem* docere. γ) Super hac vero iuramentum deferri poſſe pio ſodalitio, non dubitatur, quippe quod ex *antiquis rationibus* et *regiſtris* ſuis, in quam rem olim pecunia mutuo accepta, notum habere poteſt.

§. VII.

PIIS ſodalitiis, aere alieno oppreſſis, ſuccurritur (a) *remiſſione vſurarum*, vel in totum vel pro parte, ne in futurum currant δ): (b) *datione in ſolutum*, ε) quod beneficium aliis debitoribus quoque non denegandum, ζ) vt tamen creditori electio in *debito eccleſiaſtico* non tribuatur, in quo ab aliis debitoribus diſtat η). (c) Omnibus bonis ſpoliari nequeunt, quod alioquin interirent, quae potius conſeruanda.

§. VIII.

PERGO ad *commodatum*, quod locum non habet

γ) Vt recte cenſet ENGEL *de priuil. monaſt. priu.* 44. *in f.* et BRVNNEMANN. *lib. II. iur. eccleſ. c.* 15. §. 27. atque hoc modo intelligenda, quae dixi *tom. II. ad tit. ſq.* §. 45. *in f.*

δ) *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccleſ.*

ε) *per cit. auth.*

ζ) *Nou.* 4. *c.* 3. *R. I. de anno* 1654. §. 172.

η) *Nou.* 120. *c.* 6. §. 2. *in fi.*

habet (1) in pallio ϑ). (2) In aliis rebus ſacris locum inuenit, modo fiat auctoritate diœceſani, vel in eccleſiis proteſtantium conſiſtorii. (3) Dari etiam *commodatum perſonarum* intuitu operarum ſuarum, notum. ι) Quidni ergo etiam epiſcopus vel alius ſuperior clericum alii eccleſiae ad certum tempus commodare poſſet? κ) qui reuocari nequit, niſi poſt vſum expletum. λ)

TIT. XVI.

DE DEPOSITO.

SYNOPSIS.

Depoſitum apud miniſtrum eccleſiæ non ſtringit eccleſiam, ſed illum tantum, qui anterioribus remediis compellitur ad id reddendum I De bona fide in depoſito præſtanda. II.

§. I.

Ex adductis fundamentis liquet, ex *depoſita pecunia*, miniſtro eccleſiæ vel alii prælato data, non obligari eccleſiam vel monaſterium, in cuius vtilitatem haud verſa eſt, ſed adſtringendum depoſitarium ad eam reddendam.

ϑ) *c. 2. X. de vſu et auctor. pall.*

ι) MVLLER *ad Struu. h. t.* §. 4. *lit* β)

κ) Exemplum de IVSTO IONA adduxi *tom V. lib. V. tit. 3. § vlt.*

λ) *c. vn. in f. h. t ibi: cum non accipit nos beneficio oporteat, ſed adiuuari.*

dam. μ) Quodsi clericus depositarius rem depositam animo auferendi occultauit, et aliunde asportauit, furtum *committit*, adeoque etiam per duriores carceres et vincula a iudice suo constringi potest ad depositum reddendum. ν) Nec dubium, quin etiam *torturae* subiici queat pro indicando loco, quo depositum abscondidit. ξ)

§. II.

CETERA, quae h. t. ο) traduntur, iuris communis sunt, hic aliena, veluti *quod bona fides abesse praesumatur, si depositarius, rebus suis salvis existentibus, depositas amiserit;* nec enim salva fide minorem is, quam suis rebus diligentiam praestabit, π) modo depositas cum propriis seruare potuisset.

TIT.

μ) *c.* 1. *X. h. t.*

ν) *cit. c.* 1. *X. h. t.*

ξ) Equidem ex *cit. c.* 1. hoc colligi non posse certum est, cum verba: *vt illum iniquum sub quaestionibus ad rationem ponant*, duntaxat designent rigorosum examen cum fure instituendum, vt docui *tom. V. tit. de poen.* §. 106. Interim aliunde applicationem torturae quoad clericos asseri posse, *cit. l.* dixi.

ο) *c.* 2. *X. h. t.*

π) *l.* 32. *D. depos.*

TIT. XVII.

EMTIONE ET VENDITIONE.

SYNOPSIS.

ulliter ab ecclesia ven- a repeti possunt, ne reddito pretio, nisi robetur. I. Ecclesia ipso quadriennio, la- vltra dimidium pre a . An praecise libellus alternatiue formandus? II. A mercatura exclusi clerici et monachi. Officium episcoporum circa negotiationes mercatorum, et suspectas venditiones ae vsuraria prauitate. III.

§. I.

RSVS, quod de *alienandis rebus ecclesiae* dictum, praecipue referendum ad *venditionem harum rerum.* ππ) Hoc neglecto, ransfertur dominium in emtorem, sed res :ari potest a quouis possessore, ne quidem o pretio, nisi *versio pretii* in rem ecclesiae onasterii probata sit. ϱ)

§. II.

SI valide venditio facta, sed ecclesia in pre- sa, non tenetur allegare laesionem vltra di- m, sed *restitutionem in integrum* ex *laesione i* petere potest intra quadriennium. Hoc)iit, laesionem *vltra dimidium* σ) proba- ber, aeque vt alii venditores vel emtores Non tamen praecise *alternatiue* hoc casu agit,

c. 2. 8. X. de elect. c. 1. de praed. et aliis reb. minor.
is, quae fiunt a pral. σ) *l. 2. C. de rescind. vendit.*
onf. *l. 10. l. 14. l. 16.* C. *c. 3. et 6. X. h. t.*

agit, σσ) cum *rescissio venditionis* tantum in *obligatione* sit, ex qua agitur; *læsionis* autem *ratio* ad *facultatem* et *beneficium rei* pertineat, τ) quo ipse, si velit, vti potest.

§. III.

EST autem venditio duplex: *œconomica* et *negotiatoria*. Illa ecclesiis et clericis permissa; non æque hæc. υ) Olim tantum id negotii *episcopis* datum, vt curarent, ne mercatores modum mercandi excederent, φ) id quod ex delegata potestate imperatorum exercuerunt. Sed etiam postea *iurisdictionem* suam extenderunt ad venditiones laicorum sub pacto de retrouendendo, si sub illis *vsuraria prauitas* occultata est, quod inde cognoscitur, si (a) *mutuum* a venditore ab initio desideratum: (b) si is vix dimidium iusti pretii accepit. χ)

TIT.

σσ) nec sententia præcise alternatiue ferenda, ceu censuit pontifex in *c.* 6. *X. h. t.*

τ) Id non obseruauit pontifex in *c.* 3. *X. h. t.* vt sententiam, in qua *alternatiua* omissa, iuri contrariam crediderit et in *c.* 6. *X. h. t.* idem repetierit. Sed contrarium euici *tom. II. h. t.* §. 3. *sqq.*

υ) *c.* 6. *X. ne clerici vel mon. secular. negot. se immisc.*

φ) *l.* 1. *C. de episc. aud.* ad quod quoque respicit *c.* 1. *X. h. t.*, vbi per *presbyteros* intelligendi *episcopi*, qui olim etiam hac gaudebant appellatione, vt recte CIRONIVS *ad h. t.* obseruat.

χ) *c.* 5. *X. h. t.* de cuius sobria applicatione ad Germaniæ fora, in quibus vsuræ tolerantur, dixi *tom. V. tit. de vsur.* §. 40. *sq.*

TIT. XVIII.

: LOCATO ET CONDVCTO.

SYNOPSIS.

'io prædiorum ecclesia- *corum perpetua vel ad* *tempus prohibita.* I. *ne dari possunt cuidam* *licutionis, nisi ab anti-* *dari solita.* II. *Pro-* *quoque est, obuentio-* *nes ecclesiarum elocare vel vi-* *ces suas sub annuo censu.* III. *Conducere quoque prohibentur* *clerici, non item monachi, præ-* *dia secularia, non item deci-* *mas.* IV. *Obseruationes de* *emphyteusi ecclesiastica.* V.

§. I.

VOD de prohibita *alienatione rerum eccle-siasticarum* dictum, pertinet suo modo et-iam ad *locationem* et *emphyteusin.* Prohi-r enim clerici *in perpetuum* locare prædia iastica, sibi in beneficium data. ψ) Idem lum de locatione ad *longius tempus*, veluti *triennium:* ω) in terris protestantium ple-; vltra *sexennium* vel *nouennium.* Quid? successor in officio ecclesiastico ex locatio-*ædiorum dotalium* et *decimarum* antecessoris ligetur, quippe qui in obligationem defun-ud succedit; nisi sub *nomine ecclesiæ* ab his, am repræsentant, locatio facta. α)

§. II.

ERTINET vero hoc ad simplicem rerum iasticarum locationem. Dantur præterea *iure*

. 9. X. *de. reb. eccles.* *el non.* *vn. extrau. comm. eod.*

α) Ergo nec præpositus ex locatione sui antecessoris obligatur.

iure Germanico singulares locationum species, propriis suis iuribus constantes, qualis etiam est *contractus villicationis*, in quo sub certo censu villicationis bona *indefinite* elocantur, nec ille, nisi certis casibus, *resignationem* vel *expulsionem villici* admittit. β) Enimuero hic contractus, in rebus *ecclesiae* vel *monasteriorum*, vix aliter locum inuenit, quam si res ab antiquo *iure villicationis* concedi solitae, γ) vel contractus *nomine ecclesiae*, adhibitis requisitis supra relatis, initus fuerit; quia ad *perpetuam locationem* vergit. Huc suo modo pertinuisse videtur *datio ad firmam*, quae passim in iure canonico memoratur. ε)

§. III.

PRAETEREA aliud quoque est *locare praedia ecclesiastica:* et aliud *locare ecclesias.* Posterius interdictum, id quod de *obuentionibus ecclesiasticis* intelligendum, ζ) veluti ex *oblationibus* aliis-

β) de quibus agit D. STRVVE *de iur. villicor. c. VIII.*

γ) *c. vn. extrau. comm. de reb. eccles. alien.*

ε) *c. 2. X. h. t. c. 7. de iure patron. c. 24. de decim.* conf. *tom. II. h. t. §. 4.* *Firmam* enim antiquitus dixerunt *reditum* vel *praestationem annuam* aut *annonariam* in elocandis praediis domino elocanti reseruatam, aeque vt in *contractu villicationis* reseruantur *pensiones*, die Meyer-Zinse, in *frumento* praestari solitae. Vnde antiquae formulae: *tenere pro hac vel illa firma: pro eadem firma tenere, per quam terras prius tenere consueuerunt*, quae adductae a KENNETTO in tr. Anglicano, cui titulus: *Parochial antiquities*, ibique in subiecto *glossar.* voce: *ad firmam dare.* Saepe tamen simpliciter quamvis locationem hac formula designari, constat ex *c. 6. X. ne cler. vel monach.*

ζ) *c. 6. ne cler. vel mon. secul. negot.* vnde liquet, *monachos* has olim ab ecclesiis conduxisse.

ae *honorariis*, ministris ecclesiæ præstari so-
: Hoc intuitu quoque interdictum prælatis,
suas vel in *iurisdictione ecclesiastica* exer-
, pro *annuo censu* elocare, *η*) quamuis vica-
ibi assumere non prohibeantur, constituta
a pensione congrua. *ϑ*)

§. IV.

:LERICIS quoque interdictum est bona se-
-conducere tam *iure ciuili*, *ι*) quam *cano-*
κ) Enim vero (1) *decimas*, a monasteriis
las, parochiales presbyteri *λ*) conducere
rohibentur, quod originetenus clericis at-
e: (2) nec monachis interdictum est, præ-
stica conducere. *μ*) Denique (3) clericus
lens patri conductori in conductione non
te repellendus, sed obligatur ad conductio-
ontinuandam, nisi auctoritate episcopali ab
retur. *ν*)

§. V.

ARI quoque bona ecclesiastica *in emphy-*
nequeunt, *ξ*) nisi ab antiquo in emphyteu-
sin

. X. *ne præl. vices suas*
, *cens.*
e qua supra *h. libr.*
16. *p.* 353. dictum.
m. 123. *c.* 6.
26. *D.* 86. *c.* 1. *X. ne*
el mon. secul. negot.
le quibus vnice agitur
X. *h. t.* vt integer tex-
tus ostendit a GONZALEZIO
relatus.

μ) *c.* 8. *X. de decimis*, vt
tamen, quatenus *conductores*
sunt, nulla immunitate re-
spectu *decimarum* gaudeant.

ν) quamuis hoc casu loca-
tori ad interesse teneatur.

ξ) *c.* 5. *X. de reb. eccl. alien.*
vel non,

sin dari solita fuerint, quae ad ecclesiam reuersa aliis a praelato quolibet rursus sub eadem qualitate dari queunt. ο) Cessante emphyteuta *per biennium* in soluendo canone, priuari ea potest, etiamsi is interpellatus non fuerit; π) nisi *celeri satisfactione* postmodum sibi consulere studuisset; ϱ) neque enim *ipso iure* amittitur emphyteusis, sed *declaratione domini* opus est. Denique in ecclesiastica emphyteusi instrumentum desideratur, ne memoria eius pereat. σ)

TIT. XIX.

DE RERVM PERMVTATIONE.

SYNOPSIS.

Prohibita est etiam rei ecclesiasticae cum seculari permutatio: non item rerum ecclesiasticarum inter se. I. *Olim etiam sub lege precariarum permutationes susceptae.* II. *De permutatione beneficiorum.* III.

§. I.

Svb alienatione prohibita rerum ecclesiasticarum etiam continetur *permutatio* cum re *seculari*; τ) vt inconsulte et nulliter facta reuocari a successore queat. υ) Permissa tamen est, si res *secularis*, quam accipit ecclesia, maior est

ο) *c.* 1. *extrau. commun. eod.*

π) *c. f. X. h. t.* ibi: *cum in hoc casu dies statuta pro domino interpellet.*

ϱ) *cit. c. f. X. h. t. inf.*

σ) *N.* 7. *pr. Nou.* 120. *c.* 5.

τ) *c.* 5. *X. de reb. eccl. alien.*

υ) *c.* 2. *X. h. t.*

vel æqualis, iusta causa, id suadente, adhibitisque debitis requisitis. φ) Qualia *concambia* ... in diplomatibus deprehenduntur. Imo nec *mancipiorum ecclesiasticorum* permissa est permutatio cum seculari mancipio, χ) nisi ex *libertatis* causa. ψ) Denique *res ecclesiasticæ* inter se permutari possunt, cum non amittant qualitatem primam. ω)

§. II.

ADMISSA etiam est permutatio rerum ecclesiasticarum cum seculari per modum *precariarum ad tempus vitæ* permutantis et filiorum. α) ...æc cautela tamen sub lege *precariarum* magis ...uenta est in fraudem legis, vt eo minus in du...um vocari posset permutatio *rei ecclesiasticæ* ...m *seculari.*

§. III.

COMMVTATIONES denique *præbendarum* ...ri nequeunt, β) maxime *priuata auctoritate*; alioquin

φ) *c.* 1. *X. b. t.*

χ) *c.* 4. *X. b. t.* ibi: *est ab...dum, vt ab ecclesiastica di...itate abscedens seruus hu...mæ obnoxius sit seruituti.* ...ulgatum est: unter dem ...umstab ist gut wohnen.

ψ) *c.* 3. *X. h. t.* Causa pro...sitæ permutationis ponitur ...vulgato illo: *quod semel* ...EO *consecratum est, ad humanos vsus transferri non decet.* Ergo serui ecclesiastici quoque *Deo consecrati* dicuntur, quod sint in mancipio clericorum.

ω) *c.* 6. *X. b. t.*

α) Exemplum occurrit apud MEICHELBECKIVM *tom. I. histor. Frising. in codice probat. sub num.* 1200. *p.* 503.

β) *c.* 5. 7. 8. *X. b. t.*

alioquin vterque beneficio priuatur. γ) Per modum *mutuæ resignationis* tamen *in fauorem alterius*, vel *mutuæ translationis* de vno loco ad alium, ex iusta causa ab *episcopo* fieri potest permutatio; δ) quamuis alias episcopi non possint recipere resignationem in fauorem tertii. ε)

TIT. XX.

DE FEVDIS.

SYNOPSIS.

Datio in feudum clericis prohibita. Tandem etiam sibi vasallos acquisiuerunt. I. Feuda ecclesiastica sunt vel data vel oblata. Illa consuetis sollemnibus constituuntur. In feudum dari solita et reuersa ad ecclesiam libere possunt in feudum alteri conferri. II. De exspectatiua feudali. III. Pleraque sunt oblata et ita in dubio præsumuntur, atque irregularia sunt. IV. Prælati de territoriis secularibus dant subfeuda secularia. V. Prælatus vt pro-dominus de his inuestit feudis, non capitulum sede vacante. VI. Clerici non possunt esse milites; ergo nec in feudis secularibus succedere, nisi ad secularem statum redierint. VII. Prælatis tamen tam immediatis quam mediatis feuda concessa sequiori ætate, qui instar prouasallorum sunt. A subiecto dicuntur ecclesiastica, licet obiectiue secularia sint. VIII. Immediata dicuntur feuda sceptri, *hodie tamen eodem modo, quo seculares, inuestiuntur prælati, præstito iuramento, et consuetis laudemiis pro infeudatione. IX. Tenentur ad seruitia feudalia, et in caussis feudalibus coram domino feudi forum competens habent. De feudis Landsassiacis ecclesiasticis idem dicendum. X.*

§. I.

γ) *c.* 7. *X. h. t.*

δ) *c.* 5. *X. h. t. c. vn. h. t. in* 6.

ε) vid. supra *lib. I. tit. VII.* §. 9. *p.* 66.

§. I.

CIATIM quoque sub prohibita alienatione
ontinetur *datio in feudum*, vtpote quæ alie-
atio quædam est. ζ) Præterea finis olim
ur, quod ecclesiæ et alia pia sodalitia non in-
nt seruitiis militaribus. Olim quidem re-
rancorum *ecclesias* et *monasteria* in feudum
ribus dederunt pro seruitiis militaribus sibi
ndis, conquerentibus grauiter licet episco-
Sed hæc feuda ab *hodiernis ecclesiasticis*
bant. Hæc enim tandem a *turbulentis tem-*
r et *diffidationibus* ortum traxerunt, epi-
sque atque alios prælatos induxerunt, vt
onis causa vasallos sibi acquirerent, quos
ous ecclesiasticis, inprimis vero *decimis*, in-
unt, ϑ) quamuis harum alienatio strictius
ita fuerit. ι)

§. II.

VNT vero feuda ecclesiastica vel *data* vel
Illa ex patrimonio ecclesiastico aliis
duntur, non aliter tamen, quam adhibitis
etis requisitis. *u*) Hæc tamen remissa sunt,
(1) si

1. *extrau. comm. de*
non alien. ibi: *nec*
eudationem. Ea de
iuramento, quod epi-
consecrandi iuxta *ponti-*
m. p. 81. præstant, hæc
usula adiecta: *nec de*
feudabo.
uius moris fata refert
ecvs *de sacrileg. laico.*
quibus inprimis inhi-

arunt nobiles, vt docet Dn.
KRESSIVS *in proleg.* ad THVM-
MERMVTH tract. Krumstab
schleusst niemand aus. §. 24.
sqq. Conf. ALTESERRA *de*
orig. feudor. C. V.

ι) *c.* 15. *c.* 17. X. *de de-*
cim.

u) Salua restitutione in in-
tegrum. *c.* 11. X. *de reb. ec-*
clesf. non alien.

(1) si tantum agitur de feudo a praelato redintegrando, de quo ab antiquo vasallus inuestitus fuit κ): (2) si res ab antiquo in feudum dari solita ad ecclesiam reuersa, λ) h. e. si sub *qualitate feudali* primordialiter ab ecclesia acquisita quoad dominium directum. Vtplurimum in Germania de nouo vacantia rursus in feudum aliis danda, vt nequidem praelatus ea *mensae suae* incorporare queat. μ) *Capituli* consensus tamen desideratur post *incorporationem* iam factam, quatenus praelato haec integra fuit: ν) vel si *statuto* aut *capitulatione* ad hoc obligatur: vel inuestitura ab *episcopo* et *capitulo* simul dependet. ξ)

§. III.

SI vacantia potest vel debet de nouo in feudum dare, etiam *exspectatiuam* dare non prohibetur; ο) quamuis haec successorem in officio non liget, si tunc demum feudum vacans fiat; π) nisi cum *consensu capituli* haec concessa. Accedente sola *abusiua inuestitura* itidem obstringi *successorem* volunt; quod vel inde dubium, quia successor, si feudum tempore *successionis* nondum vacat, non tenetur ad *renouationem abusiuae* vel *euentualis inuestiturae*, absque qua ipsemet obligari nequit.

§. IV.

κ) *c.* 5. *X. de donat.*

λ) *c.* 8. *X. de reb. eccl. alien.* *c.* 2. *X. h. t.* 2. *f.* 35. *inf.*

μ) Quod ex bonis nobilium et *statuum prouincialium* orta sint, quorum numerus haud minuendus.

ν) *c.* 8. *X. de reb. eccles. alien. vel non.*

ξ) *tom. II. h. t.* §. 29.

ο) 2. *f.* 26. §. *moribus.*

π) 1. *f.* 3. 2. *f.* 26. §. 2. 2. *f.* 35.

§. IV.

OBLATA dicuntur, si allodia sua laici ab ec-
is vel monasteriis *breui manu* in feudum re-
nofcunt, id quod olim frequentissime ex cau-
ietatis vel *quasi* factum est, vt inde pleraque
a ecclesiastica repetere liceat. ς) Quocirca
siastica feuda in dubio præsumuntur; *oblata*,
mas si exceperis, quatenus ab episcopis in
um dantur, quæ potius a *patrimonio ecclesiæ*
ortum traxerunt. Et quia oblata feuda *libe-*
r sunt, inde *impropria* et *feminina* in dubio
sumuntur, σ) nec ob *feloniam* priuationi feu-
cile in iis locus concedendus.

§. V.

CETERVM illa demum *ecclesiastica* dicenda,
de *rebus ecclesiæ* in feudum data, vel *eccle-*
sia tali oblata. Possident etiam hodie præ-
in Germania *ducatus*, *principatus*, *comita-*
vel alia *territoria*, ab imperatore in feudum
regalibus data, eaque possident vt *princi-*
imperii seculares, adeoque quicquid ex bo-
erritorii *vt tales* in *subfeudum* dant, magis
um *seculare* est, τ) cum territorium cum
va-

Docet id ipsum *elenchus* *orum* tam primi ordi- lucum, principum, co- a: quam secundi ordi- *nobilium* scilicet, *curia lis Fuldensis*, quem ex- SCHANNAT in tr. de *ela Fuldensis benefic.* Ha- Archiepiscopi et episco- rmaniæ amplissimas et infinitis *vasallis* illustres cu- rias feudales; quis vero cre- deret, horum feuda ex patri- monio ecclesiæ ortum tra- xisse?

σ) Vt THVMMERMVTH. *cit. tr.* docuit. Conf. *tom. II. b. t.* §. 53. *sqq.*

τ) Vtut generali nomine der Krummstäbische Lehn ve- nire

vaſallis olim iis vel obuenerit, vel allodia illis vt *principibus ſecularibus* oblata fuerint.

§. VI.

ECCLESIASTICORVM feudorum inueſtitura petenda a prælato, ceu *pro-domino:* non a capitulo, ſede vacante, υ) et ita *annus* vaſallis currere incipit a die *electionis* vel *admiſſæ poſtulationis*, quia tum demum *dominus feudi* adeſſe incipit; φ) niſi forſan *ſedes impedita* ad plures annos exiſteret, quo caſu plus poteſtatis capitulis tribuendum eſſe ſupra dixi χ). Habent etiam prælati ſuas *curias feudales*, in quibus ſoli competentes ſunt iudices, ψ) non capitulum *ſede vacante*, quod in *pro-dominium prælati* haud ſuccedit; ab his vero recte appellatur ad ſuprema tribunalia imperii. ω) Denique vaſallis interdictum eſt, ωω) vendere feuda eccleſiaſtica ſine domini conſenſu, α) vel etiam in dotem dare, β) aut oppignorare. ββ)

§. VII.

HACTENVS de prælatis, vt *feudorum dominis*. Nunc de illis, qua *vaſallis* agendum. Equidem *clericos milites* olim priſca eccleſia horruit γ) atque

nire ſoleant, et in vna eademque curia feudali cum *eccleſiaſticis feudis* expediantur. *c.* 6. *X. de for. compet.*

υ) Vt euici *tom. II. h. t.* §. 54. *ſq.* contra CARPZOVIVM et STRVVIVM.

φ) *I. P. art. V.* § 21.

χ) Vid. *tit. ne ſede vac. aliq. innou.* §. 7.

ψ) *c.* 7. 15. *X. de for. compet.*

ω) Vt docui *tom. II. h. t.* §. 68.

ωω) non valente ſtatuto in contrarium. *c.* 7. *X. de conſtit.*

α) *c.* 7. *X. de conſtit.*

β) *c.* 6. *X. de donat. inter vir. et vxor.*

ββ) *c.* 1. *X. h. t.*

γ) Quod ZIEGLERVS in tract. de *milite clerico* prolixius expoſuit. Hac de cauſa grauci

que inde effectum, vt a successione feudorum, *ilitibus* duntaxat concessorum, exclusi fuerint, in *iure Longobardico*, δ) quam *Germanico*, ε) *blico*, ζ) aeque ac *priuato*, η) nec adhuc hodie successionem in *territoria secularia* aliter admittantur, quam si ad *secularem statum* redierint, resignatione ex pontificis auctoritate facta.

§. VIII.

IRREGVLARE ergo admodum est, quod imperatorum indulgentia praelatis feuda etiam contulerit, ι) vnde *vasalli imperii* facti fuerint, et *clypeo militari* inserti. κ) Atque haec feuda data *ecclesiae* vel *monasterio* dicuntur, praelatus *pro-vasalli* vicem sustineat. Vnde a *subiecto* dicuntur *ecclesiastica* feuda regalia, licet ab *obiecto* sint *secularia*; inuestiuntur enim praelati a Caesare mit der Weltlichkeit, vt *principes imperii*, atque a territoriorum qualitate *titulos seculares* quoque gerunt. *Mediati praelati* praeterea feuda *Landsassiaca* vel alia acquisiuerunt, atque vasalli secularium dominorum facti.

§. IX.

graues querelas contra *episcopos milites* mouit FVLBERTVS Carnutensis apud MARTENIVM et DVRANDVM *tom. I. thes. anecdot. p.* 130.

δ) 2. *f.* 21. *et* 30.

ε) *Ius Alem. feud. c.* 1. §. 4. *c.* 1. §. 1. *ius Sax. feud. art.* 2.

ζ) *A. B. c.* 7. §. 2. 3. 4.

η) BVRGERMEISTER *in cod. diplom. equestr. P. III.* *p.* 646. LVNIG *in corp. iur. feud. tom. II. p.* 439. vbi CAROLI VI. imperatoris constitutio ratione canonicorum occurrit.

θ) Prolixius hoc demonstraui *tom. I. P. I. consult. atque decis. argum.* 43.

ι) Quod illustraui *tom. II. h. t.* inprimis §. 83.

κ) *ius Alem. feud. c.* 1.

§. IX.

DICVNTVR hæc prælatorum *immediata* feuda *sceptri*, ficuti principum et ftatuum fecularium, *vexilli feuda*, λ) quamuis hodie eodem ritu et *feculares* et *ecclefiaftici* principes inueftiantur. Ceterum *renouationem* petere debent prælati *intra annum*, ex quo electi vel poftulati fuere. μ) De quo fidem facere, et ita fe ad accipiendam inueftituram legitimare debent. Præftant etiam *ecclefiaftici principes* iuramentum feudis regalibus confuetum, ν) quod et *iuri canonico* congruit, ξ) atque præterea confueta honoraria, pro infeudatione, A. C. addicti vero vltra taxæ ordinariæ fummam adhuc *dimidium* ο) foluere debent.

§. X.

OBLIGANTVR etiam immediati ecclefiaftici vafalli ad *feruitia feudalia*, Cæfari et imperio præftanda, π) atque in caufis feudalibus Cæfarem iudicem habent; *mediati* ecclefiaftici vafalli vero dominum *fuum immediatum*, ϱ) a quo *feuda Landfaffiaca* poffident, cui hac de caufa *homagium*, cum *iuramento fidelitatis* præftant; τ) alias feuda per fe non inuoluunt fubiectionem. υ)

TIT.

λ) De cuius diuerfitatis ratione plenius edifferunt GVNDLINGIVS *de feudis vexilli* et BVDERVS *de feudis fceptri.*

μ) *I. P. art. V.* §. 21.

ν) *I. P. c. l.*

ξ) Vt nec abbatiffæ vel prioriffæ ab eo excufentur, fed hoc cafu de monafterio etiam huius iuramenti caufa exire queant, *c. vn. verf. verum de ftat. regul. in 6. c.* 30. *X. de iurei.*

ο) Secundum *I. P. art. V.* §. 21.

π) Si modo fructus feudi percipere queant. *c.* 1. *X h. t.*

ϱ) *c.* 15 *X de for. compet.*

τ) *c. vn. cit. de ftat. regul. in* 6.

υ) *clem.* 2. *verf. denique de fent. et re iud.*

TIT. XXI.

DE PIGNORIBVS.

SYNOPSIS.

Non valet pignus in re ecclesiastica, nisi ex causa necessaria constitutum. I. *Clerici fructus beneficii sui oppignerare non prohibentur; hi tamen decimas a laicis possessas pignori accipere possunt.* II.

§. I.

CVM etiam *pignus* et *hypotheca* in *alienationum* censum veniat, palam est, res *ecclesiasticas* etiam illi subiici non posse φ) a prælato vel alio rectore ecclesiæ, excepta *urgentissima necessitate.* χ) Hac probata, oppignoratio subsistit, ordinariis requisitis etiam deficientibus. Si pro necessitate sua prælatus illud pignori dedit, ipsemet, non ecclesia, illud reluere tenetur. ψ) Denique pignus ex *lege* etiam afficit *bona ecclesiæ* ob debita rei ipsi inhærentia, saluti tributa.

§. II.

CETERVM sicuti ex *fructibus* beneficiorum æs alienum clericorum solui potest, ita etiam hi possunt *hypothecæ* subiici, ω) vt creditores in hos im-

φ) *c.* 5. *X. de reb. eccl. alien.* *vel non.*

χ) *c.* 1. X. *h. t.* ibi: *in vanum dare*, vt pignus *prosponere* sit, quod eleganti epigrammate MARTIALIS illustrat LANCELOTTVS *in introd. iurispr. canon. et pontif.* *h. t.*

ψ) *c.* 3 *X h. t.*

ω) *arg. c.* 1. *X. de feud.* æque vt *fructus feudi* hypothecæ subiici queunt, licet *feudum* non æque absque domini consensu.

immitti, vel sequester illorum colligendorum gratia constitui queat. Nec interdictum est clericis, pignus a laicis *securitatis causa* accipere, exceptis *decimis*, ad alias ecclesias pertinentibus, α) ne scienter *rem alienam* pignori capiant. Quæ præterea *h. t.* traduntur, infra commodius exponenda sunt. β)

TIT. XXII.

DE FIDEIVSSIONIBVS.

SYNOPSIS.

Ecclesia ex intercessione non aliter, quam ex aliis contractibus obligatur I. Clerici vero ex sua fideiussione tenentur, inseruire tamen aliorum fideiussionibus vetantur. II.

§. I.

QVOD de aliis contractibus *clericorum* dictum, etiam de *fideiussionibus* intelligendum. Aliud enim est, vtrum *nomine ecclesiæ* intercedant pro alieno debito, et aliud, vtrum *nomine proprio*. Priori casu ex fideiussione prælati non obligatur ecclesia γ) absque maioris partis capituli consensu; nisi in *vtilitatem ecclesiæ* vel *monasterii* intercessio redundasse probatum sit. δ)

§. II.

α) *c. f. X. de decim.* Quæ vero illæ decimæ sint, ad *tit. de decimis* docendum.

β) *lib. V. tit. de vsur.* Huc pertinet *lex commissoria*, reprobata in *c. 7. X. h. t.*

γ) *c. 2. X. de solut.*

δ) *c. 4. X. h. t.*

§. II.

POSTERIORI casu clericus ex sua fideius-
sione proprio nomine tenetur, et ad soluendum,
etiam per *immissionem in reditus* ipsius benefi-
cii δδ) compellitur, ε) saluo contra debitorem re-
gressu, quem etiam, si diu steterit in nexu, com-
pellere potest, vt eum ab illo absoluat, ζ) prout
iura generatim de *fideiussionibus* disponunt. Ne-
que enim indistincte clerici fideiubere prohiben-
tur, sed duntaxat pro *certis causis*: η) vetantur
etiam fideiussionibus aliorum inseruire, seu pro-
xenetas agere, ϑ) in conciliandis aliorum fide-
iussionibus.

TIT. XXIII.

DE SOLVTIONIBVS.

TIT. XXIV.

DE DONATIONIBVS.

SYNOPSIS.

Aliud est donare rem ecclesiasticam: aliud donare ecclesiam: et aliud donare ius patronatus ecclesiae. I. *Fundare monasterium vel ecclesiam ex bonis mensalibus certo modo permissum episcopis.* II. *Laici vero libere ecclesiis donant, quamuis non aeque iure Germanico. De interpretatione donationum.* III. *Progressus fit ad clericorum contractus, qui ex suo contractu non possunt obligare ecclesiam.* IV. *Ex quonis contractu hi obligantur, etiam cambiali et obstagiali.* V. *Non gaudent beneficio competentiae, nisi curam animarum habentes.* VI. *Executio pro eorum debitis fieri potest in reditus beneficiorum.* VII.

§. I.

δδ) *c.* 2. *X. h. t.*
ε) *c.* 2. *et* 3. *X. h. t.*
ζ) *c.* 3. *et c.* 4. *X. h. t.*
η) *Nou.* 123. *c.* 6.
ϑ) *c.* 1. *X. h. t.*

§. I.

ETIAM in *donatione* rerum ecclesiasticarum ab episcopo vel prælato suscepta, *consensus capituli* desideratur; ι) alioquin tam a laicis, quam a clericis reuocari potest. κ) Aliud tamen est, *donare ecclesias:* aliud *donare res ecclesiasticas:* aliud denique donare ecclesiæ *ius patronatus.* Hoc patrono licet sine episcopi consensu: λ) illud prohibitum, quia alienationem sapit; istud permissum, quatenus *collationem beneficii* designat, μ) modo etiam vacet; alias donatio talis nulla est, ν) nisi per modum *vnionis*, sine præiudicio possessoris, ecclesia loco religioso conferatur, νν) obseruatis sollemnibus, quæ in ea desiderantur. ξ)

§. II.

PERMISSVM quoque episcopo erat, de bonis ecclesiæ suæ fundare monasterium in sua diœcesi, modo vltra *quinquagesimam redituum* ei non impenderet, vltra *centesimam* vero pro ea ecclesia augenda, in qua *sepulturam* sibi elegit, ο) in sua diœcesi; nisi *graue detrimentum* tali fundatione ecclesiæ illatum probaretur. π) Vnde hæc

ι) *c.* 7. *X. h. t. in f.*

κ) *c.* 2. *X. h. t* ibi: *cum episcopus et quilibet prælatus ecclesiasticarum rerum sit procurator et non dominus, conditionem ecclesiæ meliorare potest, facere vero deteriorem non debet.*

λ) *c.* 8. *X. h. t. c. vn. de iur. patron. in* 6.

μ) *c.* 7. *X. de instit.*

ν) *c.* 4. *X. de donat.*

νν) Talis donatio sæpe ita monasteriis fiebat, vt ecclesias donatas, tanquam *suas* possiderent, easque per monachum regerent, *c.* 17. *X. de iur. patron.* quod tamen prohibitum.

ξ) *cit. c.* 4. *de donat.*

ο) *c.* 74. C 12 *q.* 2.

π) *c.* 9. X. *de donat.*

ispositio duntaxat ad eas pertinet ecclesias, mplissimis reditibus abundant, vt tale detri- im facile deuorare queant.

§. III.

contrario, quod *ecclesiis*, quod *prælatis* ictum, laicis magnopere commendatum, *redemtione animæ suæ*, vel *in eleemosynam*, secularia piis causis donarent. De iure anico talis donatio (1) facienda erat ab eo, no corpore erat ρ): (2) de bonis nouiter itis: de *bereditariis* non aliter, quam cum *m consensu* σ): denique (3) in dubiis do- ium formulis regulæ interpretandi commu- hibendæ. τ)

§. IV.

P. S. *lib.* 1. *art.* 52. In- iula, in instrumento nis apud Dn. de LV- *tom. II. reliq. MSC.* *potens ire & equitare.* *m. VI. reliq. p.* 452. *bona mentis & corpo-* *udine.* Rudera egre- is iuris supersunt ad- die apud Lusatos in)rritte, quem ritum *vs de transmutat.* *allod.* §. 25. retulit s.

ide vulgata formula matibus: *cum consen-* *um beredum meorum.* I. de LVDEWIG *tom.* *p.* 261. Hoc *iuris prin-* vtpote ecclesiis noxi- um, damnauit GREGORIVS XI. sed sine effectu, vt docui *tom. V. tit.* 17. §. 135.

τ) Quæ voluntatem præ- sumtiuam donatoris decla- rant. Equidem pontifex in *c.* 6. *X. b. t.* regulam hanc constituit: *in contractibus ple- na: in testamentis plenior: in beneficiis quoque plenissima est interpretatio adbibenda.* Sed merus lusus est in terminis: *plene, plenius, plenissime,* qui in materia *interpretationis* sy- nonyma sunt, indicantque, cum *pleno effectu* voluntatem contrahentium, testatorum, et liberalitatem exercentium esse accipiendam, ne dispositio in- anis reddatur.

Ee 3

§. IV.

ACTVM est hactenus de *dispositione circa bona ecclesiastica*, et *obligatione ecclesiae* ex contractu praelati aliusue clerici inita. Agendum modo de *obligatione praelati* aliusue clerici ex suo contractu et dispositione circa *bona*, quae *proprio nomine* possidet. υ) Prius quod attinet, nullus clericus obligare potest ecclesiam ex suo contractu, si vel maxime eam in instrumento nexui supposuit, sub poena suspensionis, φ) nisi debita pro *necessitate ecclesiae* contracta, seu probata versio, χ) vt aliquoties dictum.

§. V.

EX proprio contractu quilibet obligatur clericus, lege non prohibito; ergo etiam (a) ex *contractu cambiali*, nisi sub poena hic clericis *lege prouinciali* interdictus, quo casu, salua poena, cambium tamen vim *chirographi* habet. χχ) Immo (b) etiam *obligatio obstagialis* ψ) cadit in praelatos et clericos; ω) licet e re ecclesiarum sit, vt hoc negotium in iis locis, in quibus adhuc viget, clericis *curam animae* habentibus prorsus interdicatur sub poena nullitatis. Multo magis ergo

υ) De illa *tit. de solut.* potissimum agitur, seu de *aere alieno clericorum*: de hac vero *tit. sqq. vsque ad tit. XXVIII.* exclusiue.

φ) *c. 2. X. de solut.*

χ) *c. 1. X. de solut.* vbi pontifex argumentum sumit a patre, qui debita filii in rem ipsius contracta soluere cogitur. conf. *c. 4. X. de fideiuss.*

χχ) vid. Preuß. neuverbess. Wechsel-Recht. *art. VII.*

ψ) cuius formulam habent MARTENIVS et DVRANDVS *in thes. anecdot. p. 1. p.* 972. *de anno* 1232.

ω) ceu euidenter liquet ex *c. 11. X. de arbitr. et c. 9. X. de iurei.*

ergo (c) *obligatio guarentigiata* ita eos ligat, vt, *facta recognitione*, α) *executiue* contra eos procedi queat.

§. VI.

SI clerici non sunt soluendo, beneficio *competentiae* quidem gaudent; sed *competentiae* destituuntur. Id tantum iis indultum, αα) vt (1) propter inopiam soluere non valentes excommunicari nequeant β); vt (2) tamen praestent *cautionem idoneam*, se, vbi ad pinguiorem fortunam peruenerint, soluturos, quam etiam praestare coguntur, qui *rescriptum moratorium* impetrarunt. γ) Qui praeterea (3) *beneficio competentiae* eos contra creditores muniunt, illi priuilegium *militibus* datum contra rationem iuris ad eos trahunt. Licet non negem, e re ecclesiae esse, vt hi, qui *curam animarum* γγ) gerunt, hoc beneficio *lege publica* fruantur, ne ob inopiam officio suo deesse cogantur, quam ob rem vt plurimum consistoria protestantium hoc illis indulgere solent.

§. VII.

CONDEMNATO clerico ad soluendum, executio a iudice, aliis bonis deficientibus, fieri potest in *reditus* ipsius *beneficii*, quo gaudet. Hinc etiam assignari possunt creditori, vt eos tamdiu sine molestia detineat, donec debita *sine diminutione*

α) c. 3. X. *de solut.*

αα) in c. 3. X. *cit.*

β) neque enim viribus destitutus *contumax* dici potest, qui demum excommunicari potest. c. 5. X. *de vsur.*

γ) l. 4. C. *de prec. imper. offer.*

γγ) Ergo ad *canonicos simplices* id applicari nequit.

tione soluta. δ) Denique ex *statutis capitulorum* ad vnum alterumue annum reseruari hos reditus heredibus, ad æs alienum soluendum defuncti, supra dictum, ε) certo indicio, in eos executionem etiam post mortem intuitu heredum fieri posse.

TIT. XXV.

DE PECVLIO CLERICORVM.

SYNOPSIS.

Iure ciuili clericis de bonis quibuscunque disponere licet, exceptis episcopis. Iure ecclesiastico distinctio facta inter bona ex reditibus ecclesiæ vel intuitu eius acquisita et patrimonialia. I. *Beneficiis introductis antiqua diuisio in plurimis regnis desiit.* II. *Ex statutis capitulorum id illustratur. Spolii collectio, papæ reseruati, in Germania cessat, nec episcopis aliter quam ex consuetudine debetur.* III.

§. I.

PERGENDVM ad dispositionem clericorum de *bonis* suis et *acquæstu clericali.* Secundum *ius ciuile* libere de his disponebant iure plenæ proprietatis, excepto episcopo, clerici etiam filii familias, quod iure *quasi castrensium* gauderent, quæ acquisiuerant. ζ) Iure *ecclesiastico antiquo*, bene-

δ) *c.* 2. X. *de fideiuss.* Si ergo *sine diminutione* soluenda debita; beneficium *competentiæ* allegare nequeunt.

ε) *tit. de præb.* §. 33. p. 367.

ζ) *c.* 34. C. *de episc. et cleric. Nou.* 123. *c.* 19.

beneficiis nondum introductis, ex communibus ecclesiae reditibus, inter eos diuidendis, alebantur, vt tamen plus ex illis percipere non possent, quam ad *vitae necessitatem*. Vnde collegerunt, clericos tempore ordinationis nihil habentes, et tamen post mortem bona relinquentes, vltra debitum ex reditibus ecclesiae lucratos praesumi, adeoque ea illi restituenda esse. η) Idem quoque IVSTINIANVS duntaxat intuitu *episcoporum* olim constituerat, ϑ) quod hi *patrimonii ecclesiastici* essent administratores, adeoque facilius plus iusto sibi tribuere possent. Vnde olim distinctio orta inter *bona patrimonialia*, aliunde quam ex *reditibus ecclesiae*, vel *intuitu eius* acquisita: et *acquaestum ecclesiasticum*, qui *peculium profectitium* dici potest, quod ex *reditibus ecclesiae* profectus, vel intuitu *ecclesiae* acquisitus sit.

§. II.

BENEFICIIS introductis, praebendisque inter canonicos diuisis, iuris prisci ratio desiit, cum, quod titulo *beneficii* seu *salarii* percipitur, pleno acquiratur iure. Haec ratio effecit, vt intuitu *canonicorum* aliorumque *clericorum* ius antiquum vbique fere *in Germania* sublatum sit, ι) per desuetudinem, ceu interpretes testantur. κ)

§. III.

η) *c.* 1. C. 12. *q.* 3. *c.* 3. X. *h. t.* vbi adfertur locus *ex epistola* PII, quem tamen pseudopius ignorat.

ϑ) *l.* 42. §. 1. C. *de episc. et cler.*

ι) Probat hanc consuetudinem ALEXANDER III. in *c.* 2. X. *de testam.* certo modo.

κ) Adducti *tom.* II. *h. t.* §. 12. *Conf.* ANTON. MATTHAEI in *manud. ad ius canon. lib.* II. *c.* 18. *p.* 250.

§. III.

IDEM docent *statuta capitulorum*, secundum quae (a) determinatum, pro qua parte fructus pro *deseruitis* habeantur, quod fit *heredum* intuitu: (b) anni *gratiae* heredibus indulti. Haec duo arguunt, differentiam bonorum antiquam in his capitulis vsum nullum habere. Denique (c) primarium fundamentum, quo heredibus iure nouo denegatur successio in *acquaestu ecclesiastico* et bonis *intuitu ecclesiae* acquisitis, cessat in *Germania*. Etenim pontifex sibi hoc lucrum iure *spolii*, λ) de quo *tit. XXVII. §. 2. sqq.* dicendi locus erit, reseruare generaliter voluit; sed fatentur interpretes, in tota *Germania*, *Gallia* et *Lusitania* nulla beneficiariorum, etiam episcoporum bona, tanquam *spolia* ad cameram apostolicam pertinere. In regno *Castiliae* sola episcoporum spolia, non item aliorum clericorum solui; in *Italia* vero quorumuis clericorum spolia camerae apostolicae deberi. λλ)) Pariter (d) ipsis *episcopis* generali lege interdictum, ne *spolia* clericorum sibi vindicare queant, μ) vnde factum, vt heredibus bona defunctorum clericorum indistincte cesserint; nisi consuetudo legitime praescripta has exuuias adhuc hodie episcopis assignauerit, quae ante omnia legitime docenda. ν)

TIT

λ) de quo *tit. XXVII. §. 2. sqq.*

λλ) IO. AZORIVS *de spoliis cleric. c. IV. n. 1.* NAVARRVS *de spol. cleric. §. XIV. n. 4.* VINCENT. FILLVCIVS *de spoliis cleric. c. 7. n. 9.*

μ) *c. 9. de offic. ordin. in 6.*

ν) *cit. c. 9.* ibi: *nisi de speciali priuilegio vel consuetudine iam praescripta legitime seu alia causa rationabili hoc eisdem competere dignoscatur.*

TIT. XXVI.

TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

SYNOPSIS.

de patrimonialibus, de acquæstu ecclesiasti ento disponere possunt. quæstus ecclesiasticus? in Germania etiam de rimonio valet testa-ctio. Quid de episco- Nouitii recto con- amentum, non votum itis professi. III. Mo- tandi nouum inuenit ificium, non tamen in ia receptum. IV. Testamentum ad pias causas in multis priuilegiatum est. V. Legatum pro anima valet, etiamsi in arbitrium tertii collatum. VI. Quemque ius canonicum improbauerit legatum rei alienæ? VII. Liberi fideicommisso grauati, legitima detracta, adhuc Trebellianicam detrahere queunt. Directa in dubio intelligitur substitutio. VIII.

§. I.

is præmissis, facile liquet, an et quatenus clerici et episcopi de bonis suis vltima voluntate disponere queant. Videlicet tan- e *bonis patrimonialibus*, ξ) qualia dicuntur, *uccessione*, aut *artificio*, aut ex *liberalitate* *n* acquisiuerunt citra respectum ad eccle- non item de *acquæstu ecclesiastico*, ο) et quæ *u ecclesiæ* iis obuenerunt, siue *mobilia*, *mmobilia* fuerint, π) quæ ad *ecclesiam* de- vol-

. 1. X. *h. t.*
9. X. *h. t.*
9. c. 12. X. *h. t.* vnde *immobilia ex acquæstu ecclesiastico acquisita ad ecclesiam* reuertuntur.

voluuntur. Hoc nomine autem non *epiſcopus* deſignatur, ſed vel *collegium*, ſi defunctus ex eo fuit: vel ſucceſſor, ſi vnus tantum eccleſiæ præfectus fuit, qui ea, vt alia eccleſiæ bona, diſpenſat. ππ)

§. II.

VERVM, prout *titulo præced.* dictum, in *Germania* canonicis reliquisque clericis ius teſtandi optimo iure vindicatur, tum quod pontifex *ius ſpolii*, vi cuius in *acquæſtum eccleſiaſticum* in Italia ſuccedit, exercere nequeat; tum quod id epiſcopis ademtum; ϱ) tum quod heredibus vtplurimum per *ſtatuta capitulorum* ſimul proſpectum. In quibus autem diœceſibus *conſuetudine* σ) ius ſpolii epiſcopis debetur, ibi ſine eorum indultu facultas teſtandi clericis non competit. Denique epiſcopi in Germania ex *regulis conſilii* ſolent a curia Romana pro libertate teſtandi *indulta papalia* τ) impetrare, ne a *collectoribus ſpoliorum* aliisque eorum heredes controuerſiam patiantur. De *clericorum proteſtantium* teſtamentis nihil attinet dicere, quod omnes reditus pleno iure ſuos faciant, ſine vllius contradictione.

§. III.

ππ) *c.* 12. X. *h. t.* Sed hoc non obſtante *epiſcopi* appellatione *eccleſiæ* deſignari voluerunt, et *iure ſpolii* ſibi hæc lucra appropriarunt, vt docet *c.* 9. *de offic. ordin. in* 6.

ϱ) *c.* 9. *de offic. ord. in* 6.

σ) quæ approbata in *c.* 9. *cit.*

τ) STRYK *de caut. teſtam. in append. n.* X. Formulas horum indultorum exhibet REDOANVS *de ſpol. eccleſ.* qu. 7. *in f.*

§. III.

ONACHORVM, *canonicorum regularium*, ordinum militarium et *oblatorum* est ratio, qui ob votum *paupertatis* pro- e destituuntur, cuius effectus praecipuus ltas testandi. ν) Nouitius tamen *ante pro- m* libere adhuc disponit; cuius testamen- mum *post mortem* effectum habet, non st *professionem*, quae talem mortem non in- quam testamentorum effectus desiderat. ψ) ero protestantes a *votis paupertatis* intuitu *riorum*, atque *equitum ordinis Ioannitic* lieni sint, effectus quoque inter eos cessat, inde per *statuta* nonnunquam testari im- tur. χ)

§. IV.

NIMVERO non tantum ius canonicum minauit personas, libertate testandi gauden- iaque *iura communia*, χχ) sed alia etiam *ura* et *modum* testamentorum nouiter con- Etenim (1) *modum testandi ciuilem* abro- ri censuit, et testamentum coram *parocho bus vel tribus testibus* conditum valere ius- Sed in Germania per *constitutionem* MAXI- MILIANI

. 3. X. *de success. ab*

1. X. *b. t.*
intelligi potest *c.* 14.
gular.
on item *ordinis Teu-* deoque post pro essio- amentum condere ne-

χ) *tom. II. de pecul. cleric.* §. 23. Talia statuta vtplurimum in *ptochotrophiis* aliisque *hospitalibus* adsunt.

χχ) *c.* 3. X. *de success. ab int.* *c.* 1. X. *b. t. in* 6.

ψ) *c.* 10. X. *b. t.*

MILIANI I. modus tantum ciuilis approbatus, non vero *canonicus* receptus, nisi quod in Saxoniæ pagis testamenta rustica hoc modo condantur.

§. V.

TESTAMENTA autem ad *pias causas* (2) plus fauoris habent, qualia dicuntur, in quibus *pia causa* ω) instituta heres, quæ valent nullis adhibitis testibus, α) sola probata voluntate. β) Proinde etiam *legata pia* debentur, ex testamento, cui iuris sollemnitas deest; quæ nec *detractioni Falcidiæ* subiacent, γ) sed tam promte præstanda, vt in causa *moræ iudicialis duplum* debeatur. δ) Executores horum legatorum legitimi sunt *episcopi* ε) et apud protestantes consistoria, quæ *ex officio* pro conseruatione eorum vigilare tenentur.

§. VI.

LEGATIS piis (3) præcipue accensetur *pro anima* legatum, quod in tantum priuilegiatum, vt eius determinatio in *arbitrium tertii* committi possit. ζ)

§. VII.

ω) Quæ pro tali habenda, ex *iuris canonici* determinatione peti solet.

α) *c.* 11 *X b t.*

β) *c.* 4. *X. h. t.* Conf. *tom.* *II. h. t.* §. 19. *sqq.*

γ) N. 131. *c.* 12.

δ) §. 19. *I. de action.*

ε) *l.* 28. *l.* 46. *et l.* 49. *C. de episc. et cler. Nov.* 131. *c.* 11. *c.* 3. 17. *X. h. t.*

ζ) De hoc solo casu agi in *c.* 13. *X. h. t.* obseruaui *tom. II. h. t.* §. 50. adeoque erroneum est, generatim de iure canonico in *arbitrium tertii* vltimam voluntatem conferri posse. Ceterum olim non infrequens fuit, talem dispositionem pro anima conferre in arbitrium tertii, cum,

§. VII.

IMPROBAVIT praeterea (4) pontifex η) *legatum rei alienae*, per *leges seculi*, non *DEI* permissum. Id vero duntaxat vrget, ne legatarius praetextu *legati* θ) inuito domino rem legatam alienam detineret, sed domino restitueret; ergo absolute *legatum rei alienae* haud improbauit, vt nequidem intuitu *heredis* valeret, quo vel rem, vel eius aestimationem, si *venalis* esset, praestaret.

§. VIII.

QVOAD *fideicommissa* (5) liberis grauatis et *legitimam* et *Trebellianicam* assignandam esse censuit; ι) quamuis ius ciuile *legitimam* liberis *iure hereditario* tribuat, et ea, quae iure hoc percipiuntur, Falcidiae et Trebellianicae imputanda censeat. κ) Etsi vero de *fideicommissis*, in tractum temporis dilatis, loquatur pontifex, (vtpote quae vt plurimum condi solent) non tamen *pura* excludere voluisse videtur, id quod ratio adducta indicat, et mentem eius declarat. Ceterum si substitutio in testamento ad *directam* et *fideicommissariam* trahi potest, illa potius in dubio intelligenda. λ)

TIT.

confessionarii inprimis, qui aestimare debebat, quantum *pro anima* praestandum esset. Conf. RYMER *tom. V. act. Anglic. p.* 591.

η) *c.* 5. X. *b. t.*

θ) Quod nec *ius ciuile* probat, nec constituit, vt inuito domino res aliena a legatario detineri queat.

ι) in *c.* 16. *et* 18. *X. b. t.*

κ) *l.* 6. *pr. C. ad SC. Trebell.*

λ) *c.* 1. *b. t. in* 6.

TIT. XXVII.

DE SVCCESSIONE AB INTESTATO.

SYNOPSIS.

Clericis ab intestato succedunt propinqui in patrimonialibus, in acquæstu ecclesiastico ecclesia. I. Episcopi tamen hoc ius succedendi sibi asseruere, et eodem iure Cæsares olim. II. Inde notum ius spolii. Quid sit? III. Hodie hoc sibi asserit pontifex, sed nullo iure quoad Germaniam. IV. Quandoque ex vsu antiquo ius spolii tantum mobilia comprehendit. V. Hoc cessante indistincte clericis propinqui succedunt, vel in horum defectu ecclesia. VI. Clerici etiam propinquis succedunt, sed non in expeditoriis. Capiunt potius geradam. Quid de monachis dicendum? VII.

§. I.

SECVNDVM ea, quæ adducta sunt, μ) clericis in *patrimonialibus* succedunt propinqui; in *acquæstu ecclesiastico* vero ecclesia. Olim itaque *separatio bonorum* instituenda, quæ vbi commode fieri non poterat, in quatuor partes hereditas defuncti distribuenda, et *quarta* illis assignanda, ν) cetera vero penes *ecclesiam* remanere iussa sunt. ξ)

§. II.

SED quod *ecclesiæ*, hoc inprimis *episcoporum* creditum fuit, qui conferebant beneficia, et *vacantium reditus* interim *iure custodiæ* percipiebant, quibus etiam annumerabantur defunctorum clericorum relicta ex *acquæstu ecclesiastico.* ο) Inde (1) a *clericis inferioribus diœcesanis* relicta, maxime *mobilia*, π) occupare et ad se

μ) *tit. præced.* §. 1.
ν) *c.* 3. *X. h. t.*
ξ) *c.* 7. *X. de testam.*
ο) *c.* 12. *X. de testam.*
π) Quod ex *reditibus ecclesiæ* superesse crederentur.

ſuum lucrum rapere ſtatuerunt epiſcopi, nouo *ſucceſſionis* iure, quod *ius ſpolii*, ex epiſcoporum *rapacitate* et *abuſu*, appellatum. Huic principio inſiſtentes (II) Cæſares, inueſtituram per *annulum* et *baculum*, h. e. ius conferendi exercentes, etiam *ius ſpolii* in epiſcoporum et prælatorum *immediatorum* bonis ſeu *acquæſtu eccleſiaſtico* exercuerunt. Etenim ex *inueſtitura*, vacantis eccleſiæ reditus, *more feudorum antiquo*, ſibi tribuebant, *titulo regaliarum* et *cuſtodiæ*, ϱ) quod feudum vacans, nondum exſiſtente ſucceſſore vel inhabili exſiſtente, interim rediret ad dominum, ab eo cuſtodiendum, σ) cum plena perceptione redituum. Eodem iure (III) vſi ſunt *duces:* (IV) *comites:* τ) (V) alii prælati ratione beneficiorum, ad ſuam collationem pertinentium: υ) (VI) patroni et aduocati. φ) Quia vero *epiſcoporum* bona, quæ ex *acquæſtu eccleſiaſtico* ſupererant, ad *eccleſiam* reuertebantur, ex principiis iuris canonici hæc lucra quoque *reditibus vacantis eccleſiæ* accedere, *interpretatione vſuali*, quam epiſcopi in clero ſuo ſine dubio inſtituerant, creditum fuit, atque inde quoque Cæſares *ius ſuccedendi* in illa exercuerunt. χ) Verum ſublata inueſtitura per an-

ϱ) Ius *cuſtodiæ* olim coniunctum fuit cum iure *conferendi*, vt docet *c.* 9. *de offic. ordin. in* 6.

σ) Quod illuſtrat NATALIS ALEXANDER *tom. VII. diſſ. eccleſ. VIII. ad ſec.* XIII. *art.* 1. *ſq.*

τ) ALTESERRA *de ducib. c. VIII.*

υ) *c.* 9. *cit. clem. vn. de exceſſ. prælat.*

φ) *c.* 12. *X. de pœn. c.* 13. *de elect. in* 6.

χ) Ipſe pontifex in *c.* 9. *de offic. ordin. in* 6. hæc duo iura coniungit, docetque, epiſcopos decedentium clericorum *bona inuenta*, vel *vacationis tempore obuenientia* (h. e. re-

annulum et *baculum*, tum *ius regaliarum*, tum *ſpolii* perierunt, imo eisdem renunciare Cæſares coacti ſunt. ψ)

§. III.

HODIE, quatenus extra Germaniam pontifici debetur, IVS SPOLII nihil aliud eſt, quam *ius ſuccedendi ſingulare titulo eccleſiæ in acquæſtum eccleſiaſticum et bona quæuis intuitu eccleſiæ acquiſita ſpeciali conſuetudine maioribus quibusdam prælatis debitum.* Quod enim *epiſcopis* vel *clericis* intuitu *eccleſiæ* vel *officii eccleſiaſtici* teſtamento relictum, eccleſiæ vacantis reditibus poſt mortem clerici annumeratur, et ita ad *ius ſpolii* pertinet: quod ei relinquitur intuitu *perſonæ ſuæ*, veluti a propinquo, heredibus ab inteſtato defuncti clerici defertur. ω)

§. IV.

DEBETVR hoc ius prælatis maioribus hodie ex *conſuetudine inueterata*, quæ tamen originem traxit ex iure *conferendi beneficia*, et inde olim dependente iure percipiendi fructus *vacantis eccleſiæ.* Etiam ex hoc principio *ius ſpolii* in prælatorum et quorumuis clericorum bonis, quatenus *eccleſiæ* debentur, ſibi aſſerit hodie pontifex, α) quoad *Italiam* indubie: *extra Italiam* vero

e. reditus beneficii vacantis) occupaſſe, ac in ſuos vſus conuertiſſe. Pariter hæc duo iura connectit diploma FRIDERICI II. de anno 1216. apud TOLNERVM *in hiſtor. Palat.* ibique ſubiecto *cod. diplomat. p.* 66.

ψ) Vid. MEIBOM. *de iure antiq. et antiquat. Cæſar. German. in decedent. maior. prælat. relict. poſſeſſ.*

ω) *c.* 15 *X. de teſtam.*

α) In ipſis bullis a PAVLO III. aliisque editis, et a REDOANO de *ſpol. eccleſ.* poſt *quæſt. XVII.* relatis, ad *inveteratum vſum* prouocant pon-

ro parcius: β) imo quoad *Germaniam* plane inani conatu. Neque enim (a) *vacantium ecclesiarum reditus*, quibus hæc *spolia* annumerata, sibi reseruauit in *concordatis*, γ) nec (b) iuris *spolii* vsum in his sibi asseruit, aut asserere potuit, cum hoc a priori dependeat. Denique (c) ex *concordatorum* præscripto vnice dependet, quæ tributa vel lucra hodie ex *ecclesiis maioribus* seu *prælaturis* exigere possit pontifex. Pariter episcopi nonnulli adhuc *ex more prisco*, in quibusdam diœcesibus Germaniæ eodem gaudent, δ) vel ex *priuilegio*, vel ex *inueterata consuetudine*. ε) Quocirca falluntur, ζ) qui ideo pontifici *ius spolii* assignant, quod sit *omnium beneficiorum dominus*, et *dispensator arbitrarius*, adeoque quæuis commoda sibi reseruare queat. Hæc ἀσύστατα horret Germania, et ridet Gallia, Italia vero sola his principiis pascitur.

§. V.

Pertinet *ius spolii* duntaxat ad *acquæstum ecclesiasticum*. Hic tam *mobilia*, quam *immobilia* complectitur; η) nihilominus tamen vsu inualuit in nonnullis locis, vt sola *mobilia* iure *spolii*,

pontifices, quem extendere voluere ad omnes ecclesias, sed frustraneo conatu.

β) vt dictum *tit. praeced.* §. 3. De hoc iure commentati sunt REDOANVS, NAVARRVS, AZORIVS, FILIVCIVS, et MAINALIA in vnum collecti et Romæ a. 1650. editi.

γ) neque enim *annatæ* huc spectant, vt ex ipsis *definitionibus diuersis* liquet.

δ) vt in diœcesi Leodicensi, ceu dixi *tom. II. b. t.* §. 10.

ε) *c. 9. de offic. ordin. in 6.*

ζ) vt REDOANVS *de spol. eccles. qu.* 1.

η) *c. 12. X. de testam.*

lii vindicentur, quod hæc potiſſimum ex *reditibus eccleſiæ* ſupereſſe credantur. ϑ)

§. VI.

IVRE *ſpolii* ceſſante, clerico defuncto ſuccedunt propinqui: his prorſus deficientibus, *eccleſia*, cui deſeruiit: ι) non *epiſcopus*, qui nomine *eccleſiæ* hoc caſu non venit. κ)

§. VII.

VICE verſa etiam clerici propinquis ſuccedunt, vt nec monachi excludantur, aut moniales, quorum nomine ſuccedit monaſterium, λ) quatenus ex inſtituto ordinis *acquiſitionis capax* eſt; niſi omni ſucceſſioni ante ingreſſum debito modo renunciauerit. Iure Germanico tamen clerici, qui *ordines* acceperunt, excluduntur a rebus *expeditoriis*, geradamque cum ſororibus capiunt, μ) imo etiam cum cognatis, quo iure adhuc proteſtantes quoque vtuntur. Denique inter hos magis ſuccedunt *iure prouinciali*, quo reguntur, quam *ſtatutario* loci *ſpeciali*, quo ſoli oppidani illius loci gaudent, licet clerici ibi eccleſiis præſint.

TIT.

ϑ) Quo more olim etiam *Cæſares* vſi ſunt. *c.* 8. *X. de teſtam.*

ι) *l.* 20. C. *de epiſc. et cler. c.* 7. C. 12. *q.* 5.

κ) *c.* 12. *X. de teſtam.*

λ) *l.* 20. C. *de epiſc. et cler.* etiam in caſu, ſi monialis ſit inſtituta ſub conditione: *ſi ſine liberis. l.* 53. §. 2. C. *de epiſc. et cler. Nou.* 123. *c.* 37. *auth. niſi rogati* C. *ad SC. Trebell. c.* 8. *X. de probat.*

μ) *Ius prou. Sax. lib.* I. *art. V.*



TIT. XXIIX.

DE SEPVLTVRIS.

TIT. XXIX.

PAROCHIIS ET ALIENIS PAROCHIANIS.

SYNOPSIS.

um episcopi circa pa-
'bos in genere. I. Pa-
uid? origo earum. II.
certum populum, re-
cum regimine et cura
um et iure bannario
di et prohibendi. III.
o parœciæ, Parœci,
arœcianorum. Tales
icilio et habitatione
tur. V. Obligatio ho-
sacramenta in ecclesia
li percipienda. VI.
s variis subiecti sunt.
Parœcus dirigit litur-
t sic etiam sepultu-
Quilibet sepeliendus in
cœmeterio, quod auctoritate
episcopali erigitur: VIII. Se-
pultura facienda in cœmeterio
parœciali. IX. Non in ecclesia
ipsa. Maiorum sepulchra ta-
men præferuntur; imo sepul-
tura eligi potest in monaste-
riis. X. Facienda ea ecclesia-
stice, liturgia adhibita. De
regula: quibus viuis non com-
municamus, iis nec mortuis
communicandum. XI. Refe-
runtur hi, quibus denegatur
post mortem communio. XII.
Denique gratis sepulchra con-
cedenda. XIII.

§. I.

:TVM est de *iure episcoporum diœcesano* circa *clericos*, quatenus *canonici* sunt. Nunc de *officio episcopali* circa illos, qui *iis* præsunt, agendum, quod grauiorem io curam desiderat, quia hi *beneficia cu-* ossident, et hac de causa *ordine sacerdotali*

decorati esse debent. *v*) Quocirca iniunctum episcopis, vt (I) nullum admittant *ad regimen ecclesiæ parœcialis*, nisi *XXV. annum* attigerit, et *scientia* ac *moribus* commendandus exsistat; deinde (II) a regiminis huius officio amoueant, qui intra annum in presbyterum haud fuerit ordinatus, nec *personaliter vv*) resideat. ξ)

§. II.

Παροικία *plurium domorum viciniam* designat, *o*) quæ etiam *parochia dicitur*, adeoque hoc loco *viciniam sacram*, seu in *vna societate ecclesiastica* vnitam denotat. Et quia *diœceses episcoporum* etiam ex *certo districtu* vicinarum ecclesiarum compositæ sunt, olim etiam PAROECIAE dictæ. *π*) Primario tamen hac voce veniunt *districtus plebis minores in diœcesi episcoporum, quibus cum animarum cura præest sacerdos parœcus.* In tribus prioribus seculis hæ defuerunt. Singulis ecclesiis præerat *episcopus cum clero* suo. Seculo IV, aucto christianorum numero, diuisio quædam facta, cœtusque minores in oppidis maioribus et agris constituti, ad instar *coloniarum*, quibus ab episcopis præpositi *presbyteri* vel *diaconi* cum *cura animarum*, sub *auctoritate* tamen et *directione* episcopali.

§. III.

v) vnde *lib.* I. *de offic. archipresbyt.* §. 5. dictum, aliud esse *presbyterum in genere*, et aliud *presbyterum parochum.*

vv) non per *vicarium* regulariter; ad minimum perpetuus constituendus. *c.* 30. *de præb.*

ξ) *c.* 14. *X. de elect. in* 6. ibi: *vt gregis sibi crediti diligentius curam gerere possit in parœciali ecclesia, cuius rector exstitit.*

o) *l.* 239. §. 2. *D. de V. S.* HORAT. *lib.* I. *Satyr.* 5. *vers.* 46.

π) *c.* 9. *X. de donat. c.* 3. 10. C. 9. *q.* 2. *c.* 20. *X. de decim. c.* 2. *X. de capell. monach.*

§. III.

COMPREHENDIT hodie itaque *paroecia* (1) certum *populum* vel *coetum* christianorum in certo loco coniunctim, vel vicino viuentem: (2) *ecclesiam*, cui agglutinatus est: (3) *rectorem*, qui illi solus cum *regimine subordinato* praeest, ϱ) et (4) *curam animarum* exercet, aeque vt episcopus, licet in minore gradu. Hac de causa (5) *paroecus* aeque ius *bannarium cogendi* et *prohibendi* exercet intra suam paroeciam, vt episcopus intra suam dioecesin. σ) Denique (6) sicuti dioeceses, ita etiam *paroeciae* determinatos limites habent. τ)

§. IV.

EST ergo PAROECIA *vniuersitas ecclesiastica minor, sed inaequalis, sub regimine sacro et cura proprii sacerdotis,* υ) *tamquam capitis minoris constituta, in qua obligantur singula eius membra ad sacra a proprio sacerdote percipienda, ei honorem et obsequium praestandum, atque onera parochialia ferenda.* PAROCHVS vero vel PAROECVS est *sacerdos, qui vt dominus* φ) *regit cum cura animarum ecclesiam minorem ex para-*

ϱ) aeque *paroecus* solus regit ecclesiam, et *regimen* exercet, ac quidem episcopus, *c.* 14. *de elect. in* 6. *c.* 5. *X. de aetat. et qual. et ord. praef.* cum *subalterna* et *limitata potestate.* Solus enim praeest *paroeciae* vt *rector dominus*, prout vocatur, sicut *episcopus* solus suae dioecesi praeest, *c.* 4. C. 21. *qu.* 2. licet cum consensu episcopi adiutorem sibi assumere queat citra praeiudicium patroni, *c.* 30. *de iure patron.*

σ) *c.* 2. *et* 3. X. *h. t. c.* 12. X. *de poen. et rem.*

τ) *c.* 4. X. *h. t.*

υ) ita vocatur parochus in *c.* 12. X. *de poenis. et remiss.*

φ) vnde dicitur *rector dominus. clem.* 2. *de sepult. c.* 13. X. *de censib. c.* 3. *de vita et hon. cleric.*

paroecianis compositam, *cum iure excludendi alienos et cogendi proprios subditos ad sacra ibi peragenda*, χ) *et iura paroecialia praestanda.* Est enim *paroecus* duntaxat *competens*, vt *iudex* quidam, ad *ligandum* et *soluendum* in sua paroecia, ψ) et ei *de iure* tantum competit proponere verbum DEI, et confessiones audire subditorum, ω) in quo speciatim eius magnopere interest. α)

§. V.

DENIQVE PAROECIANVS est *subditus, qui ex ratione habitationis regimini et curae animarum proprii sui sacerdotis ceu rectoris domini subest, et ab eo sacramenta necessario accipit.* Regulariter *paroecianus* constituitur ex ratione (a) *domicilii*, vt duplici praeditus, in vtraque paroecianus fiat. β) Qui ad tempus breue tantum alicubi habitat, animo non derelinquendi domicilium, ibi non fit paroecianus. γ) (b) Praeterea iisdem sacris, in paroecia receptis, esse debet addictus. Diuersis sacris addictus ex causa *habitationis* vel *domicilii* non fit paroecianus, nisi quoad *onera realia*, δ) vel ea sacra percipienda, quae vtrique religioni communia sunt, quatenus *propria*

χ) Neque enim *sine licentia speciali presbyteri paroecialis* alienus actum quendam paroecialem ibidem peragere potest sub poena excommunicationis. *clem.* I. *de priuileg.*

ψ) *c.* 4. X. *de poenit. et remiss.* ibi: *cum a* NON SVO IVDICE *ligari nullus valeat vel absolui.*

ω) *clem.* 2. *de sepultur. vers. verum.*

α) *ne curati debitis et necessariis defraudentur beneficiis. clem. cit.* 2.

β) *c.* 2. *de sepult. in* 6. *c.* 5. *h.*

γ) *c.* 3. *de sepult. in* 6. *c. f.* X. *de paroch.*

δ) vid. *ius paroch. sect.* III. *c.* 2. §. 15. *sq.*

pria parœcia destituitur. ε) Vnde (c) vxor eius-dem cum marito religionis ibi fit parœciana, vbi maritus domicilium constituit. ζ) Denique (d) domicilio qui caret, nullibi est parœcianus, nisi vbi de præsenti repertus fuerit.

§. VI.

TENENTVR vero *sacris suæ parœciæ* interesse parœciani, η) parœci vero alienum pecus a præsepibus suis arcère, ϑ) etiam adhibitis remediis coactiuis. ι) Quocirca in *ecclesia parœciali* subditi parœciani sacramenta percipere, κ) et in iis, quæ ad *liturgiam* spectant, se regimini parœci submittere coguntur. Vnde *nota characteristica parœciani* non in eo quærenda, quod quis sacramenta in aliqua ecclesia perceperit, sed quod ibi *de necessitate* illa perceperit.

§. VII.

ONERA *parœcialia* quoque parœciani ferre, et consueta honoraria soluere parœco debent. Huc pertinent (I) *iura stolæ*, seu *honoraria* pro certo officio sacro præstanda. Hæc prohibet ius

ε) Hæc obseruatio inter catholicos et protestantes vsum habet, inter quos omnia æstimanda ex anno decretorio per *I. P. art. V.* §. 31. adeoque catholici, propria parochia destituti, inter protestantes habitantes, quoad *baptismum*, *copulam sacerdotalem* et *proclamationem* parochiani ibidem censentur. vid. *tom. III. tit.* 27. §. 77. *et tom. IV. lib. V. tit. VII.* §. 205.

ζ) *c.* 7. *X. de sepult.*

η) *concil. Trid. sess. XXIV. de reform. c.* 4.

ϑ) *c.* 2. *de parech.*

ι) si credimus CARPZOVIO papizanti *lib. II. iurispr. consist. def.* 255. *n.* 3. *seqq.*

κ) *c.* 12. *X. de pœnit. et remiss.*

ius canonicum, λ) dicis caufa; fimul enim ea probat *ex laudabili confuetudine.* Quandoque etiam per *leges ecclefiafticas* determinantur, quæ *iure perfecto* debentur. μ) (II) Collationes *pro rata* faciendæ ad reparandas ecclefias, et ædes parœci ac cuftodis, quod onus parœcianos, qua tales, ftringit. ν) (III) Præftationes *decimarum* et *nummorum miffalium.* ξ)

§. VIII.

SICVTI vero *parœcus* dirigit ea, quæ ad *cultum facrum* et *liturgiam* fpectant, ita directio *funeris follemnis* quoque ab eo dependet, vt rite et *confuetis* fiat *liturgiis;* quo refpectu fepultura quoque ad *iura parœcialia* fpectat. ο) Etenim quilibet fepeliendus (I) in *cœmeterio*, h. e. in loco publico et *benedictione epifcopali* ad fepulturam deftinato, quo ipfo fit *religiofus.* π) Vnde fluit, (a) erectionem cœmeterii effe *iuris epifcopalis*, et per *benedictionem* qualitatem facram accipere: (b) cœmeteria ficut ecclefias pollui poffe, vt *reconciliatione* indigeant ϱ): (c) nemini integrum effe, in *loco fuo* et *mere profano* fibi fepulturam eligere. Primum proteftantes refpuunt,

λ) In *c.* 42. *X. de fimon*, *pia deuotione fidelium introductam confuetudinem* probat pontifex, quæ in eo confiftit, quod quidam ex liberalitate ea foluerint, alii fecuti hos fuerint, vnde mox parœci *confuetudinem* efficiunt.

μ) v. *ius paroch. fect. VII. c.* 2.

ν) conf. *ius paroch. fect. VII. c.* 3. Conf. infra *tit. XLVIII. huius libri.*

ξ) de quibus *ad tit. fq. de decimis.*

ο) *clem.* 2. *de fepult.*

π) et fic *mundanis vfibus* deputari non debet. *c.* 4. *X. de relig. domibus.*

ϱ) *c.* 7. *X. de confecrat. eccl.*

nunt, quibus cœmeteria in *sensu iuris canonici* on sunt *religiosa*, sed *res vniuersitatis*, vt ab hac oua erigi et antiqua accessione augeri non proibeantur. σ) Alterum pariter reiiciunt, cessan: *qualitate religiosa*, et opinione de *pollutione* epudiata, quæ superstitionem, non veram ratioem habet. In tertia conclusione subsistunt, quod tiam sepulturam ad *iura parœcialia* retulerint, uius consequens est sepultura in *cœmeterio arœciali*. τ)

§. IX.

SEPELIENDVS vero (II) quilibet christianus *cœmeterio parœciali*, siue contiguum sit *ecclesiæ parochiali*, siue ab ea separatum, modo ad am parœciam pertineat. Est enim hoc iure epultura *actus parœcialis*, vt alienum parœianum nemo in suum cœmeterium recipere ossit, sed corpus proprio parœeo, actione *spoii* instituta, ττ) restituere compellatur, υ) nisi *eregrinans* in eo loco decesserit, vt commode d propriam parœciam deferri non possit. In *ubio* seu in defectu *certæ parochiæ* illa parœcia præ-

σ) vt contra CARPZOVIVM nici *tom. II. h. t.* §. 12.

τ) Iure Rom. quoad locum *epultura* libera erat. Quilibet sepulchrum in *proprio fundo* extra vrbem sibi facere oterat, quo ipso locus *religiois* reddebatur. Idem vsus ab christianis continuatus est er plura secula. Sed superitio plerosque transuersum egit, vt in ecclesiis ambirent sepulturam vel ad minimum in *atrio ecclesiæ*, *c.* 15. 16. C. 13. *q.* 2. Vnde tandem *atria ecclesiarum* perpetuo vsu sepulturis destinata sunt, vt in compendio monstraui in tr. *de orig. præcipuar. mater. iur. eccles. c. XXII.*

ττ) *c.* 6. *X. h. t.*

υ) *c.* 5. *X. de sepult.*

præferenda, in qua defunctus sacramenta pere consueuit. φ)

§. X.

QVAM ob rem (1) in ipsa *ecclesia* regul nemo sepeliendus, licet ibi sepulturam ele χ) nisi clerici honoratiores, et laici fidele inprimis vero patronus. ω) (2) Quibus t *sepulchra maiorum* sunt, h. e. *hereditaria* v *miliaria*, illa merito præferenda *sepulchris cianis*, in subsidium duntaxat receptis. α) Denique salua adhuc relicta libertas cuicu αα) eligendi sibi extra parœciam sepulturan iam in *loco minus religioso*, β) in porticu n sterii scilicet, quod et *ecclesiæ parœciali* pr et *monasteriis* ingentes peperit diuitias. Et qui extra parœciam eligunt sepulturam in a monasterio, ββ) id aliter facere nequeunt,

φ) *c.* 1. X. *h. t.* ibi: *in qua cœlesti pabulo refici consueuit*, *c.* 4. X. *h. t.* ibi: *a quibus receperunt salutis pabula*.

χ) *c.* 15. *sq.* C. 13. *q.* 2.

ψ) *c.* 18. C. 13. *q.* 2.

ω) FRANC. DE ROYE *de iure patron. lib.* II. *c.* 3. *p.* 50.

α) Hæc libertas adhuc ad rudera *antiqui iuris* referenda, quo cuilibet permissum fuit, sibi heredibusque suis vel genti suæ sepulchra exstruere. Christiani talia in *atrio* vel in *porticu* aut *exedris ecclesiæ*, quam præ ceteris colebant, erigebant, *c.* 15. C. 13. *qu.* 2. *in f.* quæ perpetuo conseruata sunt heredibus et genti, vtut deinc *cœmeterium parœciale* cta fuerit sepultura. *c.* 3. *sepult.*

αα) etiam vxori. *c.* 4 *sepult.*

β) vt dicitur in *c.* 2 *de sepult. in* 6. quod gendum *comparatiue* non ita religiosus sit, v siæ contiguum cœmet *benedictione episcopali* tum. Ita vero BONIF VIII. contradixit INN TIO III. in *c.* 3. X. *de* cuius sententiam indub rigere vel abolere inten

ββ) cuius fundam refertur in *c.* 3. X. *de se*

eidem *pro anima* relicto. Ex hoc legato *parocia*li debetur *portio canonica*, h. e. , γ) modo defunctus a monachis fraudi- l aliis piis concussionibus γγ) ad *electionem* us haud fuerit. δ) Ita et *ecclesiae parocia*- *monasteriis* satisfit cumulatissime. ε)

§. XI.

RAETERREA facienda est (III) sepultura *ec*- *re*, seu adhibita *liturgia* consueta et prae- , quorsum speciatim *oblationes pro anima* nt. Proinde (a) cura horum *sacrorum* recum pertinet, neutiquam a *sollemni con*- xcludendum: (b) liturgia haec *iuris publi*- etur, quam priuati, sine piaculo, sepu- equeunt, sed eam demum *dispensatione epi*- el *consistorii* apud protestantes remittere ζ): (c) in *poenam* tamen iis denegatur, ra *communionem ecclesiasticam* decesserunt. nata antiqua iuris ecclesiastici regula: *viuis non communicamus, nec mortuis* *nicare* debemus. η) Est vero haec *poena*

ec-

. X. *de sepult. clem.* 2. X. *eod.* ibi: *tunc pa-* *ecclesia, de oblationi-* s (vel potius *legatis*) *quae defunctus pro* *a in vltima disposi-* *quit, recipiat partem*

: quibus vid. *c.* 2. X. *de pact.*

. X *c.* 1. *de sepult. in* s *sollicitationes inue-* et *concussiones* vix deficiunt, vt CLE- MENS IV. suo tempore opta- verit, vt haec superstitio, se- pulturam habendi in monaste- riis, mature repressa fuisset. Scripsit enim notanter: *Vti- nam nunquam volucres super cadauera consedissent.* conf. *c.* H. X. *de sepult.* MARTENIVS *tom. II. anecdot. p.* 397.

ε) conf. ERASMVS *in col- loq. cui titulus: funus.*

ζ) vid. B. THOMAS. *de iure princip. circa sollemn. sepultur.*

η) *c.* 1. C. 24. *q.* 2. *c.* 3. *ibid.* *c.* 11.

ecclesiastica, adeoque de ea *iudicia ecclesiastica* decernunt.

§. XII.

SVNT vero a *communione ecclesiastica* alieni infideles: hæretici: ϑ) excommunicati, ι) et non absoluti: κ) in *torneamentis* et *duellis* pereuntes: λ) manus violentas sibi inferentes, μ) non vero casu aut culpa pereuntes: ν) tempore præscripto non recipientes S. eucharistiam nec confessionem facientes: ξ) vsurarii manifesti: ο) blasphemi: pœnitentiam iniunctam recusantes. π)

Et

c. 11. *in f.* c. 12. X. *de sepult.* *Communio cum defunctis* indicatur, tum ex *loco religioso*, in quem recipitur cadauer: tum ex *precibus* et *oblationibus pro anima*: tum ex *recitatione nominis* defuncti publice in ecclesiis: tum ex *memoria celebratione*. Quibus hæc denegantur, pro *excommunicatis* vel a *communione ecclesiastica* alienis habentur, ecclesiastica sepultura indignis, et *asinina*, vt loquuntur zelotæ, afficiendis. Ait pontifex in c. 12. X. *de sepult.* *sacris est canonibus institutum, vt, quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis; et vt careant ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab vnitate ecclesiastica præcisi, nec in articulo mortis reconciliati fuerunt.*

ϑ) Olim his non denegata legitima sepultura, *l.* 9. C. *de hæret.* imo in Germania intuitu trium religionum probatarum abrogatum est ius canonicum in *I. P. art. V.* §. 35. ibi: *multo minus publicis cœmeteriis honoreue sepulturæ arceantur.*

ι) c. 5. X. *de priuil.* adeo vt in cœmeterio ecclesiastico sepulti exhumari, et procul ab ecclesiastica sepultura iactari debeant. c. 12. X. *de sepult.*

κ) absolutis *non debent cœmeterium et alia ecclesiastica suffragia denegari*, vt dicitur in c. 13. X. *de sepult.*

λ) vid. *tom. V. tit. de torneam.* item *tit. de duell.*

μ) c. 12. C. 23. *qu.* 5.

ν) c. 11. X. *de sepult.*

ξ) c. 12. X. *de poenit. et remiss.*

ο) c. 3. X. *de vsur.*

π) c. 2. X. *de maledict.*

Et in genere, quos clerus sua communione indignos decernit, etiam ob proprium commodum. ϱ)

§. XIII.

DENIQVE (IV) sepulchra *gratis* concedenda, non pretium pro *loco* exigendum, σ) quod talis redemtio simoniam sapere videatur. Hanc rationem respuunt protestantes, quibus cœmeteria non sunt religiosa, nec sepulchra hereditaria extra commercium. τ)

TIT. XXX.

DE DECIMIS, PRIMITIIS ET OBLATIONIBVS.

SYNOPSIS.

Sollicitudo episcopalis circa decimas in tribus constitit. I. Hae iuris diuini et spiritu-ales canonistis dicuntur, Theologis dissentientibus. II. Personales etiam excogitatae, sed sine effectu. III. Hodie sunt vel seculares vel ecclesiasticae. IV. Ecclesiasticae parochis assignatae: seculares illi debentur, qui eas legitime acquisi-vit. V. Praescriptione quoque recte acquiruntur vt cetera bona ecclesiastica. VI. In decimas seculares ecclesiis parochialibus nullum ius superest; multo minus ad regalia principum trahi possunt. VII. Reales a possessoribus quibuscunque etiam clericis praestandae. Exceptiones quaedam notatae. VIII. Non deductis expensis

ϱ) vt decimarum ecclesiasticarum detentores. *c.* 19. X. *de decim.* Quid ergo si detentores *patrimonii pauperum* sunt? His non denegatur sepultura ecclesiastica, quod ipse clerus hoc in reatu sit, qui *quartam pauperum* suis applicauit vsibus.

σ) *c.* 13. X. *de sepult.*

τ) vid. *ius paroch. in supplem. p.* 524.

pensis debentur, statim, collectis fructibus: quandoque in mensura vel pecunia. IX. *De omnibus fructibus praestandae, nisi immunitas de quibusdam quaesita.* X. *Primitiae etiam ecclesiis paroecialibus assertae.* XI. *Oblationes antiquae in collatione rerum. Eucharisticae quid?* XII. *fuerunt vel voluntariae vel necessariae. Eucharisticae necessariae fuerunt, vnde natum debitum nummorum missalium. Quid offertorium? offerentium nomina recitata.* XIII.

§. I.

Reditus *paroeciales*, paroecis praestandi a paroecianis, varii sunt. Primum inter hos locum tenent *decimae*, ττ) sollicitudini *episcoporum* subiectae, qui tum sub vinculo *excommunicationis* constringere debent paroecianos ad eas paroeco soluendas: υ) tum curare, vti laici decimas ecclesiae paroeciali reddant sub denegatione sepulturae ecclesiasticae: φ) tum compescere monasteria, *de manu laicali sine consensu episcopi eas accipientia.* χ)

§. II.

FVNDAMENTVM huius *officii episcopalis* collocatur in principio, quod decimae nob ab hominibus, sed ab *ipso domino* sint institutae; ψ) dicun-

ττ) Olim apud gentes etiam *ciuiles* et *tributariae decimae* obtinuere, de quibus HVETIVS in *alnetanis p.* 323. SPENCER de *LL. Hebr. ritual. lib. III. c.* 10. quae regibus soluebantur. Sed tales non sunt *decimae*, quas clerus *sibi* et *sacerdotio* deberi censuit.

υ) *c.* 5. 6. 14. *X. h. t. c.* 55. C. 16. *q.* 1.

φ) *c.* 19. 35. *X. h. t.*

χ) *c.* 31. *X. h. t.* ibi: *cum donatores praedicti conferri non potuerint aliis, quae ipsi de iure non poterant possidere.* Conf. *c.* 7. *X. de his, quae fiunt a prael.*

ψ) *c.* 14. *X. h. t. c.* 26. *X. h. t.*

dicuntur enim *certa quota fructuum et redituum DEO* ψψ) *debita*, *et ab hoc sacerdotibus et Leuitis cessa.* Quod enim in *republica Iudaica* sacerdotibus et Leuitis assignatum, hoc ad *ius cleri noui foederis* quoque pertinere censent canonistae. Hoc ex principio decimae vbique, adhibito *gladio spirituali* et *brachio seculari*, in vsum reuocatae, publiceque inculcatum, decimas *iure diuino* ecclesiis praestandas. ω)

§. III.

LATIVS praeterea a pontificibus sunt extensae decimae contra DEI intentionem. Sunt enim vel *reales*, vel *personales*. Illae ex praediis debentur; hae ex negotiatione, artificio, aliisque commodis ciuilibus. α) Illae debentur ecclesiae, intra cuius limites praedia sita; hae illi, in qua sacramenta quis percipere tenetur. β) Illae non deductis; hae deductis expensis soluuntur. γ) Verum omnium confessione *personales* in Germania incognitae sunt, conatu inani a clero olim exactae.

§. IV.

HODIE sunt vel *seculares*, vel *ecclesiasticae*. Illae ortum traxerunt ex praelatorum liberaliori dispo-

ψψ) *c.* 26. *c.* 33. *X. h. t.*

ω) *c.* 1. *sqq.* 4. 5. 6. C. 16. *q.* 7. *c.* 45. 47. 65. C. 16. *q.* 1. *c.* 56. C. 16. *q.* 1. Canonistae naturam decimarum *spiritualem* inepte asserunt, obseruante CAROLO MOLINAEO *ad consuet. Paris. tit. I. des Fiefs* §. 68. *n.* 21. Ab his dissentiunt Theologi Catholici, decimas *iure mere ecclesiastico* clericis debitas asserentes, vt obseruaui *tom. I. P. I. consult. et decis. argum. IV. n.* 27. conf. ACOSTA vel potius R. SIMON *in histor. redit. eccles. Gallice* conscripta *p.* 5.

α) ex ipsa etiam *militia*. *c.* 22. X. *h. t.* *c.* 28. X. *eod.* *c.* 66. C. 16. *q.* 1.

β) *c.* 20. X. *h. t.*

γ) *c.* 28. X. *h. t.*

diſpoſitione circa res eccleſiæ, quam par
a quo tempore paſſim etiam in feudum
Differunt inter ſe, vt bona *ſecularia* alia,
clesiaſtica; quamquam illæ perpetuis prælat
litibus obnoxiæ fuerint. δ)

§. V.

ECCLESIASTICAE ab antiquo ad *ius*
ſcopale relatæ. ε) Menſa epiſcopali aliunde
cienter inſtructa, *parœcis iure decretalium*
ſerunt, ζ) quibus etiam debentur *nouales*
niſi *vniuerſum ius* decimandi ab aliena pa
præſcriptum ſit. η) E contrario *ſeculares*,
ptis *noualibus*, ηη) debentur *domino*, cui leg
modo acquiſitæ. Legitime autem a *laicis* a
ſitæ cenſentur, (1) quæ ante *concilium La*
nenſe anno 1179. habitum iam poſſeſſæ, ϑ)
in decimis antiquis et immemoriali tempore
ſeſſis præſumunt: (2) quæ proteſtantibus d
tur e Catholicorum prouinciis, quatenu
no 1624. die 1 Ian. poſſeſſæ fuerunt: ι) (3)
adhibitis requiſitis canonicis alienatæ, quo

δ) *c.* 19. *X. h. t.*

ε) vnde adhuc *iuris epiſcopalis* in *c.* 31. X. *h. t.* dicuntur, imo pontifex in transactione cum HENRICO V. cenſuit, epiſcopos *decimis et oblationibus* ſolis viuere debere. Olim enim diſtributio earum illi competebat. *c.* 56. C. 16. *q.* 1.

ζ) *c.* 29. 30. *X. h. t. c.* 8. *X. de transact.*

ζζ) *c.* 13. 27. 29. *X. h. t.*

η) *cit. c.* 29. *X. h. t.* ibi: *niſi ab his, qui alias perc decimas, rationabilis oſtenditur* &c. veluti v tinet vulgatum illud: Zehnde folget dem Pf

ηη) *c.* 25. *X. h. t. in f.*

ϑ) *c.* 19. *X. h. t.* secu interpretationem INNO TII III. in *c.* 7. *X. de bi ſiunt a prælat. c.* 25. X et ALEXANDRI IV. i *h. t. in* 6.

ι) *I. P. art. V.* §. 46.

riori ſententia, etiam Theologorum catholico-
n, a ceteris bonis eccleſiaſticis haud ſeparan-
ſint. Imo etiam (4) legitime præſcriptæ a lai-
, h. e. intra XL annos.

§. VI.

AST poſtremum negat ius canonicum: κ) gant etiam illi, qui *annua* inpræſcriptibilia ıſent. Sed poſterius ſimpliciter recipi non ſſe, docent *annuæ ſeruitutes*, quæ æque vt *imæ*, certo anni tempore tantum vſum præ- nt, veluti tempore meſſis, λ) et tamen præſcri- ntur, imo duplicato tempore pereunt. μ) ius vero in principio, quod decimæ ſint *iuris tini*, et *res ſpirituales*, a laicorum poſſeſſione orſus exemtæ, fundamentum habet, quod re- uunt proteſtantes, imo etiam inter catholicos *eologi*, vt ſic præſcriptionem admittere tenean- r, tum contra *eccleſiam*: tum contra vindican- n laicum.

§. VII.

VNDE concludo, (a) in *decimas ſeculares* llum ius ſupereſſe *eccleſiæ paræciali*, ne qui- m quoad *refectionem*: ν) (b) abſurdum eſſe, enatis legitime decimis, *commoda* earum tan- m in laicos, ſed cum onere, iis ab antiquo im- ſito et cohærente, tranſire, *ius ipſum ſpiri- tuale*

κ) *c.* 7. *in f.* X. *de præ- ipt.*

λ) Etiam *præſcriptionem annorum* admittit ponti- cum titulo, ſi vna eccleſia ıtra aliam præſcribit. *c.* 1. *præſcript. in* 6.

μ) *l.* 7. *D. ſeruit. quemadm. amitt.*

ν) vt euici *tom. I. P. I. con- ſult. et deciſ. argum. IV.* con- tra parochos catholicos, qui ſeculares decimas oneri refe- ctionis ſubiectas cenſent.

tuale penes ecclesiam in decimas remanere: (c) multominus decimas a laicis possessas ad *regalia* principum trahi posse, sub prætextu, quod *tributi* species sint: ξ) alioquin eodem modo etiam ab ecclesiis possessæ ad fiscum trahi possent, si adæquata hæc ratio esset. ο)

§. VIII.

REALES, siue *seculares*, siue *ecclesiasticæ*, præstandæ a possessoribus *prædiorum rusticorum*, etiam conductoribus, π) fidelibus et infidelibus, ρ) imo hæ etiam a clericis et monachis ρρ) possessoribus, cum clericus etiam clericum decimet. Excipiuntur (1) quidam *ordines priuilegiati:* σ) (2) clerici in genere quoad *noualia*, quæ propriis manibus colunt, et nutrimenta animalium, atque hortos: (3) qui immunitatem a decimis soluendis a pontifice, non a principe, σσ) impetrarunt. τ) Quod ad *seculares* trahi nequit. (4) Denique *non vsu*, per duplicatum tempus, υ) etiam amitti queunt. φ)

§. IX.

DEBENTVR decimæ *reales*, nullis subtractis expensis, χ) etiam ante tributorum et *merce-dis*

ξ) De iure canonico hoc expeditum est per *c. 25. et c. 31. X. h. t.* quo omne ius secularibus imperantibus ademtum in decimas.

ο) De hoc argumento plenius egi *tom. III. h. t.* §. 57.

π) *c. 8. X. h. t.*

ρ) *c. 16. X. h. t.*

ρρ) *c. 4. X. h. t.*

σ) vt *olim Cistercienses templarii et Hospitalarii. c. 10. X. h. t.*

σσ) *c. 25. et c. 31. X. h. t.*

τ) *Ibidem.*

υ) *arg. l. 7. D. seruit. quemadm. amitt.*

φ) argumentum hoc respondi *tom. III. h. t.* §. 45. *sqq.*

χ) *c. 4. 5. 8. 21. 28. X. h. t.*

χ) solutionem in concursu, ψ) et quidem
ı *fructibus collectis*, sed in horrea nondum
uectis, ω) quatenus in *manipulis* praestantur.
m (1) extra ordinem quandoque, *excusso*
nto, in mensura certa debentur; α) (2) non-
juam in *aestimatione*, quae vocantur der Sack-
he, quod aliter concipi nequit, quam loca-
et conductione interueniente, vt resigna-
mper integra sit. β)

§. X.

DEBENTVR decimae de *omnibus fructi-*
β) in *agro decimali* natis, γ) mutato li-
γγ) nisi quoad certa fructuum genera im-
tas probata fuerit, vel legitima praescriptio-
ıpetrata. Etenim non vbique vsus decima-
dem: alibi, vt in Thuringia, nunquam, ne-
m extremis adhibitis, receptae sunt: alibi
hum quid, quoad certos *fructus* introductae:
risque locis *pecorum* decimae, der Blutzehen-
prorsus neglectae. Quia enim *inuitis* et *re-*
ntibus imperatae, et *per vim* δ) exactae fue-
non mirandum, decimarum praxin per
is secula variasse.

§. XI.

c. 7. *h. t.* vnde liquet,
nonico mercedes famu-
priuilegiatas censeri.
c. 33. *X. h. t.*
. 7. *X. h. t.*
ARPZ. *lib. I. iurisprud.*
def. 127.
LEV. *P.* 8. *dec.* 66.
c. 6. *c.* 30. *X. h. t.*

γ) *c.* 21. *X. h. t. c.* 30. *eod.*
γγ) *c.* 4. *c.* 21. *X. h. t.*
δ) Etiam adhuc hodie epi-
scopi gladio spirituali vtun-
tur. In *I. P. art. V.* §. 38. ta-
men cautum est, *ne proceda-*
tur ad excommunicationem,
nisi post tertiam demum denun-
ciationem.

§. XI.

EX eodem præiudicio, quo decimas laicis imperarunt episcopi, etiam *primitias* exegerunt, h. e. *primas fructuum et pecorum obuentiones*, quas etiam in veteri fœdere DEVS sibi referuauerat. ε) Harum determinatio singulorum arbitrio relicta; ζ) imo *imperfectum* magis, quam *perfectum* debitum sunt.

§. XII.

DENIQVE sacrificiis primario inseruiebant *oblationes*, de quibus ex DEI cessione olim pingues habebant reditus *sacerdotes* et *Leuitæ*. In ecclesiis christianorum, in quibus talia sacrificia defuerunt, ab antiquo hæc appellatio tracta est (a) ad ea, quæ *pauperum gratia* conferuntur, et mox inter eos distribuuntur: (b) quæ ecclesiis in *perpetuos vsus* donantur, vulgo pro *redemtione animæ*, et ad earum patrimonium constans referuntur. Tales donationes sunt liberæ, nec *iure canonico* insinuationem desiderant, licet vel maxime *quingentos* excedant *solidos*, in quo a iure ciuili discrepat, η) vt infinita diplomata loquuntur. Denique (c) fuerunt etiam olim vsitatæ *oblationes eucharisticæ*, a solis communicantibus fieri solitæ.

§. XIII.

ε) Conf. SPENCER *de LL. Hebr. ritual. lib. IV. c.* 10. et *lib. III. c.* 9.

ζ) *c.* 1. *X. h. t.*

η) *l.* 19. *C. de SS. eccles.* Sed in rebus ad ecclesiam pertinentibus *ius ciuile* exulat, si *canonicum* ei reclamat.

§. XIII.

VNDE oblationes sunt vel *voluntariae* vel *necessariae*. Illae ex liberalitate et mera pietate praestantur, vt in duabus prioribus speciebus: hae vero ex *praecepto ecclesiastico* debentur. Etenim olim communicantes offerebant, vt qui non communicaret, non offerret. ϑ) Offerebant *panem* et *vinum*, vel postea loco eius *nummos*. Hi soli tandem, oblatis *formatis* introductis, remanserunt, vt populus, qui *missae*, diebus festis maxime, interest, *nummos missales* altari imponeret. Etenim, *missa fidelium* inchoata, antiphonam, quae *offertorium* nuncupatur, chorus canit, quod populus more antiquo obtulerit *panem* et *vinum*, ι) vel etiam aliud *donum* loco panis et vini. Offerentium nomina publice recitata, et DEO commendata per consuetam formulam: *memento Domine*. Qui enim *offert*, seu qualescunque *oblationes* facit, vt in veteri foedere, credit persuasumque habet, pro se suisque *sacrificium* fieri, quod nomen eius speciatim recitetur.

TIT.

ϑ) *c. 69. de cons. D. 1.*

ι) BONA *lib. II. rer. liturg. c. 8. §. 3.*

TIT. XXXI.

DE REGVLARIBVS ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

TIT. XXXII.

DE CONVERSIONE CONIVGATORVM.

TIT. XXXIII.

DE CONVERSIONE INFIDELIVM.

SYNOPSIS.

Ad legem diœcesanam quoque pertinet sollicitudo circa monachos iurisdictioni episcopali subiectos. I. Olim monachi laici erant, sed variis ex causis clericorum numero adscripti. II. De origine monachorum et cœnobitarum. III. Sub regulis viuunt. Quid monachus. IV. Mundo mortuus et conuersus dictus. Conuersio quotuplex? V. Ex regulis denominantur Benedictini, Augustiniani, Franciscani, Dominicani etc. Reformatio ordinum infinitas familias produxit. Nouae religiones fieri prohibitae. VI. In conuertendis requiritur iusta aetas. VII. Sint matrimonii expertes. Suo modo tamen coniuges quoque ingredi monasterium possunt. VIII. Conuertendi sedulo explorandi et inter nouitios sollemniter recipiendi. IX. Nouitii semper recedere possunt, nulla obligatione aut dispositione de bonis obstante. Libere de bonis suis adhuc disponunt. X. Spontanea voluntas in recipiendis necessaria. Inuitus tamen in pœnam tonderi potest. XI. Nec puellae inuitae velandae, quod sub anathemate prohibitum. XII. Hae etiam annum probationis subire debent. XIII. Nemo recipiendus in monasterium in fraudem legum et publicae salutis detrimentum. XIV.

§. I.

§. I.

QVE subiecti etiam sunt *inspectioni epi-*
bali et *legi diœcesanæ* monachi et *cano-*
i regulares, illis *clero* etiam tandem ad-
prospicere enim debent episcopi, quo
secundum formam ordinis seruent, et
vitæ conuenienter viuant. *x*) Deni-
e episcopis sicuti ceteri *clerici* subiecti

§. II.

MA quidem *vitæ monasticæ* instituta a
aliena, *μ*) et monachi, *qua tales*, *laici*
uriori et sanctiori vitæ operam dantes.
ore ceterorum *laicorum* offerebant in
ν) legibus eorum viuentes, *ξ*) vt olim
ost *ostiarium* collocaretur, vt *laicus* cle-
tponitur. *o*) In *concilio Chalcedonensi*
monasteria cum monachis inspectioni
rum, æque vt *clerici*, subiecta fuerunt, *π*)
tum, vt propius ad clerum accederent,
clericalia ππ) ordinibus acceptis, am-
cui ausui tamen in conciliis contradi-
Sanctioris vitæ opinio tandem effecit,
iis passim præficerentur, et vita clerica-
nonastica coniungeretur, *σ*) præsertim
INO clerum suum ad monasticum vitæ
insti-

X. *de regular. c.* 8.
. *domib.*
C. 16. *q.* 1.
nequidem vtraque
ngi posse credere-
. 16. *qu.* 1. Sed vid.
vs *de sanctitate sta-*
icl.
C. 16. *q.* 1.

ξ) *l.* 52. *de episc. et cler.*
o) *c.* 5. *D.* 93.
π) *c.* 12. C. 16. *q.* 1.
ππ) etiam abbatissæ Cister-
cienses, quod tamen prohibi-
tum, *c.* 10. X. *de pœnit.*
ρ) *c.* 8. *sqq. c.* 19. C. 16. *q.* 1.
σ) *c.* 21. *sqq. c.* 26. *eod.*

inſtitutum effigiante, quem ſub PIPINO CHRODOGANGVS, Metenſium epiſcopus, ſecutus eſt.

§. III.

ORIGINEM *monachatus* traxit a *vita* quorundam chriſtianorum *aſcetica*, etiam iudæis et gentilibus cognita, τ) vnde et *philoſophica* dicta. Summa *abſtinentia*, *ieiunia*, et *fuga nuptiarum* hanc vitam commendabant, a conſortio tamen hominum inter chriſtianos primitiuos haud alienam. Vita *ſolitaria* in *ſiluis horridis* ſeculo IV. demum ei acceſſit, vnde *monachi* et *ſolitarii* dicti, in ſolitudine ſparſim viuentes. Hos in ſiluis errantes primus collegit PACHOMIVS, et ſub regulis certis ad *vitam communem* coëgit, coniunctim in *vna domo*, in *ſolitudine* exſtructa, viuentes, ex quo *cœnobitæ* dicti ſunt. Hæc vita, ordinatior plerisque viſa, admodum propagata eſt, exſtructis in *deſertis* monaſteriis, hisque tandem etiam ad *ſuburbia* et ipſas *vrbes* per *moniales* translatis. υ)

§. IV.

VITA *ſolitaria* hoc modo a plerisque derelicta, nomen commune *monachorum* tamen retentum, quod a conſortio hominum alieni ſolitariam vitam in *clauſtro* agere deberent. φ) Regulæ, quibus viuebant, ab initio arbitrariæ erant, abbatis arbitrio relictæ. χ) Tandem S. BENEDICTI nouæ regulæ ψ) in occidente conuenientis-

τ) vid. B. BVDDEVS *de* *ἀσκήσει philoſophica.*

υ) *tom. III. h. t. §. 20. ſqq.*

φ) *c.* 8. C. 16. *q.* 1. ibi: *ſit clauſtro ſuo contentus, quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio monachus.*

χ) Has regulas collegit LVCAS HOLSTENIVS in *codice regularum* Romæ anno 1661. edito.

ψ) Has *commentario hiſtorico* illuſtrauit MARTENIVS.

iæ visæ, quibus omnes monachi subderentur
otis, iam ante BENEDICTVM receptis, vt
iac *communis pater monachorum* audiretur. ω)
ioc instituto MONACHVS erat *Christianus*, α)
dum regulas S. Benedicti, *votis nuncupatis*,
onasterio degens, *et sub obedientia abbatis vi-*
asceticam agens.

§. V.

VITA hæc *ascetica* in *perfectissimo gradu* ad
inem CHRISTI composita credita fuit, vt
lo mortui, et *seculum dereliquisse*, β) imo
rsi γ) dicerentur. Est enim *conuersio* du-
, vel *infidelium*, qui, relicto iudaismo vel
ilium cultu, fidem catholicam per baptis-
a suscipiunt, δ) et *nouum* plane *statum*, a prio-
nge diuersum, etiam in republica, susci-
t: ε) vel *fidelium*, qui, relicto mundo, vitam
asticam amplectuntur, et *religionem* ζ) præ
ris colere censentur, vt *religiosi* κατ' ἐξοχὴν
i fuerint, *regulæ* vero *monasticæ* nomine *re-*
nis venerint.

§. VI.

Paulo post initium se-
VI. hoc BENEDICTI
itum inclaruit, et ex
fama vbique applausum
it.

Hoc genus magis pla-
licet enim *clero* tandem
ipti fuerint, qua tales
i adhuc ab eo distin-
tur, et discrimen inter
clericos et *veros mona-*
adhuc inculcatur in *c.* 3.
regular. Est ergo *mo-*
nachatus peculiaris quædam
christianorum species, qui
præ ceteris vitam ad Christi
imaginem effigiatam viuere
creduntur.

β) *c.* 19. *X. de regular.*

γ) *c.* 20. *X. eod. t.* *t. de con-*
verf. coniug.

δ) *c.* 2. *X. de conuerf. infi-*
del.

ε) de hac commodior agendi
locus erit infra *tit.* *XLII.*

ζ) *c. f. X. de relig. domib.*

§. VI.

REGVLAE BENEDICTI, variis ex caussis, η) tandem neglectæ a pluribus *reformatæ* sunt, vt sub his reformatoribus *Benedictini* in plures abierint *separatas familias*. Seculo XI. *canonicorum regularium* ordo, assumtis nouiter *votis*, accessit, quo desertio vitæ communis inter hos *canonicos* euitaretur, ϑ) qui *veri* tamen *clerici* sunt, et ab AVGVSTINI instituto se nominari effecerunt, licet communem cum omnibus canonicis originem habeant. ι) Post seculi XIII. initia FRANCISCI et DOMINICI *nouæ* et prorsus *insolitæ religiones* apparuerunt, illis *mendicantium*, his *prædicatorum* titulo gaudentibus. Etiam in his noui reformatores, perfectioni ordinis vltra modum studentes, apparuerunt, et plures *peculiares familias* per *reformationes ordinum* produxerunt. His tandem accesserunt *Iesuitæ*, *Carthusiani*, aliique ordines, peculiaribus suis institutis quidem viuentes, communi tamen nomine *religiosorum* vel *monachorum* venientes, quamuis *Iesuitæ* nihil minus, quam *monachi* sint. κ) Nimia hæc *religionum* abundantia, λ) vel diuersitas ingentem confusionem, inuidiam et simultates mutuas

η) inter quas primatum tenet *abundantia bonorum*, et vltra modum excrescens *potentia*.

ϑ) de quibus iam dictum *lib. III. tit. I. §. 7. sq.*

ι) His etiam adiungendi *ordines militares*, qui ad horum instituta suo modo sese conformarunt, præsertim qui inter eos in clericatu sunt.

κ) Plures horum ordinum historiam et diuersitatem contexuerunt, vt HEYLIOTTVS, BONANNVS, SCHOENBECK, HERMANNVS &c. Nouiter in compendio singulorum instituta succincte retulit Dn. LAVTERBACH sub tit. GREGORII RIVII *Puritani demonastica historia occidentis.*

λ) a BONANNO referuntur ordines *monachorum* CXL, *monialium* vero CVIII.

tuas peperit, vnde cautum, *ne quis de cetero nouam religionem inueniret, sed quicunque ad eam conuerti voluerit, vnam de approbatis assumeret.* μ)

§. VII.

VTVT vero hæ ordinum congregationes differant in plurimis, vt peculiaria singulorum *instituta* et *regulas* referre infinitum foret, in *communibus* tamen vtplurimum conueniunt, hic tantum tradendis. In conuertendis itaque desideratur (I) *iusta ætas;* ν) olim *plena pubertas* ξ) nec sine ratione: nimius pruritus in hanc vitam et indiscreta parentum ambitio effecerunt, vt post XIV annum consummatum etiam admissi. ο) Tandem in *concilio Tridentino* π) XVI annus completus in monachis desideratus est, vt ante eum facta professio nullius momenti sit.

§. VIII.

(II) *Cælibatus* necessarius est; ad minimum vt *de præsenti* conuertendus sit coniugii expers. Vnde *vidui* et *viduæ* admittuntur: ϱ) non in coniugio degentes; nisi vterque ad religionem transierit. σ) Si alteruter religionis habitum assumsit, ignorante altero coniugum, ad cohabitationem

μ) *c. f. X. de relig. domib.*

ν) *annos discretionis* desiderant. *c.* 12. *et* 14. *X. de regular.* Ast vitæ huius austeritas longe maturius iudicium postulat. Conf. CAROL. MOLINAEVS *in annot. ad ius pontif. ad c.* 12. *X. de regular. p.* 210.

ξ) *c.* 6. *X. de regular.*

ο) *c.* 8. *et* 14. *de regul.*

π) *sess. XXV. de regular. c.* 15. In quibusdam tamen ordinibus annus XVIII. exigitur. PELLIZZAR. *in manual. regul. tr. III. c.* 1. *n.* 37.

ϱ) *c.* 4. *X. de regul.*

σ) *c.* 1. 4. 15. *X. de conuers. coniug.* Ergo sollemni instrumento vterque suo iuri renunciat. *c.* 15. *c.* 20. *X. de conu. coniug.*

nem reuerti cogitur: τ) si vxore sciente et *libere consentiente*, ττ) professionem facere intenderit maritus, non quidem recipiendus, vxore in seculo manente; υ) *de facto* tamen receptus, vxore mortua, ad seculum reuerti nequit. φ) Desponsata, etiam per verba *de præsenti*, inuito sponso, ad *professionem* admittitur, χ) quod hæc, ceu perfectius propositum, præferenda proposito imperfectiori. Ita vero sub specie fucatæ pietatis impune fidem datam fallere licet.

§. IX.

(III) Præmittenda *sedula exploratio* admittendorum ψ) ad *nouitiatum*, de eorum parentibus, patria, *statu*, vita anteacta, proposito, cœlibatu &c. Nullo impedimento adparente, inter *nouitios* (IV) sollemniter recipiuntur sub disciplina et institutione *magistri nouitiorum*, ω) sub qua per *integrum annum* ad minimum probandi, α) vt *nouitius* asperitates vitæ huius, *monasterium* vero mores illius valeat experiri. β) Receptus ante annum probatorium finitum inter professos olim recedere non poterat, γ) quod tamen correctum in *concilio Tridentino*. δ)

§. X.

τ) *c.* 12. *X. eod.* vt nec mortua vxore, quæ maritum repetiit, ad monasterium reuerti cogatur, *c.* 3. *c.* 12. *X. eod.* ab vlterioribus nuptiis tamen abstinere debeat. *cit. c.* 3.

ττ) *c.* 15. *et* 16. *X. de conu. coniug.*

υ) *c.* 13. *X. de conuers. coniug. c.* 17. *eod.*

φ) *c.* 10. *X. eod.*

χ) *c.* 7. *et* 14. *X. eod.* licet professio talis in *fraudem legis* fiat, contra *datam fidem*, in summam *sponsi* iniuriam.

ψ) de qua copiose agit PELLIZZARIVS *in manual. regular. tr. II. c.* 3. vbi SIXTI V. constitutionem explicat, quæ de hac *exploratione* agit.

ω) PELLIZZAR. *cit. l. c.* 5.

α) *c.* 8. 9. 16. 20. 21. 23. *X. de regular.*

β) *c.* 16. *X. eod.*

γ) *cit. c.* 16.

δ) *sess. XXV. de regular. c.* 15.

§. X.

Jovitii sedulo instituendi et educandi in
us monasticis, et exercendi *ε*) in ieiuniis,
s, disciplinis, aliisque eius generis *actibus*
ɪntiariis. *ζ*) Breuiter: id agere debet *ma-*
nouitiorum, vt ex formula sua viuere di-
discipuli. Quamdiu probantur, non ligan-
lis votis, sed libere a *proposito η*) recedere,
seculum reuerti queunt. *ηη*) Atque vt haec
as semper salua et illibata retineatur, cau-
ϑ) vt nulla obligatio, renunciatio vel dispo-
le bonis *irreuocabiliter* facta, etiam *cum iu-*
ɪto, valeat, nisi intra duos menses proximos
professionem, et quidem cum licentia epi-
facta fuerit; imo nec antea sortiatur effe-
quam professione secuta. Etenim ante pro-
ɪem adhuc etiam testamenti factionem ha-
nouitii, nec de bonis suis pro lubitu dispo-
ɔrohibentur, denique etiam sibi adhuc ac-
nt. *ι*)

§. XI.

ɪaec vero receptio inter nouitios aliter
ɪequit, (V) quam *spontanea voluntate*. *κ*)
na quidem *deuotio* seu *oblatio* monachum
facere

iam *vexationibus* anti-
vt experimentum *pa-*
facerent.

ɪllizzar. *cit. tr. c. V.*
ɪonachus enim *plan-*
ficium habere dicitur
. C. 16. *q.* 1. vt mona-
sit quasi *perpetua poeni-*
c. 11. *X. de renunc.*
ɪfiniti abusus in *poeni-*
ex monasteriis propul-
:, quod monachi au-
steritate earum *meritum* quae-
rerent. vid. *tom. V. tit. de poe-*
nitent.

η) cui olim magnam vim
tribuerunt pontifices. *c.* 20.
c. 23. *X. h. t.*

ηη) *c.* 20. 21. *X. c.* 12. *de re-*
gular. in 6. *c.* 9. *X. h. t.*

ϑ) in *concil. Trident. sess.*
XXV. de regular. c. 16.

ι) *c.* 14. *in f. X. de regular.*

κ) *c.* 12. 14. *X. de regular.*

facere dicitur, λ) *ritu ſollemni* olim facta; μ) hæc tamen non aliter effectum habuit, quam ſi *poſt legitimam ætatem* propoſitum parentum ratum habuiſſet filius. μμ) *Inuitus* nemo tondendus, niſi in pœnam, quam ſubeunt vel clerici ob crimen depoſiti: ν) vel adulteræ de adulterio conuictæ. ξ) In hoc tamèn a ceteris monachis differunt, quod *profeſſionem* et *vota* non emittant, ſed monaſterium illis loco *carceris perpetui* ac perpetuæ pœnitentiæ fit. ο)

§. XII.

REGVLARITER ergo nec puellæ, nec aliæ feminæ inuitæ velantur. οο) In illis deſideratur, (a) vt maiores duodecim annis ſint: (b) vt ante profeſſionem ſedulo exploret epiſcopus vel eius vicarius, vtrum coactæ an ſeductæ fuerint? π) anathemati ſubiecti laici & clerici, qui viduam, virginem, vel quamcunque aliam mulierem inuitam ad ingrediendum monaſterium coëgerint, vel auxilium, conſilium, aut fauorem ad ſuſcipiendum habitum cuiuscunque religionis dederint, quique ſcientes, eam non ſponte ingredi monaſterium, auctoritatem interpoſuerint. ϱ) Quæ per vim et metum ſe religionem ſuſcepiſſe conqueritur, ϱϱ) intra

λ) *c.* 11. 12. *X. de regular.*

μ) quem refert MARTENIVS *de antiq. monach. ritib. lib. V. c. V.* §. 5. *p.* 704. *ſqq.*

μμ) *c.* 11. 12. 14. *X. h. t.*

ν) *c.* 11. *X. de renunt. c.* 6. *X. de poen. c.* 3. *eod. in* 6.

ξ) *c.* 19. *X. de conuerſ. coniug.*

ο) *c.* 3. *de poen. in* 6. conf. *tom. V. tit.* §. 22.

οο) *c.* 12. *X. h. t.*

π) *concil. Trid. ſeſſ. XXV. de regular. c.* 17.

ϱ) *concil. Trident. cit. l. c.* 18. Hæ præcautiones neceſſariæ fuerunt ob abuſus, qui circa puellas committuntur.

ϱϱ) vt in exemplo *c. X. de his, quæ met. cauſ. fiunt, relato.*

intra *quinquennium* a die professionis hoc facere, et caussas coram ordinario legitime deducere debet. σ)

§. XIII.

PARITER etiam puellæ *capitulariter* et sollemniter, *gratis* tamen, σσ) sunt recipiendæ inter *nouitias* sub magistra nouitiarum. Vestitum et victum accipiunt a parentibus aut propinquis τ) per *annum probationis:* post aluntur sumtibus monasterii, et ita non plures recipiendæ, quam quibus alendis illud sufficit, υ) nisi *sufficientem dotem* secum ferat. φ) Ipse *annus probatorius* est *continuus*, et de momento in momentum computandus. χ)

§. XIV.

AEQVVM quoque est, (VI) vt nemo recipiatur inter nouitios *in fraudem legis*, aut in *detrimentum reipublicæ.* Hac de caussa (1) SIXTVS V. edixit, ne reciperentur ære alieno grauati, aut rationibus reddendis obnoxii. ψ) (2) MAVRITIVS imperator prohibuit, ne *in manu signati*, h. e. militantes actu, ante dimissionem reciperentur. ω) (3) Multo minus recipiendi *proprii homines*, inuitis dominis, fuga *agriculturæ* monasterium intrantes. α) (4) VALENS imperator

σ) *concil. Trid. cit. l. c.* 19.

σσ) *c.* 2. *X. de stat. mon.*

τ) *concil. Trid. cit. l. c.* 26.

υ) *c. vn.* § *sane. de statu regul. in* 6.

φ) PELLIZZAR. *de monial. lib. c.* II. *sect.* I. *n.* 7.

χ) IDEM *cit. l sect.* 2. *n.* 47.

ψ) PELLIZZAR. *de monial. c.* II. *sect.* I. *n.* 12. quod antea prohibuit quoque MAVRITIVS imperator, i.. probante GREGORIO M. *lib.* II. *epist* 62

ω) GREGORIVS M. *lib.* II. *ep.* 62. quod contra *milites desertores* recte constitutum.

α) *Nou.* 123. *c.* 35.

rator ſimiliter cenſuit, monachiſmo non poſſe euitari *conditionem curialem*, quod etiam trahendum ad *militiam*, in qua adhuc maior *vtilitatis publicæ* ratio, quam in oneribus curiarum ſubeundis deprehenditur. β)

TIT. XXXIV.

DE VOTO ET VOTI REDEMTIONE.

SYNOPSIS.

Profeſſio mediante voto fit. Votum quid? XV. Quinam voueant et quem in finem? XVI. Obligatio votorum eſt perfecta ſub diſtrictione et poteſtate epiſcopali, quinque tamen ad papalia reſeruata ſpectant. XVII. Vota religioſa quænam et quot? communia et peculiaria? XVIII. Nuncupantur in profeſſione ſollemni et expreſſa. An tacita detur? XIX. Virgines anno XXV accipiunt ab epiſcopo velamen conſecrationis, quod differt a velo probationis. XX. Profeſſionis varii effectus. XXI.

§. XV.

ANNO *probationis* finito, et nouitio in propoſito, religionis habitum ſuſcipiendi, manente, (VII) *facienda eſt profeſſio ſollemniter, nuncupatis votis receptis.* Eſt autem VOTVM *deliberata promiſſio DEO,* γ) *vel intuitu Dei, eccleſiæ, vel pio ſodalitio facta, de pio opere præ-*

β) *l.* 26. C. *de decur. l.* 63. C. *Theod. de decur.* Lata eſt hæc conſtitutio prouida contra eos, qui ſubterfugiendæ *militiæ* vel *munerum publicorum* cauſa, et ſic in *fraudem legis,* contra ſalutem publicam, in monaſteria ruebant, *otii et ſocordiæ cauſa*, vt dicitur in *l.* 12. C. *Theod. de veteran.* Ceterum quæ fata edicti MAVRITII ſub *n.* 1. *et* 2. allegati fuerint, optime et cum iudicio declarat MAIMBVRG *in vita* GREGORII M. Gallice ſcripta *lib. II. p.* 152. *ſqq.*

γ) *c.* 1. C. 17. *q.* 1.

præstando, *quod absolute antea non obligabat vouentem.* Ab antiquo vota, etiam apud gentes idololatricas, δ) vt *pars religionis*, vel *cultus diuini arbitrarii* species, habita fuerunt. Dantur enim *deuotionis* ε) genera, quæ absolute neminem obligant, sed vt *res consilii commendantur* duntaxat; post votum autem vim obligandi meritoriam capiunt.

§. XVI.

ILLI demum vouere possunt, qui pollent *iudicio discretiuo*, ζ) et vires suas sufficienter probare possunt, accedente licentia eorum, quorum interest. η) Fit votum per *seriam*, *actualem* et *deliberatam* Deo *promissionem*, vt solum *propositum* in animo non sufficiat. ϑ) Et quia votum, ex *iuris canonici* principiis, fit *ad cultum Deo exhibendum*, illa vnice vouenda, quæ *grata* Deo fore sibi imaginantur homines, ι) non turpia, illicita, κ) stulta. λ)

§. XVII.

δ) de votis Græcorum et Romanorum vid. FABRICIVM *in bibliograph. antiquar. c. XII.* §. 12. *p.* 433. RVTGERS. *lib. V. var. lect. c.* 5.

ε) vel *vera* vel *imaginariæ*. Huc pleraque ab hominibus inuenta noua *deuotionis capita* spectant.

ζ) *c.* 1. C 20. *q.* 1.

η) *c.* 1. 2. 3. C. 33. *q.* 5. *c.* 3. C. 17. *q.* 2. *c.* 2. C 20. *q.* 4. *c.* 9. *X. h. t.* Exceptio olim fuit in *voto vltramarino. c.* 9. *X h t.*

ϑ) *c.* 3. *X. h. t. c.* 1. C. 2. *q.* 17. tale enim etiam *nouitii* habent. *Propositum* scilicet præcedit: *annus probatorius* sequitur, et tandem *votum* nuncupatur. *c.* 16. *X. de conu. coniug.*

ι) *c.* 1. *X. h. t.*

κ) *c.* 5. C. 22. *q.* 4.

λ) *c.* 1. C 22. *q* 4. Quamvis, quæ *inepta* dicenda, ob superstitionem ingruescentem non semper intelligant homines. Nihil ineptius fuit olim *voto cruciatorum vltramarino*, cum præsentissima strage populorum coniuncto, quod tamen fere principale obie-

§. XVII.

OBLIGANT vota, etiam *externe* hoc iure, μ) sub pœna *excommunicationis*, siue *realia*, ν) siue *personalia* fuerint: executione eorum commissa *episcopis*, vt *pontificibus*, et *vicariis* Dei. His etiam hoc iure arbitrium circa vota datum est, vt, *vicario Dei iure*, possint ex iusta causa dilationem concedere: ea relaxare: mutare: νν) eorum denique redemtionem pro *eleemosyna* indulgere. ξ) Excipiuntur quinque vota, *pontificis* arbitrio priuatiue reseruata, vt vltramarinum: ο) religionis approbatæ: π) castitatis perpetuæ: peregrinationis ad limina Petri, et ad S. Iacobum Compostellam. ρ)

§. XVIII.

obiectum huius tituli est, v. *c.* 2. 5. 6. 7. 8. 9. 11. X. *h. t.* solius pontificis dispositioni relictum. *c.* 5. *extrau. comm. de poenit. et remiss.* Inprimis vero vitium capiunt ex *opinione operis meritorii*, qua tamen pleraque vota infecta sunt, ideo a protestantibus repudiata. Sed interfuit *rei ecclesiasticæ* et *monasticæ*, voti religionem imaginariam ampliare, atque latissimum ambitum ei præscribere.

μ) *c.* 6. X. *h. t.* ibi: *licet vniversis liberum sit arbitrium in vouendo, vsque adeo tamen solutio necessaria est post votum, vt sine proprio salutis dispendio alicui non liceat resilire.*

ν) hæc etiam, quia *causam bonorum* habebant, de iure ciuili obligabant efficaciter. *l.* 2. *pr. de pollicit. c.* 18. *de cens.*

νν) mutationis fundamenta traduntur in *c.* 7. X. *h. t.*

ξ) *c.* 1. 2. 8. 9. X. *h. t.*

ο) *c.* 9. X. *h. t.* Seu votum *peregrinationis Hierosolymitanæ* vel *ad inuisendum sepulchrum* saluatoris: vel *expeditionis bellicæ* causa.

π) *abdicatio proprietatis et custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere*, vt dicitur in *c.* 6. *in f. de statu monach.* Potest autem laxare votum, vt ad seculum reuertatur monachus, et vxorem ducat. vid. *tom. I. P. I. consult. et decis. arg.* 43. *n.* 139. *sqq.*

ρ) *c.* 5. *extrau. comm. de poen.*

§. XVIII.

INTER vota eminet *religiosum*, quod fit *re-gionis approbatæ professione*, cuius *tria capita* *bstantialia* status monastici in genere sunt: *pau-rtatis*, ςς) *castitatis* et *obedientiæ*. Vltra hæc idam ordines peculiaria vota nuncupant; nam suitæ pollicentur specialem obedientiam ponti-i circa *missiones ad infideles*: σ) item, se non rmissuros paupertatis relaxationem, nec am-turos dignitates intra religionem, nec accepta-tos dignitatem extra societatem; sed denuncia-tos ambientes etc. τ) Fratres *minores* specia-m obedientiam erga papam: υ) *fratres B. Ma-æ de Mercede* redemtionem captiuorum: φ) alii a vouent. χ)

§. XIX.

HAEC vota nuncupantur in PROFESSIONE ELIGIOSA, χχ) quæ est *certæ religionis mona-cæ sollemnis promissio, qua quis votis nuncupatis e adstringit ad regulæ certæ monachalis appro-batæ*

n. et remiss. quæ vota etiam ipiuntur in *cit. text*, a ge-alissimis indulgentiis per ntificem datis, nisi *specialis ntia* illis adiecta. conf. *c.* 4. *de consecr. eccl.*

ςς) vid. *c.* 3. X. *de statu mo-ch.*

σ) PELLIZZAR. *in manual. ul. tr.* IV. *c.* 3. *sect.* 5. *subs.* 1. 71. *sqq.*

τ) PELLIZZAR. *cit. l. sub-.* 2. *sqq.*

υ) PELLIZZAR. *cit. l. sect.* 1. *subs.* 1.

φ) IDEM *cit. l. sect.* 2.

χ) Huc etiam pertinet Benedictinorum votum *perseuerantiæ* secundum formulam consuetam: *ego frater N. promitto stabilitatem meam et conuersionem morum* etc. vid. MARTENIVS *de antiq. eccles. ritib. lib.* II. *c.* 2. *p.* 59. 62. 81.

χχ) *c.* 13. 22. X. *de regular.*

batæ obſeruationem, prælato promiſſum nomine monaſterii acceptante. Sollemnis *promiſſio* expreſſam declarationem, et varia ſollemnia deſiderat. Olim etiam *tacita profeſſio* ſufficiebat, ipſo declarata facto; ψ) non item ſecundum *concilium Tridentinum;* ω) niſi anno nouitiatus et ætatis XVI finito, nouitius induat *habitum profeſſorum*, ab habitu *nouitiorum* diſtinctum.

§. XX.

SPECIATIM *virgines* (non *viduæ*) accipiunt *velum conſecrationis* α) poſt completum XXV annum, ſtato tempore β) ab *epiſcopo*, γ) ad præſentationem archipresbyteri, adhibita formula ſollemni. δ) Epiſcopus ſtatas præmittit preces, et *benedictione ſollemni* veſtes, annulos, ac vela conſecrat. Poſtea veſtibus benedictis induuntur virgines, et tandem, poſt hymnos ſollemnes accipiunt *velum* ab epiſcopo verbis ſollemnibus, ε) et *coronam virginalem.* ζ)

§. XXI.

ψ) c. 4. 9. 13. 17. 22. X. h. t.

ω) *ſeſſ. XXV. de regular.* c. 15. *et* 16.

α) c. 9. C. 20. q. 1. Ab hoc differt *velum profeſſionis nigrum*, quod in ipſa profeſſione, etiam *viduæ* accipiunt. c. 4. X. *de regular.* vnde *velum viduitatis* vocatur in c. 14. X, *de conu. fidelium.*

β) *pontific. Rom. p.* 186.

γ) non *presbytero* c. 1. C. 26. q. 8. MARTEN. *de antiq. eccl. rit. lib. II. c.* 6. §. 6. *p.* 111.

δ) huius tenoris: *reuerendiſſime pater, poſtulat S. mater eccleſia catholica, vt has præſentes virgines dignemini benedicere et conſecrare, ac domino noſtro IEſu Chriſto, ſummi Dei filio, deſponſare.*

ε) relatis *in pontif. Rom. p.* 210. *ſq.*

ζ) verbis ſollemnibus, *ibid. p.* 215. relatis. Sed rarior huius pompæ hodie vſus eſt.

[redacted]

§. XXI.

PROFESSIO facta operatur, (1) vt mona-clericorum numero adscribantur, et sub foro esiastico sint: (2) gaudeant *priuilegio cano-* : η) (3) proprietate omni priuentur et testa-iti factione: ϑ) (4) quicquid acquirunt, ac-'ant monasterio: ϑϑ) (5) monasterium dese-: nequeant, a nutu superiorum dependentes, ι) ɔque (6) si aufugerint requirendi, reducendi ɔenitentiis subdendi sint: κ) (7) secularibus otiis abstinere debeant. *c. 6. et 7. X. ne cler. non. secul.*

TIT. XXXV.

: STATV MONACHORVM ET REGVLARIVM.

SYNOPSIS.

'onachi in corpore consi-derati constituunt con-'tiones particulares et ge-'es. I. Particularibus 't abbas vel alius superior Priore. II. Officium prae-'atione singulorum et to-:ongregationis. III. Sede nte conuentus dirigit ne-monasterii exclusis fra-tribus laicis et oblatis. IV. Abbates sunt vel mediati vel immediati tum ratione hierar-chiae, tum ratione imperii. V. Congregationi totius ordinis praeest generalis, singulis pro-vinciis vero prouincialis. Inde capitula vel generalia vel prouincialia. VI.

§. I.

Imo ea iam gaudet noui- sed non *in perpetuum,* 'acta professione. *c. 21. de 'nt. excomm.*

) excommunicationem in-:ntes, qui peculium clam habuerint. *c. 5. X. de regular. c. 2. X. de stat. monach.*

ϑϑ) *c. 14. X. de regular. in f.*

ι) *c. 5. X. de regul. c. 8.* C. 16. *q. 1.*

κ) *c. f. X. de regul.*

§. I.

HACTENVS de *monachis* figillatim: nunc de *congregationibus monafticis* earumque *ftatu* dicendum. Hæ funt vel *particulares* feu *locales*, monachos in vno eodemque monafterio vnientes: vel *generales*, ordinum fingulorum fyftemata modosque regiminis *in genere* concernentes. λ)

§. II.

PARTICVLARIBVS fingulorum monafteriorum congregationibus præeft vel *abbas*, vel alius *fuperior*, (quem ordinum inftitura defignant,) legitime a capitulo λλ) eligendus, μ) iuxta formam fupra expofitam, et *confirmandus* vel ab *epifcopo* aut *domino territorii* in terris proteftantium: vel a *pontifice*, cui immediate fubeft. ν) Poft abbatem *Prior* præfecturam gerit, ξ) cum præpofitis *decanisque*, cohortibus fingulis, in quas monachi diftributi, præpofitis, aliisque officialibus, ξξ) qui fecundum ordinum ftatuta variant.

§. III.

OFFICIVM *fuperioris* feu *prælati* eft, *vigilem curam et diligentem follicitudinem de fingulis gerere*, ο) vt fecundum regulas finguli in *refectorio*, *dormitorio* οο) et alibi agant: horis ftatis choro interfint: abftineant a peculio: nemo ex mona-

λ) finguli ordines feparatam *rempublicam* conftituunt fub proprio magiftratu.

λλ) *c.* 2. *X. h. t.*

μ) *c.* 8. *X. de confuet.* modo electus *profeffionem* fecerit; alioquin electio nulla eft. *c.* 27. *c.* 49. *X. de elect.*

ν) *cit. c.* 8. *in f.*

) *c.* 6. *X. h. t.*

ξξ) *c.* 22. *X. de refcript.*

ο) *c.* 6. *X. h. t. in f.*

οο) *c.* 6. *X. h. t.*

monachis præficiatur parœcialibus ecclesiis, π) nec singuli inter *seculares homines* versentur soli: ππ) quanto frequentius poterit, cum fratribus abbas sit in *conuentu:* ϱ) huius consensu vel consilio vtatur in rebus *arduis* et *maioris momenti*, prout supra de *episcopo* dictum. Denique curam *obedientiarum* habeat, quibus Priores præficit, σ) vnde et *prioratus* dicuntur. σσ)

§. IV.

SEDE vacante administratio in temporalibus et spiritualibus interim redit ad *conuentum*. Hic tamen nouos monachos creare nequit, nisi eorum creatio simul ad *superiorem* et *conuentum coniunctim* spectet. τ) Intersunt vero conuentui tantum *fratres clerici*, seu *choristæ* vel *ad chorum professi:* non *fratres laici*, ad *opera manualia* peragenda, inter monachos recepti, a choro et capitulo exclusi; multo minus *oblati* vel *donati*, qui se et sua omnia monasterio obtulerunt. υ)

§. V.

π) canonicorum regularium diuersa est ratio, qui regulæ inseruiunt laxiori. *c.* 5. *X. h. t.*

ππ) *c.* 2. *X. h. t.* nequidem in *obedientiis* aut *prioratibus. c.* 3. *et* 4. *X. de appell. monach.*

ϱ) *c.* 6. *X. h. t.* In capitulum enim quotidie conueniunt monachi, de cuius fine agit MARTENIVS *de antiq. monach. ritib. l.* I. *c.* 5.

σ) de his dictum *tom.* III. *h. t.* §. 59. *sq.*

σσ) *c.* 3. *et* 4. *X. de capell. monach. c.* 2. *de statu monach.*

τ) *c. f. de regular. in* 6. æque vt capitulum, sede vacante, conferre nequit beneficia, ad collationem episcopi spectantia.

υ) *c.* 8. *de prob. c.* 10. *in f. X. de sepult. c.* 9. *de priuil. in* 6. neque enim votum *paupertatis* aut *castitatis* nuncupant.

§. V.

SVBSVNT monaſteria cum abbatibus *diœceſano*, niſi probentur *exemta*. Vnde abbates ſimilesque ſuperiores ſunt aut *mediati* aut *immediati*, vel ratione *ſpecialis priuilegii*, vel ratione *ſui ordinis*, generatim exemti. φ) Illi regulariter *peculiarem diœceſin* habent; χ) non æque hi, ſed in *diœceſi epiſcopi* degunt, eiusque inſpectioni *ſecundum quid* rurſus ſubditi ſunt, *perpetuæ delegationis papalis* iure. ψ) Pariter etiam reſpectu imperii quidam ſunt *immediati*, quidam *mediati*. ILLI *ſtatus imperii* ſunt; inter quos quidam *principali dignitate* cum *territorio* ω) gaudent; quidam *ſimplices prælati* ſunt. ωω) HI vero *bona mediata* in imperio poſſident, reſpectu quorum ſunt *landſaſſii* et *ſtatus prouinciales*, licet intuitu *hierarchiæ exemti*, ſeu *immediati* fuerint. α)

§. VI.

SED præterea ſinguli ordines *corpus* quoddam *vniuerſale* ſeu *rempubicam*, ex particularibus congregationibus compoſitam, conſtituunt proprio regimine conſtantem. Etenim ſyſtemati ordinis cuiuscunque præeſt *ordinis caput*, ſeu

φ) De his vide TAMBVRIN. *de iure abb. tom.* I. *diſp.* 15. *c.* 4.

χ) ſuntque vt plurimum *mitrati. c.* 6. *de priuil. in* 6.

ψ) ESPEN. *de iure eccl.* *P.* III. *tit.* 12. *c.* 6.

ω) PAVLLINI *de aduocat. monaſter.*

ωω) Horum diſcrimen adductum *tom.* III. *h. t.* §. 40. *ſq.* in comitiis imperii inprimis obſeruandum.

α) *tom.* III. *h. t.* §. 39.

eneralis abbas; qui vel *monarchice*, β) vel
ia forma ordinem gubernat. γ) Ordines
rias prouincias sunt diuisi, singulisque sub
riali præficitur *prouincialis*, qui suæ prouin-
caput speciale est. Prouinciales constituunt
ulum generale, quod conuocat *Generalis*, γγ)
io mortuo, *vicarius generalis*, in quo de
s totius ordinis agitur, δ) non aliter, quam
issima ex causa congregando. ε) *Prouincia-*
onuocat *capitulum prouinciale* ex abbatibus
ibus prouinciæ suæ coactum, tempore in
tis ordinis præscripto. Vt plurimum de
nio in *triennium*. ζ) In hoc etiam eligun-
visitatores, qui, capitulo finito, localia mo-
ria visitant et reformant. η) Vtrumque ca-
um etiam in ipsum præsidem aliosque officia-
eis adiunctos, potestatem exercet.

TIT.

Hæc forma præfertur
LIZZARIO *in manuali*
r. tr. VIII. c. 1 *n.* 4.
Varia enim sub forma
spublicas monasticas gu-
ri, docet IDEM *cit. l. n.* 3.
) vid. *c.* 34. X. *de decim.*
c. 7. 8. X. *h. t.* PELLIZ-
cit. l. c. 8. *sect.* 2. *n.* 92. *sqq.*
Ob impensas magnas,
quibus generalia capitula
celebrari nequeunt, quas ta-
men in commune ferre ne-
cesse habent. *c.* 7. X. *h. t.* Ie-
suitarum *capitulum generale*
singulis nouenniis tantum ce-
lebratur ex *constitut.* INNO-
CENT. X. relata a PELLIZ-
ZARIO *cit. l. c.* 8. *sect.* 2. *n.* 57.
ζ) *c.* 7. X. *h. t.* PELLIZZAR.
cit. l. n. 94.
η) *c.* 7. 8. X. *h. t.*

TIT. XXXVI.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT EPISCOPO SINT SVBIECTAE.

TIT. XXXVII.

DE CAPELLIS MONACHORVM ET ALIORVM RELIGIOSORVM.

SYNOPSIS.

Monasterium quid? I. auctoritate episcopali erigendum, ex qua religiosam qualitatem accipit. II. Ascetria priuata exstruere haud est prohibitum. Episcoporum tamen potestas exstruendi noua monasteria, aut vetera mutandi in pace Osnabrugensi restricta. In terris protestantium enim territoriali iuri subsunt monasteria. III. Capellae monachorum sacris priuatis inseruiunt. IV. Dicuntur hodie ecclesiae conuentuales, ab actibus parochialibus alienae. Monasterium parochiae haud subiectum. V. Capellae potentiorum fixae et portatiles. VI. Quinam his gaudeant, et in quem vsum? VII. Domuum aliarum religiosarum seu hospitalium ratio. Exstruuntur vel auctoritate episcopi vel magistratus secularis. VIII. Quid in pace Osnabrugensi circa eas constitutum? IX. Inspiciendae sedulo, vt finis, in quem exstructae, obtineatur, et bona fideliter administrentur. Hospitalium ordinum militarium specialis ratio. X.

§. I.

MONACHOS vitam communem agere in *monasteriis*, et *claustris* suis contentos esse debere, 9) dictum est. Est autem MONA-

9) *c.* 8. C. 16. *q.* 1. Inde *inclusi* vel *reclusi* dicti. Difficilior longe est aditus ad monasterium puellarum. *c.* 8. *de vit. et hon. cler.*

MONASTERIVM nihil aliud, *quam commune monachorum diuersorium, auctoritate episcopi exstructum; vt in eo inclusi secundum regulas praescriptas viuant in vita communi sub votis.*

§. II.

MONASTERIVM erigendum *auctoritate episcopi*, ι) qua etiam locus designatur. κ) Vnde (a) quoduis monasterium in dioecesi situm, sub *iurisdictione* et *lege dioecesana* episcopi est, nisi probetur exemtio vel *totalis*, vel *particularis*, λ) etiam *praescriptione* impetrata: μ) (b) ex hac *auctoritate episcopali* fit *domus religiosa*, ν) mundanis vsibus haud deputanda amplius: (c) iuribus *ecclesiarum* fruitur: ξ) (d) etiam *sepulturis* inseruit: ο) (e) facilius decimas possidere, quam laicus, easque contra parochialem ecclesiam praescribere valet: π) (f) rerum ecclesiasticarum alienatio facilius in *monasterium*, quam *laicum* permittitur: (g) testamentum in eius fauorem valet simpliciter.

§. III.

MONASTERIA ergo, (I) qua talia, *priuato ausu* erigi nequeunt; licet non interdictum sit, in

ι) *Nou.* 5. *c.* 1.

κ) *c.* 4. X. *de relig. domib.*

λ) *c.* 6. 7. 8. *de relig. domib.* Particularis tantum *libertatem in ordinationibus clericorum et altarium consecrationibus* respicere potest. conf. *c.* 2. X. *de capell. monach.*

μ) *c.* 8. X. *de relig. dom.* ibi: *si vobis constiterit de exemtione vel legitima praescriptione.*

ν) *c.* 4. *c. f.* X. *de relig. dom.*

ξ) *l.* 23. C. *de SS. eccl.*

ο) vid. *tit. de sepultur.* §. 10. *p.* 460.

π) *c.* 1. *de praescript. in* 6.

in priuata sodalitia et fraternitates *deuotionis*, vel *ἀσκήσεως causa* in domo priuata coire, quae *ascetria priuata* dixeris, quamuis *iuribus ecclesiasticis* non fruantur. Sed (II) nec catholicis hodie integrum est, in locis, in quibus vel vtraque vel protestantium tantum religio viget, dominus territorii autem sacris ecclesiae Romano-catholicae addictus est, noua exstruere monasteria, ς) aut (III) *in antiquis monasteriis* nouos ordines, eiecto antiquo, qui anno 1624. ibi viguit, introducere, σ) quia *nudus status anni decretorii* in his causis obseruandus est. Denique (IV) monasteria catholicorum in territoriis protestantium non obstante *voto obedientiae* subsunt *superioritati territoriali sacrae*, suspensa iurisdictione *magistratuum catholicorum* et sic etiam *prouincialium*, τ) saluo tamen eodem monasteriorum statu, qui anno 1624. obtinuit.

§. IV.

QVIA monachis incumbit, laudibus et orationibus *diurnis* et *nocturnis* statis horis quotidie vacare in communi, υ) *oratoria propria* et *capellas* acceperunt, φ) pedetentim in amplissimas

ς) *art. V.* §. 29. §. 31. *pac. Osnabrug.*

σ) *art. V. I P.* §. 26.

τ) *art. V. I. P* §. 48. non obstante *voto obedientiae*, ceu plenius monstraui *in consult. et decis. tom. I. P. I. arg. XV. in append. p.* 175.

υ) MARTENIVS *de antiq. monach. ritib. lib. I. c.* 2. 3. 8. 10.

φ) *capellae* dicebantur *conditoria*, in quibus asseruabantur reliquiae sanctorum. Horum causa a potentioribus saepe *oratoria* exstruebantur priuata, quibus haec conditoria includerentur, quae nomen *capellarum* acceperunt, vt plenius explicui *tom. III. tit. de capell. monach.* §. 2. *seqq.*

mas mutata ecclesias. In his *propria sacra* exercent monachi et moniales, propriis etiam instructi *sacerdotibus* et *confessionariis*.

§. V.

DICVNTVR hae ecclesiae *conuentuales*, quae (1) *certo populo* carent, nisi circa *ecclesiam parochialem* monasterium fuerit conditum, quo casu populus per monachos haud regendus, sed *capellanus*, adhibito monachorum consilio, ab episcopo, ad eum regendum constituendus. χ) Extra hunc casum (2) actus parochiales in his ecclesiis nequeunt exercere monachi, ψ) nec retrahere laicos ab ecclesiarum suarum frequentia, aut testatores a legatis *ecclesiis matricibus* faciendis. ω) Confessiones tamen (3) quorumcunque ex *priuilegio ordinis* quidam, praeuia speciali episcopali concessione, audire non prohibentur. Inde quoque (4) monasterium nullum *titulo*, h. e. *ecclesiae parochiali* est subiectum, α) licet intra limites paroeciae alicuius situm fuerit, vt parochus actus parochiales nullos in illud exercere valeat.

§. VI.

PRAETER *capellas monasteriorum* etiam potentiores capellas, *auctoritate episcopi*, in *vsus domesticos* et *sacra priuata* exstruxerunt, easque altaribus instruxerunt, quibus reliquiae SS. auide ab illis olim quaesitae, et in itineribus atque expedi-

χ) *c.* 1. *X. de capell. mon.*
ψ) *clem.* 1. *de priuil.*
ω) Tales abusus frequentius tempore CLEMENTIS V. fuisse, docet *cit. clem.* 1. Vid. ERASMI *colloq. sub rubr. funus.*
α) *c.* 2. *X. de capell. monach.*

peditionibus ſecum ductæ, includi poſſent, vbi reduces facti fuiſſent. Inde frequentari cœpit mos *fixas exſtruendi* CAPELLAS, quæ nihil aliud ſunt, quam *ædiculæ ſacræ, auctoritate epiſcopi fundatæ ac adbibitis reliquiis conſecratæ, quibus proprius ſacerdos, capellanus dictus, miſſæ celebrandæ ſacrorumque domeſticorum et priuatorum cauſa præficitur.* Quatenus vero *conditorium reliquiarum* hoc nomine venit, *capellæ* etiam *portatiles* dantur.

§. VII.

FIXAS capellas potentiores in ſuis prædiis habuerunt *ſacrorum extraordinariorum cauſa*, inprimis reges et principes in aulis ſuis. β) Sed etiam in itineribus et expeditionibus *portatiles capellas* ſeu *conditoria reliquiarum* SS. ſecum duxerunt, vt vbique rem diuinam facere poſſent. Idem etiam *legatis principum* in more poſitum eſt, propriis *capellanis* inſtructis, priuatorum ſacrorum cauſa, quæ *iuregentium* in ædibus ſuis exercere poſſunt. γ)

§. VIII.

MONASTERIIS proxime accedunt aliæ *domus religioſæ*, pietatis cauſa exſtructæ in vſus *pauperum, infirmorum, orphanorum*, aliarumque *miſerabilium perſonarum*, ac generatim *hoſpitales* dicuntur. Conduntur vel *auctoritate epiſcopali*, quo caſu primario *religioſæ* dicuntur, et priuilegiis *bonorum eccleſiaſticorum* gaudent, δ) atque epi-

β) vnde *aulicorum templorum* origo pedetentim ſacris publicis aptatorum.

γ) vt plenius euictum *tom. III. tit. de capell. monach.* §. 46. *ſqq.*

δ) *c.* 4. X. *de relig. dom.*

episcopali inspectioni subiectae: ε) vel *auctoritati seculari magistratus*, cuius directioni et inspectioni subsunt, ζ) a fine tamen, qui *pius* est, generali sensu *religiosae* dici possunt, η) bonisque ecclesiasticis generatim in pace Osnabrugensi annumeratae sunt. ϑ)

§. IX.

QVA de causa (1) siue catholici, siue A. C. addicti fuerint, pari pietate censendi, nec ab hospitalibus, leprosoriisque arcendi. ι) (2) In quibuscunque hospitalibus mediatis catholici et A. C. addicti promiscue vixerunt, etiam posthac promiscue viuere debent, numero prorsus eodem, qui die 1 Ian. 1624. ibidem repertus fuerit. κ) (3) Si A. C. addicti in has, a catholicis dicto anno possessas, iura *praesentandi*, *visitandi*, *inspectionis*, *confirmandi*, *corrigendi*, *protectionis* cum similibus exercuerunt, eadem quoque in posterum exercere debent. λ)

§. X.

INSPECTIO, *visitatio* et *correctio*, quae in *pace Osnabrug.* memorata est, in eo consistit, (a) vt

ε) *l.* 46. §. 3. C. *de episc. et cler.* BARBOSA *l. citand. n.* 14.

ζ) BRVNNEM. *lib.* I. *iur eccl. c.* 6. *m.* 12. § 14. conf. *clem.* 2. *de relig. dom.*

η) vt euici *tom* I. P. I. *consult. et decis. arg.* XXXV. *n.* 40. *sqq.*

ϑ) *art.* V. §. 25. ibi: *hospitalia aliaue bona ecclesiastica mediata.* conf BARBOSA *lib* II. *de iure eccles. c.* XI. *n.* 14. 20.

ι) *I. P. art. V* §. 25.

κ) *I. P. art. V.* § 26.

λ) *cit art. V.* §. 26. *vers. quodsi quoque.*

vt hoſpitales domus *ad easdem vtilitates, quibus conſtitutæ ſunt, ordinentur*, μ) ſublatis abuſibus, qui fini, in quem fundatæ ſunt, repugnant. (b) Vt viris prouidis idoneisque gubernatio earum committatur, qui inſtar tutorum et curatorum iuramentum præſtent, de locorum bonis inuentaria conficiant, et, quibus ſubſunt, quotannis rationes reddant. ν) Ceterum *hoſpitalia ordinum militarium* ſubſunt *ordinis* officialibus, quibus præfectus eſt *hoſpitalarius magnus* der Groß-Spitlar, id agere obſtrictus, vt ſecundum ſuorum ordinum inſtituta et antiquas obſeruantias hoſpitalitatem exerceant officiales, ξ) ſub ſuprema ordinis magiſtri inſpectione.

TIT. XXXVIII.

DE IVRE PATRONATVS.

SYNOPSIS.

Ex capellarum et monaſteriorum exſtructione natum ius patronatus. I. Quid ſit? Duo deſiderantur: collatio patroni et auctoritas epiſcopi. II. Eſt vel ſeculare vel eccleſiaſticum III. Patronus deſignat ſubiectum præſentandum, aliquando interueniente electione. IV. Deſignatus præſentandus epiſcopo. Quandoque conſenſus tertii concurrit, ob votum negatiuum. V. Qui tamen ius præſentandi et verum ius patronatus non habet. VI. Præſentationi ineſt

μ) vt dicitur in *c.* 3. *X. de relig. dom.*

ν) *clem.* 2. *de dom. relig.* h. e. vel *epiſcopo* vel *magiſtratui ſeculari.* Ordin polit. *de a.* 1548. *tit.* von Pupillen, item *de a.* 1577. *tit.* 32.

ξ) *cit. clem.* 2. *in f.*

o, quoad patronum *nem, vt præsentatus ab episco-*
um iniubte: non *po probetur et ordinetur.* X.
id patronum laicum, *Transit ius patronatus in be-*
variare potest. VII. *redes, et quatenus reale est, in*
men etiam huic ius *omnes feudi possessores.* XI.
ncedentium per inin- *Cura bonorum et onus refici-*
mtum, et episcopo *endi patrono incumbit.* XII.
VIII. *Facienda* *Debentur ei varia iura hono-*
io intra legitimum *rifica.* XIII. *De modis amit-*
X. *Fit in hunc fi-* *tendi.* XIV.

§. I.

capellarum priuatorumque oratoriorum at-
ue *monasteriorum* exstructione, de qua
ræcedentibus actum titulis, nouum ius,
patronatus dictum, natales duxit, quod,
nasteria fundaret, ius quoddam in *electi-*
ntis aliaque iura præcipua sibi acquireret,
liplomata loquuntur, et *capellæ* atque *ora-*
riuata ipsi patrimonio domini, qui ea in
t familiæ suæ vsum exstruxerat, per plu-
ıla adscripta fuerint. π) Qui *ecclesias*
r seu ad *vsus communes* fundabant, æ-
idem ius, quod patronis indultum, ad-
missi,

., C. 18. *qu.* 2. vbi *pa-* nus in *capellas* et *oratoria pri-*
ocatur *possessionis do-* *vata*, quæ ea de caussa dice-
uod *dominium* quod- bantur *ecclesiæ laicorum*: cle-
ctum fundatori mo- rici vero, quæ illis præficie-
o competeret. Idem bantur, *laicorum clerici*, vt
. 23. C 16. *q.* 7. *cit. l.* §. 25. ostendi, quod es-
tronus olim idem, sent *domestici* clerici, et *de*
inus, ceu docui *tom.* *mensa* ipsius domini. Vnde
. *sq. h. t.* quod in- olim etiam in diuisionem bo-
ım de iure *proprie-* norum simul venerunt, *c.* 1. 2.
od exercebat patro- X. *h. t.*

missi, ϱ) nisi quod ab imperatoribus regibusque, quibus non æque resistere poterant episcopi, simile ius per *inuestituram* exercitum. Equidem pedetentim oratoria, in agris nobilium exstructa, in *ecclesias parochiales* mutata, et sic ad *publicos vsus* applicata sunt; ius pristinum tamen, quod *patronis* competiit, iis haud interuersum, licet variis modis imminutum fuerit. σ)

§. II.

EST vero IVS PATRONATVS σσ) *facultas moralis, vi cuius patronus seu dominus designat presbyterum, eumque ad examen et ordinationem præsentat episcopo, et approbatum atque ordinatum ecclesiæ suæ iure perpetuo præficit, ac de dote inuestit.* Duo ergo in *iure patronatus* occurrunt: (1) *collatio ecclesiæ*, quam ab antiquo exercuit patronus: τ) (2) *auctoritas* accedens epi-

ϱ) *c.* 1. 6. C. 10. *q.* 1. *c.* 16. C. 10. *q.* 7.

σ) Has ecclesias æque ac alias ad *beneficia* proprie dicta referunt, sed ea *non libera* dicunt, quod episcopus quidem in his etiam *collationem* facere debeat, sed non libere, verum ad *præsentationem patroni.* Nihil enim dare patronum constituunt canonistæ, ex iuris nouioris principiis, sed episcopum beneficia hæc conferre; patrono autem tantum designationem subiecti reseruatam, cui episcopus donet beneficium. Hoc modo iure recentiori eneruarunt ius patronatus pontifices, quod potius ex antiquis et verioribus principiis ipsam *collationem* quoque continet. Hæc mutatio induci cœpit, postquam oratoria nobilium *qualitatem parochialem* acceperunt, et *vera beneficia* facta sunt.

σσ) quod etiam *laicalis recognitio* vocatur in *c.* 21. X. *b. t.*

τ) Vtrumque *concilium Rom. de a.* 826., quod adfertur

opi, quæ in *approbatione* et *ordinatione* ſub-præſentati conſiſtit. *v*)

§. III.

IVS *patronatus* duplex eſt, vel *ſeculare*, vel *ſiaſticum*. Illud ſecularibus in eccleſiis a ſe*tis*, vel nouiter in propriis fundis *conſtructis*, olim deſertis, ſed iam *reædificatis* φ) compe-hoc clericis *ratione beneficii*, quo gaudent, petit, atque potiſſimum ex *vnionibus paro-rum*, aliis beneficiis vel monaſteriis iuncta-rum,

ı *c*. 33. C. 16. *q*. 7. con-t: *monaſterium vel ora-m canonice* (cum conſen-iſcopi) *conſtructum*, *a* INIO *conſtructoris*, *eo ꝛ*, *non auferatur*, (en no-roprietatis) *liceatque illi itero*, *cui voluerit*, *pro officio illius diœceſis*, CONSENSV EPISCOPI, *alus exiſtat*, (ſed ab eo itus ſit) *commendare*. *nendare* eo tempore idem c *inueſtire*, *concedere*.

Antequam præſentatio iſcopum approbetur, *ra-non eſt*, *quod a patrono t incboatum*, vt dicitur ;. X. *h*. *t*. Nimirum id uendum erat, (a) ne ie-ſacerdotes eccleſiis præ-ntur a patronis: (b) ne *inſpectioni epiſcoporum* icerent, quod nonnulli patroni tentabant. *c*. 4. *h*. *t*. vid. *c*. 18. *concil*. *Triciuenſ*. *de a*. 850. Adhuc CAROLVS IV. hac *præſenta-tionis* formula, quam recitat Dn. IO. WILHELM. HOFF-MANN. *in collect*. *Docum*. *in-editor*. *tom*. *II*. *n*. 8. *p*. 7. vſus: KAROLVS -- *venerabi-li epiſcopo* -- *gratiam*. *Ad præpoſituram eccleſiæ* N. *in* N. COLLATIONIS NOSTRAE *per mortem olim vacantem il-luſtrem et honorabilem talem ducem* -- *cui eandem præpoſi-turam cum omnibus ſuis per-tinentiis* CONTVLIMVS, *tuæ deuotioni in* DEI *nomine præ-ſentamus etc*.

φ) Deſertas eccleſias vel deſtructas, qui cum conſenſu epiſcopi reædificat, æque ius patronatus acquirit, ac qui no-viter eas exſtruit, prior autem illud amittit. FINCKELTH. *de iur*. *patron*. *c*. *IV*. *n*. 79. *ſqq*. et *c*. *VII*. *n*. 1.

rum, vel ex *commendis perpetuis*, vel inde originem trahit, quod ex reditibus maioris ecclesiæ minor exſtructa. φφ) Denique ſi *ſeculare ius patronatus* in monaſterium transfertur, χ) in poſterum eſt *eccleſiaſticum* cenſendum. Diſcrimina inter vtrumque inſignia, ſed periculoſa ſunt. ψ)

§. IV.

EX definitione §. II. data fluit, (1) ſubiectum, eccleſiæ vacanti præficiendum, ψψ) *deſignandum* et *nominandum* eſſe a patrono, ſi vel maxime diuerſæ religionis fuerit, niſi ex *pacto*, ω) vel *conſuetudine* ius nominandi aliquot perſonas cœtui ipſi competat. Deſignatio perſonæ, ſi ius patronatus *collegio* vel eccleſiæ ωω) competit, fit per *electionem maioris partis*, reſpectu *collegii* habito: ſi pluribus vt *ſingulis*, *ſimpliciter* per maiora, α) vt tamen, qui *in ſtirpes* ſuccedunt, vel vnius compatroni heredes ſunt, votum vnum curiatum exerceant. β)

§. V.

ALTERA concluſio eſt, *deſignatum a patrono præſentandum eſſe epiſcopo* ad examen et ordinationem, in quo *eſſentiam iuris patronatus* conſtituunt. *Præſentare* eſt, *præſentem ſiſtere* per

φφ) *c.* 3. *X. de eccleſ. ædif.*

χ) quod etiam inconſulto epiſcopo fieri poteſt, *c.* 8. *X. h. t. c. vn. h. t. in* 6. quia cauſa eius redditur melior.

ψ) vid. *infra* §. *VII. IX. XI.*

ψψ) *c.* 30. *X. h. t. c.* 28. *X. de elect.*

ω) etiam *publico*, cuius exemplum eſt in *art. VII. I. P.* §. 1.

ωω) *c.* 24. *X. de elect.*

α) *c.* 3. X. *h. t.* ibi: *qui maioribus iuuatur meritis et plurimorum eligitur et approbatur adſenſu.*

β) *clem.* 2. *h. t.*

per literas aut per se, γ) quod patrono solitarie competit, licet quandoque aliorum *consensus* δ) concurrere debeat. Hic desideratur (1) in *præsentatione*, ab abbate facienda, quæ consensum maioris partis *conuentus* desiderat: ε) (2) in præsentatione *custodis* vel *diaconi*, in qua pastoris primarii *consensus* adesse debet: (3) in *præsentatione parochi*, a qua non excludendus consensus superintendentis et parochianorum. Hunc in finem ab illo his sistitur designatus a patrono candidatus, ad concionem δοκιμαστικὴν, et voluntas eorum exquiritur. Operatur concurrens consensus, vt patronus indicare debeat designatum ei, cuius *consensus* desideratur, vt possit rationes, quare non admittendus sit candidatus, ad *episcopum* vel *consistorium* referre.

§. VI.

QVIA *præsentatio* essentiam iuris patronatus constituit: sequitur, vt, ea cessante, *verum* et *solidum ius patronatus* desit, licet fundator *ius consentiendi* habeat, quod illud haud constituit. Qui ecclesiam *parochialem* fieri patitur *collegiatam*, in qua prælatus *electione* designandus, verum ius patronatus amittit, et tantum *ius electioni iam factæ consentiendi* retinet; ζ) nisi patronus cum consensu episcopi plus sibi reseruauerit. In monasteriis idem obtinet, in quibus prælatus desi-

γ) *c. 6. X. de his, quæ fiunt a præl.* non autem semet ipsum præsentare potest. *c. 6. 26. X. h. t.*

δ) qui *votum* tantum *negatiuum* designat.

ε) *cit. c. 6. nisi ex antiqua et approbata consuetudine consensus non sit necessarius.*

ζ) *c. 25. X. h. t.*

designatur electione conuentus, *consensu* fundatoris adhibito; η) vtut in *sensu improprio* hoc ius consentiendi vulgo etiam *patronatus ius* vocetur.

§. VII.

TERTIA conclusio est, *praesentationi subiecti designati inesse collationem beneficii ecclesiastici;* quia enim illud *contulit* designato, ideo patronus subiectum *praesentat* episcopo ad examen, confirmationem *A. B. tit. 5.* et ordinationem. Atque hoc de praesentatione *patroni ecclesiastici* certum est, ϑ) adeoque post praesentationem *variare* nequit, quod praesentato iam ius ex *collatione* quaesitum sit. ι) Diuersum constituerunt in *patrono laico* iure recentiori pontifices, quod hic, vt laicus, *conferre* beneficium nequeat, κ) sed tantum praesentet personam, cui post *approbationem* episcopus conferat beneficium. Vnde collegerunt, (a) per *praesentationem* patroni laici nullum ius in beneficium tribui praesentato, λ) sed (b) patrono *ius variandi* competere; hoc autem facto (c) episcopo integrum esse, cui beneficium

η) *c.* 4. C. 18. *q.* 2.

ϑ) per *c.* 6. *X. de his, quae fiunt a prael.* vbi agitur de *iure praesentandi* ab abbate faciendo cum consensu conventus, addita hac limitatione: *nisi ex antiqua et approbata consuetudine vel concessa libertate probauerit, commissi sibi collegii in ecclesiarum seu beneficiorum* COLLATIONIBVS *non debere requiri consensum.* His verbis aperte designatur, praesentationi inesse *collationem.* Idem confirmat *c.* 6. *X. de offic. legat.*

ι) *c.* 24. *X. h. t. in f.*

κ) vnde formulam praesentationis respuunt: *concessi vel dedi ecclesiam, et praesenti charta firmaui*, quia *pro dato non habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare*, vt dicitur in *c.* 5. *in f.* X. *h. t.*

λ) *c.* 29. *X. h. t.*

ı conferre malit. *μ*) Verum hoc ius *va-*
i in præſentiſſimum detrimentum laicis

§. VIII.

ıoc poſito, ius *conferendi* ſeu *literas voca-*
dandi per iniuriam denegatum eſt patronis
, *ν*) et diſcrimen inter *præſentationem* et *col-*
em in fraudem *laicorum* inuentum eſt, adeo-
n dubio hanc illi adhuc ex antiqua praxi co-
re dicendum, quæ in terris proteſtantium
no non deneganda, niſi *vocatio* alii ex con-
dine quæſita fuerit. *ξ*) Vbi ergo *vocandi*
ıtrono integrum eſt, ibi quoque, *vocatione*
variare nequit, quod præterea absque iuris
raui præiudicio exercere non poteſt. *ο*)

§. IX.

PRAESENTATIO facienda eſt intra *ſex men-*
patrono *eccleſiaſtico*, ſub pœna iuris deuolu-
ı: *οο*) a patrono laico intra *quatuor π*) a die
tiæ. Alibi ſimpliciter *ſemeſtre ſpatium* re-
ım eſt. Lite ſuper *habilitate præſentati* pen-
ː tempus, quod patrono ſupereſt, non cur-
atrono *laico*, cui *ius variandi* indulſerunt:
item *eccleſiaſtico*, cuius reiectam præſenta-
ːm ſupplet epiſcopus ex *iure deuolutionis*,
l generaliter merito recipiendum eſſet. *ϱ*)

§. X.

c. 24. *X*. *h*. *t*.

ɔer *errorem manifeſtum*
clericis in *c*. 31. *X*. *h*. *t*.
vid. *tom*. *III*. *h*. *t*. §. 103.

iſi demum *vocationis li-*
ɔoſt *confirmationem* præ-
ſentato exhibentur. *c*. 4. *X*. *de offic*. *iud*. *ord*.

οο) *c*. 22. *X*. *h*. *t*.

π) *c*. *vn*. §. 1. *h*. *t*. *in* 6. *c*. 3. *de ſuppl*. *neglig*. *prælat*.

ϱ) quod etiam olim gene-

raliter

§. X.

PRAESENTATIO fit episcopo in hunc finem, (1) vt, an præsentatus dignus sit, inquiratur: (2) præsentatio confirmetur et (3) approbatus ordinetur. Vnde præsentatus legitime *examinandus* secundum modum præscriptum, σ) et idoneus repertus confirmandus, quem absque iniuria repellere nequit episcopus; alioquin reiectus non tantum appellare, sed vrgere potest, vt, si interim vacans ecclesia alteri iam concessa, episcopus sibi de alio beneficio prouideat. τ) Approbatus homagium præstat, et præterea vtplurimum iuramentum *religionis* et *simoniæ*. Denique ordinatus tandem *realiter* instituitur auctoritate episcopi υ) per *archidiaconum* vel *inspectorem* in ecclesiis protestantium, patrono præsente, et de bonis ecclesiasticis ordinatum inuestiente.

§. XI.

QVARTA conclusio est, *ius patronatus esse sua natura perpetuum*, in successores transiens, vel ratione *officii*, vel *bonorum*. Est enim ius *patronatus secularе*, vel *personale*, vel *reale*. Illud citra bonorum respectum patrono et *heredibus* eius *quibuscunque* competit, φ) secundum ordinem succedendi. χ) Atque hoc etiam alienari potest, modo non fiat pretio interueniente, ob vanum simoniæ metum. ψ) Reale *prædiis* cohæ-

raliter obtinuit per N. 123. c. 18.

σ) *lib. I. tit.* 12.

τ) *c.* 29. *X. h. t.*

υ) *c.* 4. *X. h. t.* vid. supra *tit. de instit.* conf. *tom. III. h. t.* §. 121.

φ) *c.* 1. 2. 3. *X. h. t.*

χ) *clem.* 2. *h. t.*

ψ) *c.* 16. *X. h. t.* quod *spiritua-*

et, et cum iis ad quosuis transit eorum pos-
s, ψψ) veluti emtorem prædii, creditorem
reticum, ω) etiam quandoque conducto-
ι) possessorem dotalitii, maritum respectu
lotalis, fideicommissarium, et sequestrem.

§. XII.

VINTA conclusio est, *patrono onus refici-
cclesiam suam incumbere*, et *curam bono-
ecclesiasticorum*, id quod ex iure *proprieta-*
it. Si ecclesiæ *parochiales* sunt, æquum
t onus reficiendi inter eum et parochianos
tur, β) quod *refectio* quoque in rem ho-
edat. Interest quoque eius, vt dos integra
a maneat, adeoque (a) inique amissa vin-
suo iure: (b) rationibus reddendis interest:
e eius consensu nulla alienatio fieri potest.

§. XIII.

SEXTA conclusio est, *patrono, vt collatori
bonorem deberi a clerico præsentato*, ob
ie beneficium, a patrono acceptum. Huc
iet (1) honor *processionis* γ): (2) *precum
arum*, vt nomen eius in missa recite-
tur

annexum sit, quam ra-
reiiciunt protestantes,
venditionem respuant.
ANTON. MATTHAEI
ad. ad ius canon. lib. II,
p 212.
etiam *feudales, c.* 13.

nisi debitor illud sibi
reseruauerit. *c.* 18. *de sent. et
re iud.*

α) *c.* 7. *X. h. t.* quamuis in *locatione temporali* ordinarie excipiatur a locatore ius patronatus.

β) vt infra *tit.* 48. declarabitur.

γ) *c.* 25. X. *h. t.*

tur δ): (3) *luctus ecclesiastici:* (4) *sedis* in choro: (5) *sepulturae*, vt in ecclesia ipsa eam eligere valeat: (6) denique inops ab ecclesia alendus. ε) E contrario iurisdictione destitutus est. εε)

§. XIV.

PERIT ius patronatus (1) *renunciatione*, ζ) qua tamen, si illud cum bonis in feudum datum est, fieri nequit absque domini et agnatorum consensu. (2) *Praescriptione* η), si absque praesentatione passus fuit conferri ecclesiam ab *ordinario collatore;* modo talis collatio facta fuerit, non ex iure *deuolutionis*, sed intra tempora legitima, et post illam XL anni abierint; antequam enim vacat ecclesia, ius praesentandi exerceri, et praescriptio inchoari nequit. (3) *Abusu ob simoniam* commissam. ηη) (4) *Haeresi* ϑ) et *excommunicatione* patroni, quod tamen ad *reale* aut ad tres religiones in imperio receptas extendi nequit. (5) Mutatione ecclesiae parochialis in collegiatam, ι) vel *vnione suppressiua.*

TIT.

δ) *tom. III. h. t.* §. 125. *sqq.*

ε) *c.* 25. *in f. X. h. t.*

εε) *c.* 4. 23. *X. h. t.*

ζ) *c.* 14. *X. h. t. c.* 6. *in f. de renunc.*

η) *c.* 11. *X. h. t. c.* 15. *de elect. in* 6. *in f.*

ηη) *c.* 1. *X. ne praelat. vices suas.*

ϑ) haeretici bona confiscantur, ergo reale cum bonis in fiscum transit, *c.* 10. *X. de haeret.*

ι) *c.* 25. *X. h. t.*



TIT. XXXIX.

CENSIBVS, EXACTIONIBVS ET PROCVRATIONIBVS.

SYNOPSIS.

sus quid? I. habet varios ves, qui recensentur. II. muntur census ecclesiis ... episcopi. III. Sol... in moneta, vel fru... In dubio, minor mo... vel mensura debetur. IV. ... etiam episcopo syno... seu cathedraticum: ordinem charitatiuum ... V. Denique pro... iones exigit, si visitat ec... Quid sit visitatio? Exercetur vel ob inspe... officium simplex sine io, vel iure imperii. VII. ... recentiori episcopi illam ... virtute iurisdictionis ecclesiasticae. VIII. Inde pontifex, legati, archiepiscopi, episcopi et capitula illud ius exercent, IX. et quidem in ecclesias et monasteria sibi subiecta. X. In terris protestantium superintendentes sine imperio; principes vero iure imperii per commissarios visitant: non patroni nec magistratus municipales. XI. Officium visitatorum generale et speciale. XII. Visitatoribus debentur procurationes iure subiectionis. XIII. Modus in his seruandus. Diversa procurationum ratio apud protestantes. XIV.

§. I.

...x *iure dioecesano* episcopus varia commoda percipit, quae tum in signum *subiectionis*, tum aliam ob causam ei debentur. Huc ...nent (I) CENSVS, qui sunt *annua praestatio* ...*mum cuiusdam iuris competentis, vel alteri* ...*atia indulti reseruata ex bonis ecclesiasticis,* ... *medio memoria eius conseruatur.*

§. II.

§. II.

NON enim in eundem, ſed varium finem ſoluuntur cenſus. κ) Etenim (a) quandoque in ſignum *protectionis ſingularis* promiſſæ debentur, quam monaſteria a ſede papali ſibi acquiſiuerunt: λ) quandoque (b) in ſignum *exemtionis* et *libertatis* μ) etiam ab epiſcopis conceſſæ ν): (c) nonnunquam in ſignum *ſubiectionis*, quem in finem regna ſibi *cenſualia* efficere ſtuduit pontifex ξ). (d) Rurſus reſeruati ſunt cenſus ob factam *vnionem*: ο) eccleſiarum *conſecrationem*, π) vel aliam quamcunque gratioſam conceſſionem, ππ) vt precariarum aut iuris alicuius quæſiti remiſſionem. ρ) Ob *fundationem* quoque (e) patroni ſibi ex bonis dotalibus cenſum moderatum reſervarunt, cum *conſenſu* et *auctoritate epiſcopi*. σ)

§. III.

CENSVM nemo eccleſiis imponere poteſt ſine *conſenſu pontificis* vel *epiſcopi*. Quocirca (1) qui *cenſum* exigit, eius *cauſam finemque* ac *tempus ſoluendi* probare debet. τ) (2) Noui cen-

κ) *c.* 8. *X. de priuil. c.* 10. *eod. in* 6. Vnde ex ſolutione cenſus nullum ſolidum argumentum trahi poteſt.

λ) *c.* 8. *X. de priuil*

μ) *c.* 10. *de priuil. in* 6. *c.* 6. *X. de relig. dom.*

ν) *c.* 6. *cit.*

ξ) vt plenius relatum *tom. III. h. t.* §. 118. *ſqq.* Conf. ANTON. MARCELLVS *de iure ſeculari pontif. Rom.*

ο) *c.* 6. *X. de relig. domib.*

π) *c.* 30. *C.* 18. *q.* 2.

ππ) non vero ob *collationem c* 13. *X. h. t.*

ρ) Tales cenſus ſibi ſæpe reſeruarunt aduocati, *ius advocatiæ* remittentes, vel exercentes. *c.* 23. *X. de iure patron.*

σ) *cit. c.* 23. *c.* 18. *de ſent. et re iud.*

τ) *c.* 5. *X. h. t.*

cenſus eccleſiis ab *epiſcopo* ſolo imponi nequeunt, nec veteres augeri, ſine *magna cauſa:* υ) multominus (3) ſimplices ſacerdotes vel monachi eccleſias ſibi facere poſſunt cenſuales ſine *auctoritate epiſcopi,* φ) ne quidem accedente iuramento. χ)

§. IV.

IPSI cenſus vel in *moneta* debentur, quo caſu in ea *bonitate* ſoluendi, quæ tempore impoſitionis fuit, ψ) aut ſi valor dubius eſt, id quod minus eſt, debetur: ω) vel in *frumento*, quo caſu rurſus in ea menſura, quæ tempore impoſitionis fuit, præſtandi: vbi vero menſura regionis varia, et antiqua incognita eſt, rurſus *minor menſura* præſtanda. α)

§. V.

EPISCOPI ex eadem lege *diœceſana* et in ſignum *ſubiectionis* αα) (II) exigunt a monaſteriis et eccleſiis tributa, tum *ordinaria*, tum *extraordinaria*. Illa ab antiquo in *ſynodis*, bis in ſingulis annis habitis, β) ſoluta, *ſynodatica* et *cathedratica* γ) dicta, in *duobus ſolidis* conſiſtentia δ) regulariter. ε) Hæc *extra ordinem* exigun-

υ) *c.* 7. *X. h. t. c.* 15. *X. eod.*

φ) *c.* 8. *X. h. t.* qui nequidem citra grauem cauſam eam interponere poteſt. conf. *c.* 11. *c.* 13. *X. eod.*

χ) *c.* 15. *X. h. t.*

ψ) *c.* 20. 26. *X. h. t.*

ω) *l.* 9. *et* 34. *D. de R. I.*

α) *c.* 18. *X. h. t.*

αα) *c. f. X. de cauſ. poſſ. et propriet.*

β) vt in *feſto natiuitatis* et *reſurrectionis*, ceu colligi poteſt ex *c.* 20. *X. h. t. c. f. X. de cauſa poſſ. et propr.*

γ) quod in ſignum *ſubiectionis* et *honorem cathedræ* præſtita. *c.* 7. *X. de donat. c.* 9. *X. h. t.*

δ) *c.* 1. C. 10. *q.* 3. *c.* 16. *X. de offic. iudic. ordin.*

ε) variaſſe hanc præſtationem, liquet ex *c.* 20. *X. h. t.*

guntur: (1) ex *manifesta* et *rationabili causa:* (2) cum *charitate* moderanda: ζ) cum *consensu capituli* ab episcopo indicta. η) Archidiaconis tales exactiones facere haud concessum. θ)

§. VI.

DENIQVE ex causa *subiectionis* (III) etiam *procurationes* debentur episcopo, ecclesias, vel monasteria *visitanti*. Officium *visitandi* ab antiquo episcopis incubuit ex causa *inspectionis*, quam exercent in ecclesias sibi subiectas, vt *primarii pastores*, quae tamen pedetentim in *imperium* versa. Est videlicet VISITATIO ECCLESIASTICA ι) *solers inquisitio in mores vitamque clericorum et laicorum atque res ecclesiasticas tum officio simplicis inspectionis, tum imperio sacro cohaerens, salutis ecclesiasticae causa.*

§. VII.

NECESSARIA lustratio est in omni *societate* et multo magis *ecclesiastica*, vt sedulo obseruetur, quo finis religionis cultusque christiani obtineatur, abususque in herba supprimantur. Est vero vel *simplex*, quae exercetur ex simplici *inspectione suprema*, sine imperio, ob *officium pastorale maius*: vel *qualificata*, quae ex *iure imperii* in quauis republica fluit, vt imperantes operam dent, ne quid detrimenti illa capiat ex coetibus ecclesiasticis.

§. IIX.

ζ) Vnde dicuntur *charitatiuum subsidium*. *c.* 16. *X. de offic. iud. ordin.*

η) *c.* 6. *X. h. t. vers. prohibemus.*

θ) *cit. c.* 6. *in f.*

ι) Nam datur etiam *ciuilis*, iure imperii in *causis ciuilibus* exercenda.

§. IIX.

IPLEX olim exercita fuit in *ecclesia apo*-
ɔ apostolis, eorumque adiutoribus; κ)
omni cessante. Latioribus dioecesibus
V formatis, et pedetentim in formam
coniectis, ius visitandi episcopale *imperio*
scriptum, sub regibus Francorum quidem
re supremo regio: λ) iure recentiori *pri*-
μ) Inde itaque regula exstructa: *qui*-
iscopus et prælatus virtute iurisdictionis
icæ suos subiectos visitat ν) *simul per*
ξ)

§. IX.

OCIRCA (I) pontifici tributum ius visi-
niuersum orbem christianum, etiam me-
er *legatos.* ο) Pari iure cardinales pro-
titulos suos: π) archiepiscopi suam pro-
ac eius suffraganeos eorumque subdi-
tant, modo (a) prius propriam dioecesin
rint ϱ): (b) causa cognita et in concilio
pro-

t. *XV*, 36. 1 *Cor.*

ex capitularibus *tom.*
§. 29. *sqq.* monstra-

t. 21. X *h. t.* ibi: *epi*-
ione EPISCOPALIS
CTIONIS, *quam ha*-
(ecclesia) *tenetur*
ectionis ecclesiam vi-

h. t. in 6. *in f.*
5. X. *de offic. iudic.*
ncil. Trid sess. XXIV.
3.
z. Inst. Iur. Can.)

ο) qui olim hoc sub præ-
textu procurationes ingentes
per extremam auaritiam ab
ecclesiis, ad quas missi, exe-
gerunt, vid. *L.* 1. *tit. de legat.*
§. 8. *p.* 147. Hoc ius adhuc
vindicat legatis pontifex in
c. 17. *et* 23. X. *h. t. c.* 11. X. *de*
præscript.

π) *c.* 11. X. *de maior. et*
obed. c. 2. X. *de cleric. non*
resid.

ϱ) secundum formam præ-
scriptam in *c.* 1. *h. t. in* 6.

prouinciali approbata fuerit. σ) Primario vero *annua visitatio* iniuncta est episcopis, τ) vel *immediate* vel *mediate* per *generalem vicarium* facienda: nec ab hoc officio excludi possunt *capitula*, sede ad longum tempus impedita. υ) Idem quoque ius *archidiaconi*, vt vicarii nati, limitato modo, φ) et *capitula prouincialia* per missos visitatores exercent. χ)

§. X.

EX eodem principio fluit, tantum visitandas esse ecclesias *subiectas*, ψ) etiam *capellas* et *oratoria priuata*, ω) vt et *monasteria:* non vero (1) ecclesias extra dioecesin sitas, licet matri ecclesiae, quae in dioecesi visitantis est, vnitas: (2) multo minus *exemtas*, quas tamen hodie α) episcopi, vt *sedis Romanae delegati*, singulis annis visitare tenentur. Enimuero *archidiaconis* et *capitulo* sede vacante non idem concessum.

§. XI.

IN terris protestantium visitationes sunt vel *ordinariae*, vel *extraordinariae*. Illae quotannis instituuntur a *superintendentibus* seu *inspectoribus* iure

σ) secundum *concil. Trid. sess. XXIV. de reform. c.* 3. Sed haec limitatio fere in totum impedit visitationes metropolitanorum, tum quod haec concilia fere deficiant: tum quod suffraganei semper proni sint ad has visitationes declinandas.

τ) *c.* 16. X. *de offic. ordin. iud. concil.* Trid. *c.* 1.

υ) cum *iurisdictione ecclesiastica* polleant.

φ) quem supra *lib.* I. *tit.* 23. §. 12. *p.* 111. tradidi.

χ) vid. supra *tit.* 35. *h. libr.* §. 6. *in f. p.* 491.

ψ) *c.* 1. *in f. h. t. in* 6.

ω) sine exactione procurationum 2. *f.* X. *h. t.*

α) secundum *concil. Trid. sess. VII. de reform. c.* 8.

e *pastoralis officii maioris absque vlla iurisdi-me,* β) adeoque non *iudicis, sed monitoris* of-o funguntur, ea emendantes, quæ fine foren-strepitu corrigi possunt. γ) Hæ instituuntur e *imperii* a principe territorii per *delegatos vi-itores,* quorum potestas maior vtplurimum est, litteris delegationis æstimanda. Atque hi um visitant *monasteria catholicorum* per *dele-tos catholicos,* vel *vicarium generalem* consti-um. δ) In alieno territorio eo iure non gau-nt, ne quidem quoad *ecclesias filias,* nisi ex *pa-*ε) vel *præscriptione immemoriali;* ζ) quam-hoc semper intelligatur, saluo iure domini ritorii, quod ius visitandi nullo temporis lapsu nitti queat. η) *Patroni* denique, qua tales, hoc e non gaudent, ηη) quamuis vt intersint visi-ionibus, prohiberi nequeant: multo minus il-l exercent *magistratus municipales* aut *landsas-*, nisi beneficio *anni decretorii* sub principe di-rsæ religionis. ϑ)

§. XII.

OFFICIVM visitatorum est generatim, *vt n quærant, quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi: edicationi, cohortationi, correctioni et refor-tioni vacando, vt fructum referant, qui non perit.*

β) simile quid traditur in §. X. *de accus.*

γ) non ergo eorum decre-vim rei iudicatæ habent. v. *P.* 6. *dec.* 289.

δ) vid. *lib. I. tit.* 28. §. 20. 135. et *lib. III. tit.* 36. §. 3. *f. p.* 494.

ε) *I. P. art. V.* §. 26.

ζ) *tom. III. b. t.* §. 60.

η) *c.* 16. *X. de præscript.*

ηη) exceptis *nobilibus immediatis,* iure sacrorum gaudentibus.

ϑ) *art. V. I. P.* §. 31.

perit. ι) Speciatim procedere iubentur ſecundum *articulos viſitationum*, κ) inquirendo in officium vitamque parochorum, mores parochianorum, ſtatum bonorum, iurium eccleſiaſticorum, et ſimilia. Viſitatores catholici præterea cenſuras exercent, *ouem morbidam eiicientes ab ouili*, λ) corrigentes et reformantes, quæ correctionis et reformationis officio videntur indigere. μ) Inſpectores vero euangelici ea, quæ *cenſuris* indigent, et *iurisdictionis* ſunt, ad conſiſtorium referunt, adeoque ſuſpendere nequeunt. ν)

§. XIII.

AEQVVM vero eſt, vt viſitationes fiant ſumtibus eorum, qui viſitantur. ξ) Ob operam enim viſitationis debentur viſitatori PROCVRATIONES, de iure canonico vero etiam *iure ſubiectionis*, ο) adeoque ſunt *præſtationes viſitatori, dum viſitat eccleſias, in ſignum ſubiectionis debitæ.* Omnia enim in eccleſia Romana compoſita ſunt ad formam *imperii ciuilis*, π) et vl-

tra

ι) vt dicitur in c. 23. *in f.* X. *h. t.*

κ) legibus eccleſiaſticis in ſingulis prouinciis et diœceſibus determinatos, de quibus agit FRITSCHIVS *de viſit. eccleſ.* conf. *c.* 7. X. *de ſtatu monach.* ibi: *ſecundum formam ſibi præfixam.*

λ) *c.* 8. X. *de ſtatu monach.*

μ) *c.* 7. X. *eod.*

ν) de *forma viſitationum* in *ducatu Magdeburg.* vid. *inſtructionem de anno* 1715. *in contin. corp. conſtit. Magd. n.* 71.

ξ) *c.* 45. C. 12. *q.* 2.

ο) *c.* 17. 19. X. *h. t.* inde nulli præſcriptioni obnoxiæ ſunt. *c.* 17. *et* 24. X. *h. t. c.* 11. X. *de præſcript.*

π) ex quo debentur procurationes principibus eorumque officialibus. *c.* 17. 21. et 23. X. *h. t.*

tra modum procurationes ob *debitum obsequii* exactae. ϱ)

§. XIV.

DEBENTVR procurationes enim iuxta *facultates ecclesiarum*, σ) in victualibus, τ) vt tamen a *volentibus* certa pecuniae quantitate ττ) redimi queant, υ) electione his, qui visitantur, relicta, malintne victualia praestare, an nummis ea redimere. φ) Protestantes tales tributarias exactiones damnant, non iure *subiectionis*, sed in *compensationem laborum* procurationes accipientes, modico contenti, quo nulla grauatur ecclesia. Vnde etiam *praescriptione* tolli possunt.

TIT. XL.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL ALTARIS.

SYNOPSIS.

Cura sacrorum primaria est episcoporum functio. Haec peragenda in ecclesiis consecratis. I. Consecratio ecclesiarum quid? II. Dedicatio simplex ab ea differt, qua protestantes vtuntur. III. Consecrationem tantum peragit episco-

ϱ) vt interdum *ecclesiastica ornamenta subditi exponere compulsi fuerint, et longi temporis victum breuis hora consumserit*, vt dicitur in *c.* 6. X. *h. t. c.* 7. C. 10. *q.* 3. Etenim archiepiscopi cum canibus venatoriis et auibus proficiscebantur, et sumtuosas epulas quaerebant: *cit. c.* 6. legati vero breui temporis spatio integra regna sua rapacitate absorbebant.

σ) *c.* 25. X. *h. t.* instar tributi. *c.* 16. X. *de offic. iud. ordin.*

τ) *c.* 1. *et* 2. *h. t. in* 6.

ττ) pro more viciniae. *c.* 22. X. *h. t.*

υ) *c.* 3. *eod.*

φ) *concil. Trid. sess. XXIV. c.* 3.

episcopus. IV. Ritu amplissimo et adhibitis vnctionibus, ac reliquiis SS. V. Quouis die peragi potest, cuius memoria quotannis recolenda. VI. Consecratio hæc characterem indelebilem et diuinam virtutem rebus consecratis cum plena immunitate et sanctitate interna conciliat. Dedicatio simplex externam tantum sanctitatem operatur. VII. Pollui potest sanctitas interna variis modis, vt expurgatione opus sit. VIII.

§. I.

PRAECIPVA *muneris episcopalis* functio in *cura sacrorum* consistit, vt res diuina omnisque *liturgia* per totam diœcesin rite et debito modo fiat. In hunc finem ius canonicum ante omnia desiderat *ecclesias consecratas* cum *altaribus* et *indumentis* benedictis, φφ) absque quibus nec missæ celebrari χ) regulariter, ψ) nec sacramenta administrari, nec in genere sacra peragi queunt. ω)

§. II.

HOC iure ergo semper *basilicarum* α) *consecratio*

φφ) *c.* 2. *X. de sacram. non iter.*

χ) *c.* 1. 9. 12. 14. 15. *de cons. D.* 1.

ψ) *c.* 30. *ibid.*

ω) vniuersus cultus sacer, prout per statas preces et ceremonias sacras in libris *liturgicis* determinatus est, vocatur *liturgia*, de cuius ratione speciatim actum *diss. prælim. ad tom. III. iur. eccles.*

α) Harum passim fit mentio, vt in *c. de consecr. D.* 1. *c.* 1. *X. de relig. domib.* Olim hac appellatione venerunt *ædes publicæ*, ad iudicia et negotiationes peragendas, quas inter magnifica vrbis Romæ opera retulerunt, exemplo *Basilicæ* L. AEMILII PAVLI *cum phrygiis columnis*, quam memorat PLINIVS SECVNDVS *lib. XXXVI. c.* 15. ex edit. HARDVINI *tom. II. p.* 742. Et quia ecclesiæ maiores *ædes publicæ* erant, vsumque publicum habebant, easdem *basilicas*: minores vero vtplurimum *titulos* dixere.

cratio deſideratur, β) nec ſufficit *ſimplex dedicatio*, in ſenſu ſpeciali ſumta. γ) Eſt enim CONSECRATIO ex mente iuris canonici *actus ſacer pontificalis, quo epiſcopus, interuenientibus vnctionibus aliiſque ſacris ſymbolis et ritibus determinatis, rem profanam ab vſu promiſcuo profano eximit, iuris diuini efficit, eique characterem diuinum indelebilem, diuina virtute præditum, imprimit, vt ad cultum ſacrum, inprimis miſſaticum, adhiberi queat.*

§. III.

DEDICATIO, in ſenſu ſpeciali ſumta, vero eſt *actus ſollemnis, quo rei ad vſum ſacrum vel alium publicum deſtinatio, ſollemnitate arbitraria et interueniente auctoritate publica, in actum deducitur.* Hæc nullum *characterem indelebilem* imprimit rei dedicatæ, ſed auctoritate publica deſignat, hanc in poſterum vſibus tantum *ſacris* vel *publicis*, quibus deſtinata fuit ab initio, eſſe applicandam, qui hunc in finem ſollemnitate quadam in actum deducuntur. Hac tantum proteſtantes vtuntur in eccleſiis nouiter ædificatis, non item in vaſis, ad ſacrum cultum adhibendis.

§. IV.

β) per *c.* 3. *de conſ. D.* 1. Imo conſecrationem *iuris diuini* eſſe, anno 1725. euincere conatus eſt epiſcopus Eluſinus FRANCISCVS DE VICO *in tr. de noua eccleſia Lateranenſis conſecrat.* Contentiones ſuper hoc tractatu ortæ recenſentur in *nouis literar. ad an.* 1726. *p.* 937. *ſq.*

γ) ſæpe etiam promiſcue ſumuntur, vt in *c.* 16. *de conſ. D.* 1. *c.* 2. 7. *X. h. t.*

§. IV.

CETERVM ex conceptu *consecrationis* introductae fluit, γ) *eam tantum peragi posse ab episcopo iure pontificali*, δ) vel *immediate*, vel *mediate*, per alium *consecratum episcopum*: non presbyterum simplicem. ε) Dioecesanus autem duntaxat competens est. ζ) Eadem *pontificalis potestas* tributa est quibusdam abbatibus *mitratis*, vt vasa sacra, altaria, et ecclesias *sui ordinis* consecrare queant. η) *Dedicationis* ritus peculiarem qualitatem in ministrante non desiderat, sed is censetur habilis, cui hoc ministerium publica auctoritate delegatum.

§. V.

ALTERVM est, *peragendam consecrationem esse ritu amplissimo*, ϑ) quo *virtus diuina* rebus imprimatur. Huc facere creduntur *benedictiones*, *inunctiones*, ι) et *reliquiae SS.* κ) Nulla enim ecclesia sine altaribus, et nullum altare sine *reliquiis SS.* λ) Altaria peculiari proprioque ri-

δ) seu *ministerio pontificali*. c. 3. X. h. t.

ε) c. 9. X. h. t. ibi: *quia licet episcopus committere valuit, quae iurisdictionis existunt; quae ordinis tamen episcopalis sunt, non potest inferioris gradus clericis demandare*.

ζ) c. 1. X. *de relig. domib.* c. 20. X. h. t.

η) vid. *tom. III. tit. XXXV. de statu monach.* §. 46.

ϑ) peculiariter tradito *in pontificali Rom.* p. 497. et in compendio relato *tom. III. h. t.* §. 19. *seqq.*

ι) ex *iudaismo* tractae, quibus sanctitas singularis rebus imprimebatur. c. 2. 31. *de consf.* D. 1. c. 3. X. h. t.

κ) His potissimum *consecratio* olim peracta, etiam ipsius *portae*, vt docet *capitul. XIII. lib. IV.* ibi: *si in atrio ecclesiae, cuius porta reliquiis sanctorum consecrata est etc.*

λ) c. 26. et c. 29. *de consf.* D. 1. ibi: *in basilica, vbi martyrum reliquiae depositae*.

ritu μ) et *chrismatis vnctione* consecranda, ν) in quibus reliquiae SS. condendae. Lapis altare tegit, in quo *fenestella*, ad recipiendas SS. reliquias, aperitur, et *sigillo* clauditur. ξ) Lapide vel sigillo fracto aut grauiter deminuto, noua consecratione altaris opus est. ο)

§. VI.

SOLLEMNIA consecrationum quouis peragi possunt die, π) cuius memoria singulis annis recolenda. ρ) Inde festum anniuersarium *encaeniarum* ortum traxit, in singulis ecclesiis celebrandum, σ) quod in *bacchanalia* versum est, maxime in pagis, in quibus eius vsus retentus. In multis tamen prouinciis hoc festum in singulis pagis vno eodemque die celebratur, quod admodum consultum est.

§. VII.

CONSECRATIO haec rebus consecratis (1) singularem *characterem diuinum* imprimit, ob quem *reiterationem* omnem respuit. τ) Si de ea dubitatur, in dubio fieri potest. υ) (2) Eximit

μ) in *pontif. Rom.* tradito *p.* 323.

ν) *c.* 31. *sq. de cons. D.* 1.

ξ) *c.* 1. *X. h. t.*

ο) *c.* 1. *c.* 6. *X. h. t.*

π) *c.* 2. *X. h. t.*

ρ) *c.* 16. *de cons. D.* 1.

σ) In *c.* 17. *de cons. D.* 1. prouocatur ad exemplum Christi, ad festum dedicationis templi venientis, et hoc ipso formam omnibus dantis idem faciendi. Censetur ergo *iuris diuini.*

τ) *c.* 3. *D.* 68. *c.* 20. *de cons. D.* 1. *c.* 1. *X. h. t.*

υ) *c.* 26. *de cons. D.* 1. ex hac ratione: *quoniam non monstratur esse reiteratum, quod nescitur factum.*

mit res consecratas commercio hominum, quae fiunt *iuris diuini*, imperio humano et seculari exemtae. φ) Inde *immunitas ecclesiarum* et rerum ecclesiasticarum, quae *iuris diuini* censetur. χ) (3) *Sanctitatem* singularem, etiam *internam*, ψ) rebus consecratis imprimit, quam non operatur *simplex dedicatio*, *externam* tantum *sanctitatem*, quae in *immunitate* ab omni *violatione* consistit, producens. Inde sacra vasa non ab aliis, quam a sacratis, sunt tangenda. ω)

§. VIII.

Pollvitvr et profanatur haec sanctitas (1) per sepulturam excommunicati in loco consecrato α): (2) per effusionem *seminis* vel *sanguinis*: β) (3) per *stuprum* vel *adulterium* commissum. γ) *Expurgatione* his casibus seu *reconciliatione* opus est, quae fit δ) ab episcopo δδ) aspersione *aquae benedictae*, *cum vino et cinere*; ε) interim vero interstitium sacrorum inducit. ζ)

TIT.

φ) vid. diss. *de potest. ciui. & in templa*.

χ) *c.* 4. *de censib. in* 6. de qua infra *tit.* 50. agendum.

ψ) Inde dicitur *consecrationis sanctificatio in c.* 24. *de cons. D.* 1.

ω) *c.* 41. *de cons. D.* 1.

α) *c.* 7. *X. h. t.*

β) *c.* 4. *et* 10. *X. h. t.*

γ) *c.* 19. *de cons. D.* 1. *c.* 5. *X. de adult.*

δ) *c.* 9. *X. h. t.*

δδ) non a presbytero. *c.* 9. *X. h. t.*

ε) *c.* 4. *et* 7. *X. h. t.* conf. *pontif. Rom. p.* 474.

ζ) *c. vn. h. t. in* 6. *c.* 18. *de sent. excomm. in* 6.

TIT. XLI.

ELEBRATIONE MISSAE ACRAMENTO EVCHARIS- IAE ET DIVINIS OFFI- CIIS.

SYNOPSIS.

officia quid? La- patet appellatio cul- I. Inde exstruitur ex- religionis publicum et , a deuotione dome- nguendum. II. Qui- ionis actus priuatim r in publico etiam itio. III. Peraguntur ficia secundum præ- modum in lingua la- vernacula apud pro- IV. Et quidem de- turbis. V. Die so- 's receptis. VI. Di- ia sunt vel commu- bus, vel particularia, tione sacramentorum ia. VII. Sacramen- et quot? Legitimi nistri, et de eorum in- VIII. Protestantes em agnoscunt sacra- menta, nec intentionem in ministrante necessariam credunt. IX. Eucharistiæ sacramentum in sollemni missa conficitur, quæ sacrificium propitiatorium esse dicitur. X. Inde etiam non communicantibus et absentibus prodest. Sacerdos tantum illam peragit in altari et vestibus sacerdotalibus. XI. Missa est vel catechumenorum vel fidelium, a qua olim illi abigebantur, et in communione et consecratione consistit. XII. Consecratio per verba consecratoria in canone missæ peragitur, vnde nata est doctrina de transsubstantiatione et Deificatione. XIII. Protestantium discrepans sententia distincte refertur. XIV. Effectus communionis eucharisticæ. XV.

§. I.

INA OFFICIA, *sacratis locis* regulaiter η) peragenda, primariam episcoorum functionem esse, dixi. Sunt autem

epta vnctione externa.

tem nihil aliud, quam *ministerium*, ϑ) *quod sacerdotes vel ministri ecclesiæ in cultu sacro et inprimis in sacramentorum exhibitione præstant christianis in ecclesia.* Ita vero prædicantur de solis *clericis*, qui *legitimi ministri sacrorum officiorum* dicuntur. Latius patet appellatio CVLTVS SACRI, qui est *medium christiano more venerationem et deuotionem erga DEVM in ecclesia exhibendi, et diuini numinis gratiam per sacramenta acquirendi:* atque ita prædicatur de *quibuscunque christianis.* De vtroque argumento hic agitur, quamuis primario *ministerium*, quod peragunt ministri ecclesiæ, hic consideretur.

§. II.

SI vtrumque conceptum coniungimus, dicitur *exercitium religionis*, quod est vel *publicum* vel *priuatum* ι). Illud publice in ecclesiis per ministros ecclesiæ, imo etiam extra eam *per processiones*, campanarum pulsu adhibito: hoc vero in *oratoriis* vel *priuatis ædibus* exercetur per sacerdotes sine campanarum pulsu, nec extra eas sese exserit. Inter catholicos et protestantes hoc casu respiciendum ad *annum decretorium*, eiusque *d.* 1. *Jan.* Qui eo tempore nullum religionis exercitium habuerunt, illi domi *deuotioni suæ* priuatim vacare prohiberi nequeunt absque interuentu sacerdotis. κ) Extra has tres religiones exercitium religionis nullum aliud recipiendum vel tolerandum. λ)

§. III.

ϑ) Inde *liturgia* etiam dicitur.

ι) *Instr. P. art. V.* §. 31. *sqq.*

κ) *art. V. I. P.* §. 34.

λ) *Instr. art. VII. in f.*

§. III.

CETERVM quidam religionis actus *priuatim* exercentur, vt tamen publicum religionis exercitium integrum sit, idque (a) *per se*, et ex *natura rei*, vt in *extremae vnctionis* administratione: (b) *per accidens*, quando praeuia dispensatione, domi ἱερολογία vel baptismus vel eucharistiae administratio peragitur, qui actus tamen *publice* in ecclesia fieri potuissent.

§. IV.

PERAGENDA *diuina officia* rite λλ) tum secundum determinationem in *libris liturgicis* factam, μ) tum secundum *obseruantiam specialem* ecclesiarum. ν) Vniformitatem desiderarunt Tridentini, atque hoc negotium pontifici dederunt, vt *libros liturgicos* emendaret, quod etiam post hoc concilium factum. ξ) Lingua *latina* in his retenta, a protestantibus vero *vernacula* loco eius non immerito electa. ο)

§. V.

PERAGENDA sunt vlterius *deuote* οο) et *quiete*, sine *turbis*. Qui turbant sacra, crimen *sa-*

λλ) Seruato tamen modo, quemadmodum commendauit AVGVSTINVS *in c.* 12. *D.* 12.

μ) qui et *ordines* dicuntur, quos ex antiquitatibus eruit exhibuitque MARTENIVS *de antiq. eccl. ritib.* De aliis collectoribus dixi *tom. III. diss. praelim.* §. 31. *et* §. 39. De *Graecorum libris ecclesiasticis* consulendus LEO ALLATIVS.

ν) Haec olim omne tulit punctum in celebratione sacrorum, adeoque non mirandum est, plura adhuc hodie inde dependere, ceu in *diss. cit. praelim.* §. 48. *sqq.* dixi.

ξ) vt docent *missale Romanum*, *pontificale Romanum*, *ceremoniale episcoporum*, *et Breviarium Romanum.*

ο) Hanc etiam praeoptarunt FLEVRIVS *tom. XIII Inst. eccl. in disc. praelim.* §. 24. *in f.* et DVPINIVS *in bibl. eccles. tom. XIX. p.* 118.

οο) *c.* 9. *X. h. t.* vbi *de chori silentio.*

facrilegii committunt, *capitali fupplicio* aliquando afficiendum, fi quis (1) miniftro ecclefiæ, et quidem (2) in ipfa ecclefia, (3) eo tempore, quo rem diuinam facit, inprimis vero, quo facramenta adminiftrat, (4) vim infert et facra hoc modo turbat. π) *Deuotio* exigit, (a) vt *foli DEO pateat pectus*, ad quam facerdos parat fratrum mentes dicendo: *furfum corda*, refpondente plebe: *habemus ad dominum* ϱ): (b) vt *ftantes* die dominica audiant recitationem euangeliorum σ): (c) vt in venerationem facramentorum gladium deponant, quod vfus etiam in proteftantium ecclefiis plerumque feruat τ): (d) vt nemo discedat ante benedictionem et finitum officium miffaticum. υ)

§. VI.

DENIQVE peragendum *diuinum officium*, inprimis *die folis*, φ) cui omnes fideles intereffe debent ex *præcepto ecclefiæ*, et quidem in propria parochia. χ) Idem quoque dicendum de feftis diebus, ab ecclefia conftitutis, quorum celebratio laicis publice indicanda, *vt fciant tempora feriandi*. ψ) Habent etiam fingulæ provinciæ

π) *Nou.* 123. *c.* 31. *et auth. Sed nouo iure C. de epifc. et cler.*

ϱ) *c.* 70. *de confecr. D.* 1.

σ) *c.* 68. *ibid.*

τ) V. CHRIST. TOB. WIDEBVRG *de gladio in facramentorum reuerentiam deponendo.*

υ) *c.* 62. 64. *feqq. de conf. D.* 1. Olim etiam excommunicabatur, qui facerdote verbum in ecclefia faciente, difcedebat. *c.* 63. *ibid.*

φ) de origine cultus huius diei dixi *diff. I. ad Plin. fecund. et Tertull.*

χ) *c.* 2. *X. de paroch.*

ψ) *c.* 1. *de conf. D.* 3.

vinciæ quædam *anniuerſaria ſacra peculiaria*, aliis eccleſiis haud communia. ω)

§. VII.

DIVINA officia ſunt vel *communia* vel *ſingularia*. Illa communi chriſtianorum deuotione et cultu peraguntur, vt quæ diebus ſolis et feſtis celebrantur præcipue per miſſam ſollemnem. Hæc *ſacramentorum exhibitionem* concernunt, α) quæ *certis* duntaxat *perſonis*, ea deſiderantibus et ad id aptis, miniſtranda, vel incertis incumbunt perſonis.

§. VIII.

SACRAMENTA communiter dicuntur *gratiæ inuiſibilis ſigna viſibilia:* ſeu *efficacia ſigna gratiæ diuinæ in verbo DEI inſtituta.* β) Circa ea generatim obſeruandum, (1) ſeptem, nec *plura*, nec *pauciora*, γ) conſtitui ſacramenta: *baptiſmum*, *confirmationem*, *eucbariſtiam*, *pœnitentiam*, *extremam vnctionem*, *ordinem*, *et matrimonium.* (2) In tribus, *baptiſmo*, *confirmatione* et *ordine* imprimi *characterem*, ſeu *ſignum quoddam ſpirituale* et *indelebile*, et inde ea iterari non poſſe; cetera non item, et ita reiterari poſſe. δ) Præterea (3) in miniſtris, dum ea conficiunt, et conferunt, præciſe requiri *intentionem* δδ) id faciendi,

ω) FLEVRIVS *in inſtit. iur. eccleſ. P. II. c.* 1. § 7.

α) Singula enim propriam habent *liturgiam*, in ordinibus ſacris præſcriptam.

β) De vario huius vocis ſignificatu et peculiari etiam agit CHEMNITIVS *in exam. concil. Trid. P. II. loc.* 1. *ſect.* 1.

γ) ex mente *concil. Trid. ſeſſ. VII. can.* 1.

δ) *cit. l. ſeſſ. VII. c.* 9.

δδ) non præciſe *mores* ad imaginem CHRISTI compoſitos. *c.* 23. *ſqq. de conſecr. D.* 4. *c.* 7. *X. de cohab. cler. et mul.*

di, quod facit ecclesia ε): (4) receptos et approbatos catholicae ecclesiae ritus in sollemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, sine peccato a ministris omitti, aut in nouos alios per quemcunque ecclesiae pastorem mutari non posse ζ): (5) legitimos sacramentorum ministros esse in *ordine* et *confirmatione episcopum diaecesanum* duntaxat; in ceteris etiam presbyteros *parochos* regulariter, quod *sacramentorum* exhibitio ad iura parochialia relata. η)

§. IX.

E contrario protestantes duntaxat admittunt duo sacramenta, *baptismum* et *S. coenam*, *nec characteris impressionem* agnoscunt; multominus in ministris desiderant *intentionem*, si modo recipiens desiderauerit, sibi ea ministrari. θ)

§. X.

PRIMVM sacramentum, quod *h. t.* traditur, est *eucharistia*, seu *S. coena*, quod conficitur in *missa*, mediante qua *consecratio* et *transsubstantiatio* effici et DEO exhiberi *sacrificium* creditur,

ε) ex mente *concil. Trid. cit. l. c.* 11.

ζ) *concil. Trid. cit. l. c.* 13.

η) vid. supra *h. libr. tit.* 29. §. 6. *p.* 457.

θ) Contra reliqua sacramenta copiosius disputat ANTON. MATTHAEI *in manual. ad ius canon. lib. II. tit.* 2. *p.* 124. *sq.* obseruatque inique exclusos a matrimonio clericos, si est *sacramentum*; nec preces ad DEum a classe sacramentorum excludendas esse, si *poenitentia* sacramentum. Addo, mirandum esse, consecrationem altarium et ecclesiarum ad sacramenta non esse relatam, quam tamen *iuris diuini* esse, et imprimere *characterem indelebilem*, singularemque *gratiam diuinam* operari, constituunt.

tur. ι) Est ergo MISSA ex mente *concilii Tridentini*, *sacrificium diuinum*, *in quo idem ille Christus continetur*, *et incruente immolatur*, *qui in ara crucis semel seipsum cruente obtulit*. κ) Atque hoc *propitiatorium* esse, nec soli prodesse sumenti, sed pro *viuis* et *defunctis*, λ) pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, et aliis *necessitatibus* offerri debere censet. μ)

§. XI.

INDE vero colligunt, (1) sacrificium hoc ad *communia* et præcipua *officia diuina* pertinere, nec necesse esse, vt, qui missæ intersunt, sacramentaliter eucharistiæ perceptione communicent: ν) (2) missam vel *publicam*, vel *priuatam* esse, illis proficuam, tum qui ad corpus CHRISTI pertinent, tum præcipue iis, *pro quibus* ea celebratur: νν) (3) tantum *sacerdotes* hoc sacrificium peragere posse, non *diaconos*, ξ) et quidem *semel* tantum in vna die; ο) excepto die *natiuitatis dominicæ*: π) (4) celebrandum illud esse in *sacro altari*, etiam *viatico*, cuius vsum præcipue habent episcopi, ϱ) aliique, qui non semper pos-

ι) ex mente *Trident. concil. sess.* XXII. *cap.* 2. *et can.* 1.

κ) Recitaui verba *concilii Tridentini cit. l. c.* 2.

λ) *c.* 2. *X. h. t.*

μ) *conc. Trid. cit. l. can.* 3.

ν) *conc. Trid. cit. l. cap.* 6.

νν) *c.* 2. *X. h. t.*

ξ) *c.* 2. *X. de cler. non ordin. ministr. c.* 1. *vers. vna X. de summ. trinit.* ibi: *et hoc sacramentum nemo potest conficere nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus*, ob rationem, quæ traditur in *c.* 15. *X. de fil. presbyt. non ordin.* Interim sine suffragio ministri celebrare sacerdos nequit *c.* 6 *X. in f. de fil. presbyt non ordin.*

ο) per *c.* 53. *de cons. D* 1. *quia Christus semel passus est et totum mundum redemit.*

π) *c.* 3. *X. h. t. c.* 48. *de cons. D.* 1.

ϱ) *c. f. de priuil. in* 6.

possunt ad ecclesias accedere pro missa aud
vel celebranda: 5) et quidem in *vestibus sa*
talibus, adhibitisque ceremoniis, benedic
bus, luminibus etc. σ) Denique 6) a
celebrandum. σσ)

§. XII.

MISSAE partes ab antiquo omnino fu
duæ: altera *catechumenorum*, cui etiam int
poterant *catechumeni* et *pœnitentes*, quæqu
tione claudebatur, quæ olim pars missæ er
altera *fidelium*, cui tantum intererant *fide*
stantes, eiectis olim *catechumenis* et *pœnite*
et clausis ianuis. υ) Eius initium erat *symb*
citatio, quam sequebatur *oblatio panis* et
offerentium nominibus recitatis, atque Dec
mendatis. Tandem *consecrationis symbo*
eucharisticorum actus et *communio* offere
præcipuum ἔργον erat. φ)

§. XIII.

CONSECRATIO fit per recitationem
nis missæ, φφ) cuius *consecratoria verba*, χ)
secrete, ψ) *distincte*, et *attente* sacerdos pr

σ) Rationem hanc addit *concil. Trid. cit. sess. XXII. de sacrif. miss. c.* 5. *quo et maiestas tanti sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per hæc visibilia religionis et pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.*

σσ) *c.* 2. X. *h. t.*

τ) BONA *lib. II. rer. liturg. c.* 7. §. 6.

υ) IDEM *cit. l.* §. 1. Ex *disciplina arcani* hic n
ginem traxit.

φ) Quod omnes,
ferrent, communicare
eoque nulla missa sine
nione fidelium esset.

φφ) De his vid. *c.*
h. t.

χ) quam exponit i
de cons. D 2. AMBR
Hodierna formula p
est, allata in *missal*
p. 235. *sqq.*

ψ) contra *Nov.* 1

hæc sunt: *hoc est enim corpus meum.* Et in consecratione vini: *hic est enim calix sanguinis mei, noui et æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Hisce verbis tanta vis tribuitur, vt *transsubstantiationem panis et vini*, aqua miscendi, ω) inducat, α) et *deificatio* sacerdotibus adscribatur. β) Hisce subiunguntur preces, benedictionesque cum *fractione hostiæ*, γ) et tandem *communio fidelium*, si qui adsunt; alioquin *solus sacerdos* sibi communicat, et quidem sub vtraque. Laici si communicant, duntaxat sub vna communicant, δ) et quidem *ter* in anno; ε) præcipue vero sub pœna excommunicationis ex *præcepto* ecclesiæ *tempore paschatos*, ζ) præuia confessione peccatorum η) in propria parochia. ϑ)

§. XIV.

Sacerdos, ait BONA *cit. l. c. XI §. 1. quasi ingressus in sancta sanctorum secreto cum DEO loquitur, vt rei diuinæ hac silentii grauitate maior reuerentia concilietur.*

ω) vt etiam aqua cum vino in sanguinem mutetur; *c. 6. vers. quæ suisti X. h. t.* plus tamen de vino quam de aqua sumendum sit. *c. 13. X. h. t.*

α) *c. 1. X. de summ. trin. c. 6. ab init. X. h. t.*

β) quod illustratum est *tom. III. h. t. §. 13. sqq.* Inde *maiestas* et *auctoritas sacerdotalis* petenda: inde quoque est, quod *adorationis* actus statim subiungatur: eucharistia consecrata *adorationis* causa custodiatur et exponatur secundum *conc. Trident. sess. XIII. de reform. c. 5.*

γ) in *missali Rom. cit. l. p. 237. sqq.* traditæ.

δ) Ante seculum XII communio sub vtraque adhuc obtinuit. *c. 12. de cons. D. 2.* Sed hoc seculo calix laicis subtractus ex variis rationibus adlatis *tom. III. h. t. § 24. sqq.* conf MABILLON *in muss. Ital. tom. II commentar. in ord. Rom. p. 61.*

ε) *c. 16. et c. 19. de cons. D. 2.*

ζ) *c. 12. X. de pœnit. et remiss.*

η) *cit. c. 12. de pœnit.*

ϑ) *clem. 1. de priuil. cit. c. 12.*

§. XIV.

IN hoc ſacramento S. cœnæ longe diſcrepant proteſtantes a doctrina hactenus expoſita. Etenim (1) nullum *ſacrificium* in miſſa conſtituunt, licet maiores noſtri preces et orationes *vera* chriſtianorum *ſacrificia* dixerint. (2) Conciones *more antiquo* miſſæ ſeu liturgiæ ſuæ adiungunt. (3) Sine *communione fidelium* non concipiunt ſacramentum euchariſtiæ. (4) Nullam *tranſſubſtantiationem* aut *deificationem* aut veram *conſecrationem* per recitationem verborum inſtitutionis huius ſacramenti fieri credunt. (5) Laicis calicem ſubtractum reſtituerunt. (6) Nunquam ſibi ſoli communicat miniſter eccleſiæ, imo (7) hoc miniſterium etiam peragunt *diaconi*, nec *ſacerdotis* miniſterium præciſe deſiderant. *t*) Vnde (8) etiam ab omni *adoratione*, *u*) confeſſioni ſuæ repugnanti, abſtinent. *x*) Nec denique (9) conſecrant hoſtias in futuros vſus, aut eos aſſeruant in hierotheca. (10) Nemo cogitur ad vſum S. cœnæ, ſed tantum ſedula adhortatione adducitur a miniſtris eccleſiæ. Interim etiam apud illos eſt actus parochialis, et *confeſſio peccatorum generalis* præmittitur.

§. XV.

EFFECTVS euchariſtiæ eſt *communio*, (a) et ſic nemo, qui adhuc membrum eccleſiæ *integrum* eſt, excludi a ſacra cœna poteſt, ſed demum

t) An vero laici in defectu paſtoris S. cœnam miniſtrare poſſint? problema eſt, excusſum *tom. III. h. t.* §. 37. *ſqq.*

u) laicis iniuncta in *elevatione ſalutaris hoſtiæ. c.* 10. X. *h. t.*

x) vt ſaluo inſtrumento pacis ad eam cogi nequeant in *transportatione venerabilis* ad ægrotantes.

mum excommunicatus: λ) (b) quod merito hæc ipſa publice in *eccleſia* ſeu *cœtu fidelium* fieri, et nemo ſe ſeparare debeat, exceptis ægrotantibus et debilitatis, nimioque ſenio confectis.

TIT. XLII.

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

TIT. XLIII.

DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

SYNOPSIS.

Baptismus quid? quia eſt initiationis ſacramentum, reiterari non debet. I. Non baptizatus ordines recipere nequit. Paruuli etiam initiandi ſunt, vt tamen parentes infideles cogi nequeant ad liberos baptismo offerendos. II. Adulti volentes et ſatis præparati baptizandi. III. Peragenda hæc initiatio in eccleſia parochiali, non domi aut in eccleſia conuentuali. IV. Olim præmittebatur abrenunciatio in cœtu fidelium, et quidam ex illo ducebant catechumenum ad locum, vbi aqua erat; qui repræſentabant eum. V. Inde patrini inualuerunt, quorum qualitates traduntur. VI. Ius dandi baptismum habet parochus reſpectu patris; in caſu neceſſitatis quilibet. VII. Fit per trinam immerſionem vel

λ) *c.* 15. *de conſ. D.* 2. Conf. *tom.* III. *b. t.* §. 46. *ſqq.*

vel adspersionem, adhibita consueta inuocatione trinitatis. VIII. Effectus eius ecclesiastici et ciuiles. IX. Huius appendix olim erat confirmatio per manus impositionem episcopi, sed hodie per inunctionem chrismate factam. X. Protestantium sententia et modus confirmandi. XI. Quartum est ordinatio, quintum vero extrema vnctio, per quam aegrotantibus medicina corporis et animae applicatur. XII. Quam ob causam vltimo supplicio adficiendi non inunguntur? Confectio olei fit ab episcopo, applicatio autem a presbytero parocho. XIII. De sacramento matrimonii et poenitentia remissiue. XIV.

§. I.

SEQVITVR BAPTISMVS, quod est *sacramentum initiationis, quo facta per parochum ablutione adhibitisque verbis ex sacris petitis, quis in foedus diuinum, et simul in societatem ecclesiasticam atque christianismum recipitur.* Quia *initiationis sacramentum* et simul *actum parochialem* constituit, consequens est, et quidem *prioris* (1) *vt reiterari non debeat*, μ) modo (a) in *S. Trinitatis inuocatione* baptismus peractus: ν) (b) constet certo, quod quis baptizatus sit; in dubio ergo baptismus conferendus, ξ) ex doctrina tamen iuris canonici non aliter, quam *conditionate;* ο) qua tamen subtili cautela non vtuntur protestantes.

§. II.

μ) vid. *tit. X. de apost. et reiter. bapt.* et *t. t. C. ne sanct. baptism. iter.* Ius canonicum supponit per baptismum imprimi *characterem indelebilem*, *c. 3. X. h. t.*

ν) *c.* 28. *c.* 32. 43. *sqq. de cons. D.* 4. *E.* Arianorum et Socinianorum baptismus invalidus est. *c.* 84. *c.* 109. *de consecr. D.* 4.

ξ) *c.* 110. *de consecr. D.* 4 modo iusta dubitandi caussa adsit. *c.* 3. *in f. de presbyt. non baptiz.*

ο) *c.* 2. *X. h. t.* quod intentionem in baptizante desiderent.

§. II.

ALTERVM consequens est, *vt non baptizatus ordinari nequeat*, et de facto ordinatus non recipiat characterem. π) Tertium est, *vt etiam paruuli baptizari possint et debeant*, ρ) quippe qui in fœdus ecclesiasticum et diuinum hoc modo recipi possunt, vt *parentes christiani*, catholicæ et A. C. addicti, adigi queant ad liberos lauacro huic offerendos; σ) non item *parentes infideles*. τ)

§. III.

QVARTVM est, vt *adultus non nisi libera voluntate hoc sacramento initiari*, et in fœdus diuinum et ecclesiasticum recipi debeat. Hi enim ante omnia conuersione et instructione sedula præparandi sunt, υ) quæ non cadunt in *nolentes*. Vnde iudæi pœnitentia et abstinentia XL dierum ad baptismum olim præparati, φ) *catechumeni* dicti, in *audientes* et *competentes* distincti, χ) variisque ritibus, diuerso tempore præ-

π) *c. 1. X. de presb. non baptiz. c. 5. eod.* ibi: *cum baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum.*

ρ) *c. 3. X. de bapt c. 7. 8. 74. 76. 129. 130. 138. de conf. D. 4.*

σ) *R. I. de a. 1529. §. 6.*

τ) vt euici contra ZASIVM *tom III. tit de conuers. infid. §. 46. sqq.* ostendique, iudæorum liberos contra parentum voluntatem ad baptismum rapi non posse. Idem quoque de *Anabaptistis toleratis* asserendum reor.

υ) *c. 54. de conf. D. 4. c. 96. eod. c. 3. X h t.*

φ) *c 98. de conf. D. 4.*

χ) Discrimen hoc explicatum est *tom. III. h. t. §. 12. sqq.*

præmittendis, tandem ad baptismum admissi. ψ) In nonnullis præterea prouinciis ante baptismum iudæorum *consistorii decretum* desideratur; ω) quamuis de iure canonico simplex *actus parochialis*, non *iurisdictionis episcopalis* sit. α)

§. IV.

QVINTVM est, *vt hæc initiatio fieri debeat in ecclesia seu cætu fidelium*, in quem baptizandus recipiendus, β) et ita merito ad *coitiones* christianorum *sollemnes* differendus esset baptismus, quod hæ proprie, non *locus*, constituant *ecclesiam*. Olim in baptismalibus tantum ecclesiis: sed iure nouo in *parochialibus* fieri debet, quia est *actus* præterea *parochialis*, γ) vt *domi* absque *dispensatione*, extra casum *necessitatis*, infantes haud initientur. Vnde nec in *ecclesiis conuentualibus* baptismus confertur. δ)

§. V.

HVNC in finem (1) primitus *in cætu fidelium* ante baptismum, in flumine peragi solitum, ε) fiebat sollemnis *abrenunciatio*, ζ) qua mediante in

ψ) Succincte de his ritibus egi *tom. III. h. t.* §. 16. vnde etiam liturgia in infantum baptismo composita est.

ω) *ord. eccl. Magdeb. c. III.* §. 25.

α) vt responso illustraui in *append. tom. III. p.* 1345. *sqq.*

β) *c.* 45. *de cons. D.* 4.

γ) Huius hodie magis ratio habetur, quam illius; quod in ea ecclesia quis baptizandus, cui per baptismum iungendus, vt supra *tit. de paroch. p.* 456. *lit. a. in notis* obseruaui.

δ) *c.* 7. C. 18. *q.* 2. *clem.* 2. *de priuil.*

ε) IVSTIN. Martyr. *in apol. II. p. m.* 93.

ζ) TERTVLL. *de coron. c.* 3.

us ecclesiæ recipiebatur catechumenus *nus impositione* antistitis, *η*) quæ *abre-io* ad hodierna vsque tempora conseruata (2) A quibusdam ex fratribus ad locum, a erat, ducebatur, in quorum præsentia gebatur, *ι*) qui repræsentabant ecclesiam, *auctoritate* et *decreto* eum offerebant, ii baptismi collati *testes*, et baptizatorum *tres* vel *sponsores.* *κ*)

§. VI.

DE *patrinorum* petenda origo, in infan-ptismo, imo et tunc inprimis necessario-bi *extra cœtum fidelium* hæc initiatio fa-uod ad minimum hi illum *repræsentare* nt, cui baptizatus associandus. Vnde (a) um munere catechumeni, excommunica-nitentes, et non confirmati exclusi. *λ*) retici, vtpote ab ecclesia alieni, haud ad-et sic merito diuersæ religionis consortes endi. *μ*) (c) Munus patrini est merum r humanitatis, ad quod nemo inuitus co-st. (d) Numerus patrinorum in se qui-dem

TVLL. *cit. l.* ibi: *sub manu contestamur.* us fit mentio in *c.* 95. D. 4.

STIN. *cit. l.* ibi: *de-ntur a nobis, vbi est* ui eos, EODEM tele, nt ad fratres, vbi iti erant, post baptis-mum, eumque ad S. cœnam admittebant, vt initiatus *communionis ecclesiasticæ* plene particeps fieret.

κ) vid. TERTVLL. *de bapt.* *c.* 18. conf. *c.* 105. *de conf. D.* 4.

λ) *c.* 102. *de conf. D.* 4.

μ) de praxi dixi *tom. III.* *h. t.* §. 41. *sqq.*

dem arbitrarius est, restrictus tamen tum iure canonico, ν) tum passim legibus prouincialibus.

§. VII.

QVIA vero, vt §. I. dixi, ad *actus* simul *parochiales* refertur, inde est, quod regulariter ius dandi baptismum *parochis*, ex persona *patris* primario aestimandis, (si parentes diuersae religionis sunt) competat. Vbi in mora est periculum, quilibet laicus, etiam obstetrix, hoc officio fungitur, ξ) *parocho* postea ritus consuetos omissos in catholicorum ecclesiis supplente. Nemo tamen semet ipsum baptizare potest, nequidem in casu necessitatis. ο)

§. VIII.

HAEC initiatio olim facta *trina immersione*, seculo XII adhuc in *occidente*; π) in oriente etiam hodie vsitata, adhibitis verbis consuetis: *ego te baptizo in nomine patris, filii et Spiritus S.* Ast loco immersionis in *occidente* trina *aspersione* vtimur, ππ) et quidem *aqua naturali*. Non ergo (1) sufficit alius liquor vel saliua: ϱ) (2) nec omittenda verba: *ego te baptizo*, σ) quam formulam tamen nullibi sacra scriptura praescribit, vt vel *trinitatis inuocatio* sufficiat, qua omissa, baptis-

ν) vt duo diuersi sexus tantum admittendi. *c. f. de cognat. spirit. in 6.*

ξ) *c. 21. 36. de cons. D. 4.*

ο) *c. 4. X. h. t.*

π) CANISIVS *tom. III. lect. antiq. P. 2. p. 60. edit. nouiss.*

ππ) non *orientales*, adeo vt *occidentales* *aspersos* quandoque rebaptizauerint. *c. f. X. h. t.*

ϱ) *c. 5. X. h. t.*

σ) *c. 1. X. h. t.* vtpote qua exprimitur *intentio baptizantis*, quam ius canonicum primario desiderat.

s irritus est. τ) Sollemnia sunt arbi- ;iantque, vt baptismo nihil addant vel t. υ)

§. IX.

ECTVS *baptimi* est, (1) quod baptiza- *bristianus* υυ) et membrum illius eccle- s *confessionem* ante baptismum fecit, et idulti *immediate:* φ) paruuli, et qui alias spondere non possunt, *mediate* per pa- ;) De iure canonico fiunt *subditi reipu- esiasticæ*, beneficiorum ecclesiasticorum s, si in clerum admissi. ψ) (2) Infide- izati macula, qua laborabant, liberan- tque *honesti*, vt ad honores, ciuium iu- llegia opificum admitti queant. (3) Li- a *censu tolerantiæ*, quem ante baptis- ·æstabant, et omni nota seruitutis. ω) cipia infidelium olim mox fiebant libe- oluto tamen dominis pretio, β) et sic itres infideles cogi possunt, ad liberos sua potestate dimittendos, saluo horum edendi: neque enim statim a viuentibus us legitimam petere possunt. (5) Quia canonico *subditi* ecclesiæ *vniuersalis* fiunt,

09. *de cons. D.* 4.
iuris mere positiui
quidem *exorcismis*
qui infantum ba-
apte adhibentur,
niuersalis ecclesia-
lantium dici pos-
om. III. b. t. §. 27.

X. *b. t.*

φ) *c.* 77. *de cons. D.* 4.
χ) *c.* 74. 75. *ibid.*
ψ) *c.* 7. *X. de rescript.*
ω) qua iudæi secundum quid laborare dicuntur. *c.* 13. *X. de iudæis. c.* 21. *in f. de testib.*
α) *l.* 56. §. 3. *C. de episc. et cleric.*
β) *c.* 19. *X. de iudæis.*

fiunt, cogi possunt ad fidem christianam retinendam, γ) et ad priores errores reuertentes, vt apostatæ, puniuntur. Denique (6) inducit *cognationem spiritualem* cum baptizante et patrinis. δ)

§. X.

BAPTIZATVS olim mox ε) *manuum impositionem* et *vnctionem* accipiebat ab episcopo, in argumentum *confirmationis in fide*, ad exemplum apostolorum, ζ) vt sic *accessorium* et *appendix baptismi confirmatio* esset. In *occidente* hanc qualitatem deposuit, postquam a paruulorum baptismo separata, et dilata ad tempus, quo infantiam egressi. Imo in ecclesia Romana CONFIRMATIO est tertium *sacramentum*, ζζ) quo *episcopus infantiam egressos chrismate vngit, vt baptizati per Spiritum S. roborentur.* η) Ritibus præscriptis statisque peragitur, ϑ) adhibitis etiam nouis patrinis, et facultate, nomen suum mutandi, impetrata.

§. XI.

MONENT vero protestantes, hodie confirmationem per vnctionem cum *chrismate*, adhibita formula sollemni, ι) fieri, cum tamen nec hæc,

γ) *c.* 94. *de cons. D.* 4. *c.* 3. *X. h. t.*

δ) de qua *lib. IV. tit. XI.* speciatim agendum.

ε) teste TERTVLLIANO *de baptism. c.* 7. *et* 8.

ζ) *Act. VIII*, 15. *seqq. XIX*, 6. quorum successores dicuntur episcopi.

ζζ) *c.* 3. *de cons. D.* 5.

η) *c.* 5. *de consecr. D.* 5.

ϑ) traditis *in pontific. Rom. P. I. p.* 1.

ι) quæ hæc est: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.* Sed antiquitus substi-

hæc, nec illa in ſacris præſcripta, et confirmatio apoſtolica, per *manuum impoſitionem miraculoſam*, adhibitis precibus, vnice facta fuerit. Retinent tamen nonnullæ eccleſiæ vtiliter hunc ritum in adultiori ætate iam conſtitutis, hoc modo, (1) vt confirmandi fœderis baptismalis ſerio admoneantur: (2) profeſſionem per patrinos olim factam ipſimet repetant: (3) profeſſionem publice fidei edant: (4) preces ſuper confirmandis fundantur, adhibita manuum impoſitione. κ)

§. XII.

QVARTVM ſacramentum in *ordinatione* quæritur, quæ itidem *vnctione* vtplurimum peragitur, de qua iam alibi λ) actum. Succedat ergo quintum *vnctionis ſacramentum*, quod per *vnctionem extremam* in ægrotantibus peragitur, vt eis ſit *medicina corporis et animæ*, ceu *confectio olei infirmorum* μ) deſignat. Fundamentum eius ex ſacris ν) petitur, tantæ virtutis, vt operetur *gratiam* et *remiſſionem peccatorum*, ξ) et tamen negatur vltimo ſupplicio afficiendis, qui eadem gratia et remiſſione peccatorum indigent.

§. XIII.

ſubſtiterunt in *manus impoſitione* epiſcopi, *c.* 1. *de conſecrat. D.* 5. vt in *c.* 4 ibid. dicatur etiam *manus impoſitionis ſacramentum*, et quia acceſſorium ſacramenti initiationis fuit, iterari non debuit. *c.* 8. *ſq. ibid.*

κ) Modum conuenientem hunc *confirmationis* ritum peragendi, tradidi *tom. III. in diſſ. prælim p.* 83.

λ) *lib.* 1. *tit.* 15. *p.* 97.

μ) tradita in *pontific. Rom. p.* 573.

ν) inprimis *Iac. V,* 15.

ξ) *concil. Trident. ſeſſ. XIV. c.* 2.

§. XIII.

VIDELICET a more iudæorum, cui addictissimi fuerunt primi fideles, hunc morem traxit IACOBVS, qui in vnctione, adhibitis incantamentis, solebant sanare ægrotantes, quem morem per indirectum damnat apostolus, suadetque, vt aduocentur potius seniores, qui inungerent infirmos, adhibitis piis precibus. ο) Non alii ergo inungendi, quam ægrotantes, qui demum sanandi, non vltimo supplicio afficiendi. Iterari ergo potest, quod periculum mortis sæpius instare queat. π) Denique inunctio fit per *presbyteros* parochos, ρ) sicuti olim per seniores ecclesiæ: ipsa autem *confectio huius olei infirmorum* in cœna Domini, ritu sollemni, σ) ab episcopo peragitur, et singulis parochis ita confectum quotannis traditur.

§. XIV.

SVPERSVNT adhuc duo sacramenta ex mente iuris canonici, *matrimonium* et *pænitentia*. Sed quia illius doctrina est amplissima, integro *libro IV.* reseruata; huius vero causa, cum in *pœnam ecclesiasticam* degenerauit, ad censuras ecclesiasticas est reiecta, τ) quod fere hic respectus in ea præualeat, *lib. V.* de hac agendi locus erit.

TIT.

ο) vid. *tom. V. tit.* 38. §. 38.
π) *concil. Trid. sess. XIV. c.* 3.
ρ) *c.* 14. *X. de V. S. conc. Trident. c. l.*
σ) tradito in *pontif. Rom. p.* 569.
τ) *lib. V. tit.* 38.

TIT. XLIV.

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE, CHRISMATIS ET ALIORVM SACRAMENTORVM.

TIT. XLV.

DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORVM.

SYNOPSIS.

Inseruiunt etiam ecclesiae consecratae custodiae eucharistiae et SS. reliquiarum. In quem finem illa custodiatur? Aliae res profanae non sunt custodiendae in ecclesiis. I. *Missae etiam in illis celebrantur in honorem et memoriam sanctorum.* II. *Sancti quinam dicantur in sensu iuris canonici?* III. *Auctoritas et decretum pontificis cum sollemni canonisationis actu desideratur, vt quis pro sancto habeatur. Beatificatio olim ab episcopis fieri poterat.* IV. *Miracula exposcunt in sanctis, debito modo qualificata.* V. *Effectus canonisationis. Protestantium discors sententia.* VI.

§. I.

Ecclesias consecratas inseruire cultui sacro et sacramentorum exhibitioni dictum est. Praeterea vero adhuc duplicem vsum praestant: (1) quod in ea custodienda sint *eucharistia*, chrisma, oleum infirmorum, et catechumenorum, reliquiae SS. et vasa sacra cum linteis. Quia per consecrationem eucharistiae *transsubstantiatio* fieri creditur, *hostiae*, ante vsum, consecrandae et *fideli custodia* conseruandae, v) quo (a) semper

v) *c. 1. X. de custod. euchar.*

per in promtu sint, et ad ægrotantes deferri queant: (b) in cultu publico vel processionibus φ) exponi ad adorandum possint. Ipsius *custodiæ* locus est *ciborium* vel *tabernaculum*, quod est pars altaris, vbi reponitur pyxis, in qua asseruatur hostia consecrata, χ) vt adeoque ipsa hierotheca seu pyxis a tabernaculo distingui debeat. ψ) Custodiæ reliquiarum locus est in ipsa altaris fenestella, *sigillo* clausa. ω) Aliis supellectilibus propriis aut alienis clerici exponere non debent ecclesias, nisi ob repentina incendia, incursus hostiles, vel alias necessitates. α)

§. II.

ALTER vsus est, quod in iis *veneratio* sanctis exhibeatur, in quorum honorem etiam missæ celebrantur. β) *His eorum patrocinia implorat ecclesia Romano-Catholica, vt ipsi pro nobis intercedere dignentur, quorum memoriam facimus in terris*, vt aiunt patres Tridentini. γ) Hæc memoria Sanctorum in terris et imploratio patrocinii eorum nouum cultum peperit, vt Sanctorum causa ecclesiæ et monasteria in copia

φ) maxime *in festo corporis Christi*. v. *conc. Trid. sess. XIII. de reform. c.* 9.

χ) DV FRESNE *in gloss. ar. voce tabernaculum*.

ψ) In *pontificali Rom.* tamen *p.* 511. ipsa pyxis vocatur *tabernaculum*, ceu docet titulus: *de benedictione tabernaculi siue vasculi pro sacrosancta eucharistia conseruanda*. Cautius loquitur *concil. Trident. sess. XIII. de reform. c* 6 et locum custodiæ *sacrarium* vocat, in altari maiori positum, et bene clausum. Conf. BARBOSA *ad concil. Trid. cit. l.*

ω) vt dictum *tit. XL huius libr* §. 5. *p.* 521.

α) *c.* 2 *X. de custod. euchar.*

β) *concil. Trid. sess. XXII. c.* 3.

γ) *cit. sess. XXII. c.* 3.

pia immensa exstructa fuerint, imo nulla ecclesia, nulla altaria esse queant, quae sanctis eorumque reliquiis careant.

§. III.

SANCTI *generatim* in sacris vocantur fideles, fide in Christum singulariter conspicui. δ) *Speciatim* vero olim *martyres*, ε) quorum memoriam, vt ceteros omnes ad eorum imitationem traherent, quotannis celebrabant. ζ) Nunc vero κατ' ἐξοχὴν dicuntur, qui ob *vitae integritatem puriorem et miraculorum praestantiam auctoritate pontificis R. sanctorum in censum relati sunt.*

§. IV.

VT quis pro *sancto* habendus sit et colendus, ante omnia desideratur *auctoritas pontificis Romani*, η) praeuia grauissima et sedula inquisitione, tum in *vitam* tum in fidem *miraculorum*, iis adscriptorum in vita et post mortem, θ) accedente *decreto* pontificis R. ι) et sollemni cano-

δ) *Rom. I*, 7. per quam puri et mundi facti erant, a mundo separati.

ε) EVSEB. *lib. IV. c.* 15.

ζ) Inde horum *menologia* collecta sunt tam in *orientali* quam *occidentali* ecclesia. *Menologium graecorum*, iussu BASILII imperatoris olim collectum, nuper integrum editum est *Vrbini* 1727.

η) *c.* 1. *X. de vener. sanct.*

θ) Hoc illustrant *acta canonizationis sanctorum* PII V. *pont. max. Andreae Auellini, Felicis a Cantalicio et Catharinae de Bononia habitae a* CLEMENTE XI, collecta per IVSTINIANVM CHIAPPONI, et Romae anno 1720. edita

ι) vid. *biblioth. Angl. tom. X. P. I. p.* 103.

nonisationis actu. Sola *episcoporum* auctoritas non sufficit, nisi vt quis pro *beato* in illa dioecesi habeatur, quem actum *beatificationem* vocant. ϰ)

§. V.

IN causae cognitionem penitiorem venit non tantum *vitae* candidati *puritas*, secundum formulam Romanae ecclesiae composita, sed praeterea *miracula*, vt operationes ediderit reuera *supernaturales*. Hunc in finem etiam medici, philosophi, et alii professores a *congregatione extraordinaria* in consilium simul vocantur. His enim potissimum animum firmari constituunt, vt religionis christianae per ea agnoscat veritatem. λ) Eo maiori autem opus esse sollertia, vt vera a falsis et diabolicis, imo fictis λλ) discernantur miraculis. μ)

§. VI.

ϰ) Copiose de hoc argumento scripsit cardinalis PROSPER de LAMBERTINIS anno MDCCXL. sub nomine BENEDICTI XIV. ad cathedram Petri euectus, *de seruorum Dei beatificat. et beatorum canonisat.* vbi *lib. I. c.* 10. monstrat, olim quidem *ius beatificandi* episcopis competiisse; sed pedetentim etiam hoc ius priuatiue ad sedem Romanam tractum, maxime VRBANI VIII. bulla, solos illos *beatos* excipientis, qui ante eius decretum de a. 1634. in possessione vel quasi huius honoris fuerunt, vt pro *beatis* in *certa prouincia* culti fuerint. Ipsa bulla VRBANI VIII. *de a.* 1634. *d.* 5. *Iul.* relata est *tom. IV. bullar. magni p.* 196. *sqq.*

λ) *Cardin. de* LVCA *tom. VII. in relat. cur. for. disc.* 18. *n.* 14. *sqq.*

λλ) *c.* 1. *X. de reliq. et vener. SS.*

μ) De *notis*, vnde ea distingui queant, egit anno MDCCXXXVII auctor anonymus sub tit. *traité dogmatique sur les faux miracles du tems en reponse aux differens ecrits faits en leur faveur.* vid. *Memoires des Trevoux de anno* 1737. *mens. Ian. art.* 65.

§. VI.

EFFECTVS *canonisationis* est, vt memoriae et *venerationi* μμ) *vniuersali* eius dies certus ν) assignetur, atque celebretur: iuramenta super eius reliquiis praestentur, et hae consecrationi templorum inseruiant. Talem vero vsum protestantes non agnoscunt, in sola intercessione Saluatoris, inter DEVM et homines mediatoris, acquiescentes.

TIT. XLVI.

DE OBSERVATIONE IEIVNIORVM.

SYNOPSIS.

Differentia inter ieiunium et abstinentiam. I. Ieiunia sunt vel libera vel necessaria hoc iure. II. Ieiuni a ieiunantibus differunt. Quinam actus a ieiunis suscipiendi? III. Necessaria praecise obligant, nisi relaxentur. IV. Etiam in poenam degenerata, quod poenitentia quoque poenae species facta. V. Poenitentialium dierum effectus et ratio. VI.

§. I.

IEIVNIORVM religio cultui sacro quoque destinata est, tum in vigiliis festorum praecipuorum: ο) tum aliis diebus statis, tum denique *poeni-*

μμ) *c.* 6. *X. de celebr. miss.*

ν) *Mortis* videlicet, qui in bulla canonizationis designatur. Vnde *acta SS.* secundum seriem dierum et mensium hodie consignari solent.

ο) *c.* 1. 2. *X. h. t.*

pœnitentiæ cauſa, vel ob *votum* obſeruanda. Differt vero IEIVNIVM ab ABSTINENTIA, quod illud *totalem abſtinentiam a cibis vsque ad veſperam:* hæc vero tantum *a carnibus, et parſimoniam in ipſis cibis inducat.* π) Pleraque ieiunia in hac, non vero in *totali abſtinentia* conſiſtunt, veluti ſexti et ſeptimi diei, quadrageſimale, vigiliarum etc.

§. II.

IEIVNIA in ſe *libera* ſunt, et primis chriſtianismi natalibus libera fuerunt. ϱ) *Neceſſaria* fiunt tum ex *voto*, proprio motu ſuſcepto: tum ex *præſcripto legis eccleſiaſticæ:* tum ex præcepto magiſtratus vel confeſſionarii: σ) tum ex *obſeruantia eccleſiæ* particulari, τ) et *regulari.* ττ) Semper tamen (a) a ieiunio et abſtinentia exceptus eſt *dies dominicus*, quo ieiunare nefas: υ) vt ſi *vigiliæ* in hunc incidant diem, die ſabbathi præcedentis ieiunetur. φ) Præterea (b) ieiunia ita ſeruanda, ne in *opus operatum* degenerent, ſed mens potius ab iniquitatibus vacet. χ)

§. III.

π) *qui a carne abſtinet, nequaquam ſumtuoſiora marinarum belluarum conuiuia præparet*, vt dicitur in *c.* 6. *D.* 4.

ϱ) TERTVLL. *de ieiunio c.* 2.

σ) vt in pœnitentiam indictum.

τ) *c.* 11. *D.* 12.

ττ) *c. f. X. h. t.*

υ) *c.* 7. 17. *D.* 30. *c.* 14. *de conſ. D.* 3. *c.* 8. *D.* 76.

φ) *c.* 1. *et* 2. *X. h. t.* Quid ſi natiuitatis feſtum in feriam ſextam incidat? *c.* 3. *X. h. t.*

χ) *c.* 23. *de conſecr. D.* 5. ibi: *nihil prodeſt homini ieiunare, niſi mens ab iniquitate cohibeatur.* conf. *c.* 12. *D.* 86. *c.* 19. *c.* 24. *de conſ. D.* 5. Sed hoc præcaueri nequit, niſi ieiunia ſint libera.

§. III.

A *ieiunantibus* præterea et *abstinentibus* distinguendi *ieiuni*, qui tantum *prandium* vel ciborum sumtionem in tempus breue differunt, et quidem *olim* vel ad statam horam, qualis erat *nona*, quod officium ieiunorum vocabant *stationes*, ψ) vnde nata abstinentia *sextæ* et *septimæ feriæ*: vel vsque ad certum actum sacrum finitum. Nam (1) celebratio missæ a *ieiuno* sacerdote peragenda ω): (2) pariter communio laicorum α): (3) ordinationes β): (4) confirmatio quoque ieiunis impertienda, et a ieiunis ministranda: γ) (5) iuramenta.

§. IV.

NECESSARIA ieiunia ex *præcepto legis ecclesiasticæ* simpliciter obligant, vt antepaschale, quadragesimale, quatuor temporum, δ) rogationum, aduentus, et *vigiliarum*. Horum violatores pœnitentias subire debent, nisi remissa fuerit obligatio, vt intuitu ægrotantium, et infirmorum, atque speciali ab episcopo impetrata dispensatione.

§. V.

QVIA *ieiuniorum* primarius scopus fuit *pænitentia* ab antiquo, vt eo magis hoc officio humilis animi deuotio excitaretur, spurium hunc pro-

ψ) TERTVLL. *de ieiun.* c. 2.
ω) c. 16. C. 7. q. 1.
α) c. 54. *de cons.* D. 2.
β) c. 1. *et* 4. D. 75.
γ) c. 7. *de cons.* D. 5.
δ) c. 6. 7. D. 76.

produxit effectum, vt etiam in *pœnam* degeneraverit quædam ieiuniorum ſpecies. Pedetentim enim *pœnitentia externa* in *pœnam eccleſiaſticam* transmutata eſt; non ergo mirandum, etiam *ieiunia* pœnitentibus per modum *pœnæ* impoſita fuiſſe. ε) *Carenam* hanc pœnam vocant, ζ) a *quadrageſima* per corruptionem deductam, qua appellatione quæuis ieiunia venerunt. Vnde ortum traxit pœna carceris *cum* et *ſine carena*, etiam in foro ſeculari.

§. VI.

ALII effectus quoque ex hoc *pœnitentium officio* nati, magis tamen probandi, veluti, quod ab omni hilaritate abſtinendum, vtpote a nuptiis: η) quod diebus *pœnitentialibus* comeſſationes prohibitæ: vſus muſicæ inſtrumentalis etiam in ſacris interdictus: commercia vetita, quæ *externa impedimenta* per leges remoueri magis poſſunt, quam ipſa ieiunia imperari, quæ niſi *libera* ſint, omnem amittunt virtutem, ſicut ipſa pœnitentia.

TIT.

ε) *c.* 36. *D.* 80. *c.* 5. *D.* 85. *c.* 8. *X. de accuſ.*
ζ) *c.* 2. *X. de ſponſ. duor.* η) *c.* 4. *X. de fer.*

TIT. XLVII.

DE PVRIFICATIONE POST PARTVM.

SYNOPSIS.

Purificationes puerperarum non sunt necessariæ in nouo fœdere. In pagis ex more antiquo relicta quædam harum imago. I. In ciuitatibus vero plerisque sublata, sola gratiarum actione per ministrum ecclesiæ facienda substituta. II.

§. I.

A SACRIS nemini aditus claudendus, vt ne quidem puerperæ in nouo fœdere purificatione opus habeant, ϑ) lege mosaica illis præscripta. Quædam tamen *purificationis* imago remansit in plerisque pagorum ecclesiis, vt puerperæ, emenso temporis spatio, ad ecclesiam procedant, *benedictionem* ibidem accepturæ cum infante, exceptis stupratis.

§. II.

DIXI, in *pagis* adhuc quandam purificationis vmbram obtinere, quod rustici admodum tenaciter ritibus antiquis inhæreant, vt etiam legibus ecclesiasticis opus fuerit, ad modum huic rei ponendum. In ciuitatibus politioribus mos antiquus exaruit: nisi quod puerperæ, ecclesiam accedentes, precibus publicis a ministro ecclesiæ soleant DEO cum *gratiarum actione* commendari.

TIT.

ϑ) *c. vn.* X. *h. t.*

TIT. XLVIII.

DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS VEL REPARANDIS.

SYNOPSIS.

Quid ecclesiae vel templa? et eorum differentia a capellis et oratoriis. I. Exstructio ecclesiarum ad exercitium religionis publicum spectat, et sic in Germania ad statum anni decretorii respiciendum. II. Suscipitur auctoritate episcopi vel domini territorii adhibita causae cognitione et benedictione loci. III. Reparationis cura itidem episcopo incumbit, per archidiaconos eam exercenti. IV. Olim ex reditibus ecclesiasticis quarta huic oneri assignata: postea illud parochis impositum. V. In horum defectu patronis et parochianis incumbit. VI. Distributio quomodo facienda? VII.

§. I.

DENIQVE ad *speciem cultus diuini*, licet per errorem, ι) relata etiam fuit *ecclesiarum exstructio.* Sunt enim ECCLESIAE *aedificia cultus diuini peragendi causa, publica auctoritate exstructa et consecrata, vel simpliciter dedicata.* Differunt ab *oratoriis* et *capellis*, quod hae non publico cultui, sed *priuatis sacris* tantum inseruiant, κ) nec semper olim *consecrata* fuerint, nisi *altaribus* instructa, et *SS. reliquiis*, quo casu consecrationem accipiunt.

§. II.

QVIA ecclesiae *cultus publici peragendi causa* exstruuntur; consequens est, vt ad *exercitium* re-

ι) Vid. *tom. III. tit.* 40. §. 8.

κ) Huc olim pertinebant *capellae monachorum* v. *supra tit.* 37. §. 4. *p.* 494. et aliorum, vt *ibid.* §. 6. *sq.* dictum.

religionis publicum spectent. Quatenus ergo hoc prohibitum vel permissum, eatenus *ecclesiarum exstructio* restricta est, atque ita *contra statum anni decretorii* in Germania, nec a *principe* diversæ religionis, nec a *subditis* suscipi potest, λ) quod *obseruantia* dicti anni *instar regulæ* obtineri debeat. μ) Et cum etiam *exercitium religionis priuatum* æstimandum sit secundum statum anni decretorii: sequitur, vt nec *oratoria priuata consecrata* subditis diuersæ religionis, qui anno 1624. priuatum religionis exercitium non habuerunt, contra hunc statum exstrui queant. ν)

§. III.

PRAETEREA quia *auctoritate publica* exstruenda est ecclesia, sciendum est, (1) *episcopi*, in cuius *diœcesi* exstruitur, consensum desiderari; ξ) in protestantium vero territoriis auctoritatem *domini territorii*. (2) *Causæ cognitionem* necessariam esse, vt (a) inquirat episcopus in *caussam exstructionis*, qualis est incrementum populi, et inhabitatorum nimia distantia ab ecclesia parochiali ο): (b) audiat eos, quorum interest, ne in horum, qui ius contradicendi vel prohibendi habent, præiudicium cedat. π) Facilius *altaria*, *capellæ*, et *ecclesiæ collegiatæ* exstrui possunt in territoriis, in quibus tantum religio catholica viget: (c) vt attendat, an *dos sufficiens* ecclesiæ assignata sit, vnde onera ferre queat, ϱ) sine qua ne

λ) *Instr. P. art. V.* §. 31. *sq.*

μ) *ibid. art. V.* §. 33. vid. *tom. I. b. t.* §. 18.

ν) *cit. art. V.* §. 31.

ξ) *c.* 44. C. 16. *q.* 1. *c.* 10. C. 18. *q.* 2. *Nov.* 67.

ο) *c.* 3. *X. de eccl. ædif. concil. Trid. sess.* 21. *de ref. c.* 4.

π) vt ex §. *præced.* illustrari potest. item ex *c.* 2. *X. h. t.*

ϱ) *c.* 26. C. 16. *q.* 7. *c.* 9. *de cons. D.* 1. *Nov.* 67. *c.* 12.

ne quidem exſtructio permittenda. (3) *Decretum* tandem ſuper iure ædificandi interponendum, quo facto locus benedictione epiſcopali luſtrandus eſt, σ) et crux ibidem figenda cum *impoſitione primarii lapidis*, adhibitisque conſuetis ritibus. τ)

§. IV.

MAIOR neceſſitas eſt eccleſiarum *reparandarum*, quam nouiter exſtruendarum. Semel enim exſtructæ neceſſario reficiendæ, υ) vt ruinæ earum illorum periculo cedant, quibus earum cura incubuit. Hæc quidem primario *epiſcopo:* φ) ſecundario vero *patronis* vel *curatoribus* ſingularum eccleſiarum incumbit, vt in *reparatione inſigni* auctoritate illius vel iudicii eccleſiaſtici, χ) atque cauſæ cognitione ψ) opus ſit.

§. V.

OLIM, diuiſione redituum adhuc in quatuor partes facta, *quarta* fabricæ ſeu refectioni eccleſiæ deſtinata erat. ω) Sed hæc diuiſio dudum deſiit, atque omnes reditus, et ſic etiam huius quartæ, beneficiis ipſorum clericorum aſſignati ſunt vtplurimum, niſi quod in eccleſiis cathedralibus adhuc ſupereſſe ſoleant reditus *fabricæ* deſtinati.

σ) *c. 9. de conſecr. D.* 1.

τ) pleniſſime traditis in *pontif. Rom. P. III. p.* 281. cuius rubrica: *de benedictione et impoſitione primarii lapidis pro eccleſia ædificanda.*

υ) *l.* 14. *C. de SS. eccleſ. l.* 10. *C. de hæret.*

φ) *c.* 3. *C.* 10. *q.* 3. *conc. Trid. ſeſſ.* 21. *de reform. c.* 7. Hanc hodie exercent per archidiaconos. *c.* 7. *X. de offic. archidiac.*

χ) *tom. III. de eccleſ. ædif.* §. 51.

ψ) Cum quandoque refectio omitti debeat ob inopiam parochianorum, quæ *vnionem* potius ſuadet.

ω) *c.* 28. *ſq. C.* 12. *q.* 2.

ti. *α*) Vnde factum, vt ipſis parochis obligatio impoſita ſit, reparandi eccleſias ex reditibus, quos *beneficii* iure percipiunt, *ſi eis ſuperſint*, *β*) et ſic etiam monaſteria, quibus eccleſiæ parochiales vnitæ, ad hoc onus teneantur, cum *fructus eccleſiaſticos*, *qua tales*. quorum onus refectio eſt, percipiant. *γ*) Dico notanter: *qua tales*. Etenim refectio hæc non amplius onus redituum vel decimarum eſt, ſi *bona* et *decimæ* in ſecularem ſtatum deducta, et reditus non amplius *qualitatem eccleſiaſticam* habent. *δ*)

§. VI.

ATQVE hinc etiam in *patronatis eccleſiis* ex reditibus eccleſiaſticis refectio facienda, ſalua *congrua portione* parocho debita. *ε*) Hæc vtplurimum omnes abſorbet reditus, vt hodie rarius (niſi forſan in eccleſiis, monaſteriis iunctis) refectio ex his reditibus peti queat. Tunc ergo patroni ad refectionem tenentur, olim quidem *ſolitarie:* hodie ſimul *parochiani* pro rata, quod hæ eccleſiæ hodie *qualitatem parochialem* aſſumſerint et commodo parochianorum quoque refectio cedat. *ζ*) In *eccleſiis non-patronatis* vtpluri-

ri-

α) Quibus præficitur *procurator fabricæ*, cui hæc cura incumbit.

β) *c*. 4. *X. de eccl. ædif.* quod *quartam fabricæ* ſimul hactenus perceperint.

γ) *clem.* 1. *de iure patron.*

δ) Quamuis CHOPPINVS *lib. III. de polit. eccl. tit.* 4. *n.* 20. in contrariam iuerit ſententiam. Sed contrarium euici *tom. I. P. I. conſult. et deciſ. arg. IV.* In nonnullis locis tamen hoc onus adhuc decimis in feudum datis, vel in manu ſecularium exiſtentibus inhæret; obſeruante ESPENIO *P. II. iur. eccl. tit.* 16. *c.* 5. §. 13.

ε) *concil. Trid. ſeſſ.* 21. *de ref. c.* 7. *c.* 4. *X. de eccl. ædif.* ibi: *ſi eis ſuperſint.*

ζ) *tom. III. cit. l.* §. 75.

rimum, deficiente ærario ecclesiastico, vniuersum onus incumbit parochianis, exceptis *filialistis*, proprio templo instructis; nisi forsan *aedium parochialium* reparatio facienda.

§. VII.

CONTRIBVVNT vero parochiani secundum *decretum consistorii* pro viribus *patrimonii*, η) nec excipienda sunt prædia nobilium, cum hi vt *parochiani* in ea causa considerentur. ϑ) In terris catholicorum distributio pro *viribus patrimonii* suscipi vix potest absque indultu et concursu domini territorii, sub quo bona sunt sita.

TIT. XLIX.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM, COEMETERII ET RERVM AD EAS PERTINENTIVM.

SYNOPSIS.

Fundamentum immunitatis ecclesiasticæ. I. Sanctitas ecclesiarum externa et interna. II. Inde fluxit ius asyli extensum etiam ad dolose delinquentes. III. Delinquentes non aliter tradendi magistratui seculari, nisi cautione contra pœnam sanguinis præstita, exceptis quibusdam. IV. Ab oneribus publicis immunes sunt. V. Ad vsus publicos profanos non adhibendæ. VI.

§. I.

ECCLESIA *exstructa* et *consecrata* ι) singulari gaudet *immunitate*, tum ab omni *violatione*: tum a *iure* et *commercio humano*: tum

η) PETR. PECKIVS *de repar. eccles.* c. 10.

ϑ) vid. *ius paroch. sect. VII.* c. 3.

ι) imo licet non sit consecrata, dummodo diuina ibidem celebrentur mysteria. *Quia enim diuinis obsequiis dedicata, nullius est temerariis ausibus profananda.* c. 9. X. *h. t.*

tum denique ab *oneribus ciuilibus*. Fundamentum eius quærendum eſt in *ſanctitate eccleſiarum*, quæ eis conciliatur, ex *conſecratione*, vel ex ipſo *cultu diuino*, quamdiu ibidem peragitur. κ) Illa *perpetuam*: hic *temporalem* loco parit ſanctitatem.

§. II.

EST ergo SANCTITAS ECCLESIARVM *priuilegium eccleſiis, ad cultum diuinum applicatis et conſecratis indultum, vi cuius cum plena ſecuritate contra vim et iniuriam: tum interna qualitate ſacra et diuina gaudent, iurisque mere diuini cenſentur*. Prior qualitas dicitur *externa* et *ciuilis*; poſterior *internam* operatur. Illam tantum proteſtantes agnoſcunt; hanc etiam ſimul eccleſiis ius canonicum aſſignat, et DEI ſingularem *præſentiam* cum *diuino dominio* loco tribuit. λ)

§. III.

VTRAQVE peperit eccleſiis (I) IVS ASYLI, quod eſt *ſecuritas confugientibus ad eccleſias et monaſteria conceſſa, ne violenter inde extrahi et ad pœnam ſanguinis rapi queant*. Olim legibus ciuilibus contra abuſus admodum reſtrictum fuit, μ) ne *facinoroſis* et *nocentibus* tribueret refugium. ν) Aſt etiam his ſub INNOCENTIO III. proſpectum, et ius aſyli plus iuſto ad illos extenſum, ξ) quod ab antiquo eccleſia horruerit *ſanguinem*: epiſcoporum vero eſſet, iudiciis ſanguinis obicem ponere. Denique poteſtas ciuilis in templa excluſa fuerit.

§. IV.

κ) *c. 9. X. h. t.*

λ) vt ex definitione et conceptu *conſecrationis liquet.*

μ) *t. t. C. de his, qui ad eccleſ. confug.*

ν) *Nou.* 17. *c.* 7.

ξ) *c.* 6. *X. h. t.*

§. IV.

NON aliter ergo tradendi ſunt delinquentes *decreto epiſcopi* brachio ſeculari, quam cautione præſtita contra pœnam *omnem ſanguinis.* o) Violantes hanc immunitatem ipſo iure excommunicati ſunt. Hac immunitate tamen non gaudent, (1) qui in ipſis eccleſiis et cœmeteriis ſpe impunitatis delinquunt π): (2) latrones publici, aſſaſſini, hisque ſimiles, atque læſæ maieſtatis rei ϱ): (3) hæretici. Sed hanc eccleſiis non tribuunt proteſtantes, *poteſtatem ciuilem* in eas agnoſcentes.

§. V.

PRAETEREA (II) immunitate gaudent, cum rebus ad illas pertinentibus, ab omnibus *oneribus publicis*, excepta cauſa neceſſitatis communis, *vbi laicorum facultates non ſuppetunt*, σ) de qua epiſcopus cum capitulo ſuo cognoſcit. τ) Hæc vero immunitas extendi non debet (a) ad onera, bonis tempore *acquiſitionis* inhærentia; (b) nec in fraudem *iuris amortizandi* tendere, quo lege publica prohibetur, ne immobilia eccleſiæ absque publica conceſſione acquirant; quid quod (c) quieſcere debeat ex pontificis indultu.

§. VI.

DENIQVE (III) eccleſiæ non adhibendæ ad vſus profanos vel ad placita, ττ) iudicia criminalia

o) *c.* 6. *X. h. t.* ibi: *rectores eccleſiarum ſibi debent obtinere membra et vitam.* Conf. *c.* 9. C. 17. *q.* 4.

π) *c. f. X. h. t.*

ϱ) ex GREGORII XIV. *bulla*, 1591. publicata.

σ) *c.* 4. *X. h. t. c.* 3. *h. t. in* 6.

τ) *c.* 7. *X. h. t.* quod *eccleſiæ et res ad eas pertinentes non ſolum iure humano, ſed et diuino a ſecularium perſonarum exactionibus immunes ſint*, vt dicitur in *c.* 4. *de cenſib. in* 6.

ττ) *c.* 1. *X. h. t.*

lia exercenda, υ) ad negotiationes, inhofpitatio-nem, aliosque *publicos* φ) aut *ludicros* φφ) vfus, aut quarumcunque focietatum concilia.

TIT. L.

NE CLERICI VEL MONACHI SECVLARIBVS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

SYNOPSIS.

Secularia negotia interdicta clericis, nifi tantum in minoribus ordinibus conftituti et vxorati funt. I. Vt negotiatio, iurisdictio, militia, nifi funt iura realia, item ars fanandi et legum ciuilium ftudium. II.

§. I.

POSTREMVM officium epifcopi eft, operam dare, *ne clerici fecularibus negotiationibus fe immifceant.* Sunt NEGOTIA SECVLARIA *quoduis vitæ genus ciuile ad bene beateque externe viuendum introductum*, fiue in agris, fiue in vrbe, qualis eft vita militaris, agreftis, negotiatoria, artificio, ftudiis fecularibus, et adminiftrationi reipubl. inferuiens. Interdicta hæc funt clericis in *ordinibus facris* conftitutis: χ) in *minoribus* ordinibus conftituti, vel *tonfurati* tanquam

υ) *c.* 5. *X. h. t.* v. *acta erud. fupplem. tom. VIII. fect.* 8. *p.* 318.

φ) *c.* 2. 5. *h. t. in* 6.

φφ) *c.* 12. *X. de vita et honeft. cler.*

χ) apud iudæos artificia et negotiatio facerdotibus haud interdicta, fed *agreftis* tantum, quod partem terræ non acceperint.

quam vxores ducentes ſecularibus negotiis ſe immiſcere poſſunt. ψ) Imo ne quidem a militia excuſantur.

§. II.

SPECIATIM iis interdicta (1) *negotiatio*, ω) quam ne quidem per inſtitores exercere poſſunt, excepta *reali*, quæ prædiis poſſeſſis inhæret. (2) *Iurisdictionis exercitium* atque *magiſtratus ſecularis officium*, niſi rurſus *reale* ſit, qualis eſt *territorialis poteſtas*, ac *iurisdictio patrimonialis*, vt etiam *iudicia ſanguinis* ſine *nota irregularitatis* iure nouo α) aliis committere: β) non vero ipſimet exercere queant γ). (3) *Militia*, niſi quam ratio bonorum, quod *feudalia* ſint, expoſtulat, vt etiam *prælati vaſalli* in imperio adſint. (4) Studium *legum ciuilium* et *ars ſanandi*, δ) ſine ſpeciali diſpenſatione pontificis, ε) vel *priuilegio*, quo quidam ordines gaudent. ζ) Alia alibi tradita. η)

LIBER

ψ) *c.* 7. 9. 10. *X. de cler. coniug.* vid. ſupra *h. lib. p.* 329.

ω) *c.* 6. *X. h. t. c.* 16. *X de vita et hon. cleric. clem.* 1. *eod.*

α) iure antiquo ne quidem aliis committere poterant, ſed rex committebat.

β) *c. f. h. t. in* 6.

γ) *c.* 5. 9. *X. h. t. c.* 4. *X. de raptor.*

δ) *c.* 3. 10. *X. h. t.*

ε) RYMER *tom.* III. *act. Anglic. p.* 870.

ζ) vt Ieſuitarum, ceu obſeruat MENDO *de iur. acad. lib. II. q.* 30. *n.* 367.

η) *lib.* 1. *tit. de procurat.* item *de poſtul.*

FINIS LIB. III. DECRETALIVM.



LIBRI IV. DECRETALIVM

TIT. I.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

TIT. II.

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

SYNOPSIS.

Matrimonium etiam sacramentis accensetur et hoc intuitu de eo hoc libro agitur. I. Sponsalia quid? futurum respiciunt matrimonium. II. Ius canonicum irregularem speciem de praesenti superaddidit. III. Haec sponsalia matrimonium esse finguntur et vinculum indissolubile inducunt. IV. Protestantes haec ignorant, imo in foris catholicorum exesse iussa. V. Mutuus consensus signis dilucidis declarandus, immediate vel mediate per procuratorem. VI. Testes non desiderantur, nisi ex lege provinciali, quorum in defectu ius agendi non operantur sponsalia. VII. Consensus carere debet dolo, errore, et metu seu illicita iunctione. VIII. Legiti-

gitima quoque ætas adesse debet, IX. et consensus parentum, cuius defectus sponsalia quidem, sed non matrimonium de iure irritat. X. Diversum constituunt ICti protestantes saniores, XI. vnde nec sponsalia clandestina per concubitum conualidantur. XII. Obligant sponsalia perfecte, vt refractarius cogi secundum quid possit. XIII. Nisi habeat iustam repudii causam. XIV. Operantur etiam sponsalia pura impedimentum honestatis publicæ. XV.

§. I.

SACRAMENTVM *matrimonii*, quod vocant, prioribus iam explicatis vt addatur, necesse est, tam late patens, vt integrum *librum IV.* occupet. Sub ratione *sacramenti* enim illud hic explicatur, α) et ad cognitionem *fori ecclesiastici* tractum est, primario ex *principiis ecclesiasticis* β) explicandum. Ipsius sacramenti perfectio quæritur in *commixtione corporum*, nec solus *consensus coniugalis* sufficit. γ) Hoc licet negent protestantes, *spiritualem* tamen *qualitatem* itidem matrimonio assignant, ob quam matrimonialia *causis ecclesiasticis* accensent. δ)

§. II.

MATRIMONIVM præcedunt ε) SPONSALIA, quæ sunt *mutua futurarum nuptiarum promissio.* ζ) Cum

α) Est enim inter articulos fidei, matrimonium esse *sacramentum*, vt, qui hoc negat, hæreticus sit. *c.* 9. X. *de haeret.*

β) Duo in matrimonio consideranda esse aiunt: (1) negotium *ciuile:* (2) *spirituale* ob respectum sacramenti concurrentem, cui omnem prærogatiuam tribuunt.

γ) *c.* 16. 17. C. 27. *q.* 2. *c.* 5. X. *de digam. non ordin.* vulgo vocatur die Beschlagung der Decke.

δ) vt in *dissert. praelim.* STRYKII tractatui *de reliq. sacram. in matrimon.* præmissa ostendi.

ε) ob rationem in *c.* 59. C. 27. *q.* 2. traditam. conf. *c.* 14. X. *de restit. spol.*

ζ) *c.* 3. C. 30. *q.* 5. *c.* 2. X. *h. t.*

Cum ergo *futurum matrimonium* pro obiecto habeant: sequitur, vt (1) longe differant ab ipso matrimonio, quod contrahitur *consensu coniugali* seu in *præsens coniugium* legitime declaratio: (2) vt talia sponsalia, cui hæc definitio competit, sint *proprie dicta* et *vera sponsalia*, quæ hanc ob causam *de futuro*, η) i. e. *connubio* dicuntur: (3) vt sacramentum hoc iure in sponsalibus desit. ϑ)

§. III.

SVPERADDIDIT sponsalibus *de futuro* ius canonicum ι) nouam speciem irregularem, quam DE PRAESENTI κ) vocant, quæ sunt *mutuus in præsens coniugium consensus priuatus*, *cum intentione cohabitationem et copulam sacerdotalem vel differendi vel sine ea matrimonium clandestinum vel furtiuum ineundi.* κκ) Talia sponsalia quidem

h. t. ibi: qui *de matrimonio contrahendo fidem dederunt.*

η) quod verba *in futurum coniugium* dirigantur. *c.* 31. *et* 32. *X. h. t.*

ϑ) *c.* 5. *X. de digam. non ordin.*

ι) vt patrum quorundam, qui sponsalibus vim *matrimonii* inesse credebant, sententias saluarent. *c.* 6. 8. 9. 12. C. 27. *q.* 2.

κ) Dicuntur adhuc *sponsalia*, quod desit vera intentio *ritu ecclesiastico edendi consensum coniugalem*, sed hic tantum *priuatim* edatur, veluti si sponsus dixerit: *quod mulierem ab eo tempore pro coniuge tenere et ei sicut vxori suæ fidem seruare vellet.* *c.* 9. *X. h. t. c.* 31. *et* 32. *X. h. t. c.* 14. *de conuers. coniug. c.* 3. *X. de sponsal. duor.*

κκ) *c.* 2. *X. de matrimon. contr. contra interd. eccles. t. L. de cland. desponſ.*

dem *matrimonium* inducere dicuntur λ) quoad *indiſſolubilitatem*, λλ) reale tamen matrimonium μ) non conſtituunt, ſed adhuc diſſolui posſunt per ingreſſum in religionem, ν) qui *reale matrimonium*, ritu eccleſiaſtico et copula carnali conſummatum, non ſoluit. ξ)

§. IV.

INDE eſt, (1) quod delatum iuramentum quidem pro his, ſed non contra ea admittant: ο) (2) transactionem ad ea diſſoluenda non permittant: π) (3) quod mutuo diſſenſu diſſolui nequeant, ϱ) ſed præciſe obligent: (4) quod non admittant reſtitutionem in integrum ex capite ætatis: σ) (5) quod ſponſalia *de futuro* per concubitum transeant in ſponſalia de præſenti:

λ) *c.* 14. *X. de conuerſ. coniug. c.* 22. *et* 31. *X. h. t.* vt declaratio *priuata* et *minus ſollemnis* ſufficiat ad vinculum coniugii indiſſolubile inducendum.

λλ) *c.* 7. *et* 13. *X. de conu. coniugat. c.* 20. *eod.*

μ) Hanc cautelam commendarunt, ad ſponſalium diſſolutionem impediendam, maxime inter potentiores. Acta deſponſationis inter FRIDERICVM III. et regis ALPHONSI ſororem id declarant, relata ab HIERONYMO PEZIO *tom. II. n.* 47. FRIDERICVS II. imperator Iſabellam ducturus PETRVM DE VINEIS procuratorem teſte RYMERO *tom. I. act. Angl. p.* 347. dedit, hac ſub formula: *cui plenam concedimus poteſtatem et ſpeciale mandatum, vt conſenſum dominæ ſupradictæ in nos per verba de præſenti recipiat, et quod in eam nomine noſtro per verba de præſenti conſentiat.*

ν) *c.* 7. *et* 14. *X. de conuerſ. coniug.* Dicuntur vero *clandeſtinum matrimonium*, quod *ratum et verum* eſt ſecundum *concil. Trid. ſeſſ. XXIV. de reform. c.* 1.

ξ) *c.* 12. *X. eod.*

ο) *c.* 34. *X. de iurei.*

π) *c. f. X. de transact.*

ϱ) *c.* 31. *X. h. t. c.* 3. *X. de ſponſ. duor.*

σ) vid. *diſſ. de reſtit. in integr. contra ſponſalia pura minorum.*

ti: τ) (6) quod posteriora de præsenti præferantur prioribus de futuro. υ) Hæc et similia alia ad *vera sponsalia* seu *de futuro* applicari nequeunt, sed vix amplius vsum etiam inter catholicos habitura sunt, postquam secundum *concilium Tridentinum* φ) irritum est matrimonium, quod non præsente parocho post *tria banna* contrahitur.

§. V.

SED nec inter protestantes vsum habebunt, quibus ignorantur *sponsalia de præsenti* ex mente iuris canonici, si excipias casum, si *valide concubitu* firmata sunt. Quæuis sponsalia sunt *de futuro*, siue *pure* siue *sub conditione* inita, repudiato communi errore, quo illa de *præsenti*, hæc *de futuro*, insulsa metamorphosi, dicunt. χ) Hoc enim posito, *sponsalia de præsenti* essent *sponsalia quæuis proprie dicta*, quod negat ius canonicum. Vnde quoque insulsum est, iura, sponsalibus *de præsenti* in iure canonico data, *sponsalibus puris* applicare, quæ tamen admittunt de *iure canonico* dissolutionem, quia æque sunt *de futuro* ac conditionata. ψ)

§. VI.

τ) *c.* 30. *X. h. t. c. f. h.*

υ) *c.* 3. X. *de spons. duor. c.* 31. *X. h. t.*

φ) *sess.* XXIV. *de reform. c.* I. *Clandestina* hæc matrimonia vocat FRANC. FLORENS *tom. II. oper. iurid. p.* 115. quæ nec *iure antiquo canonico* valuerunt, quod reduxit *concil. Trident.*

χ) Propudiosum foret, adhuc sequi in protestantium foris antiqui iuris canonici commenta, quæ iam reliquerunt patres Tridentini, rectioribus principiis ducti.

ψ) *c.* 2. *X. h. t.*

§. VI.

QVIA ſponſalia vlterius *mutua promiſſione*, ſeu fide vtrinque data conſtant: neceſſe eſt, vt *mutuus conſenſus*, præuia ſeria deliberatione, ω) *dilucidis ſignis declaretur*. Hinc (a) *annuli datio* non ſufficit, niſi aliunde de animo contrahendi ſponſalia conſtet. α) (b) Nec *verba ambigua* ſufficiunt, in ſenſu communi accipienda; β) (c) ſurdi et muti etiam recte ſponſalia ineunt, ſignis mentem declarantes: γ) (d) declarari poteſt conſenſus tum *immediate* tum *mediate* per *procuratorem*, ſpeciali mandato inſtructum, nec ante ſponſalia contracta reuocatum: δ) (e) teſtes ad validitatem ſponſalium non deſiderantur, ſi ex confesſione vel litteris de ſponſalibus conſtat.

§. VII.

IN multis proteſtantium prouinciis tamen ad *ſponſalia valide* ineunda teſtes duo deſiderantur: ε) his deficientibus, ſponſalia ſunt *nuda*, *vim agendi* non producentia. Hæc tamen præcedunt, imo conſtare debet de *intentione* deſponſandorum, quod ſponſalia inire velint, antequam conditiones futuri matrimonii determinantur, quibus determinatis, actus demum ad *perfectionem* deducitur, ſi conſenſus, in *præſentia duorum* teſtium poſtea editur. Quocirca (a) licet *gene-*

ω) quia negotium arduum eſt *c. f. de procur. in 6.*
α) *tom. III. h. t.* §. 102.
β) *c. 7. X. h. t.*
γ) *c. 23. 25. X. h. t.*
δ) *c. f. de procur. in 6.*

ε) ad omnem præcipitantiam præcauendam, et vt conſtet, negotium ſponſalium eſſe abſolutum, et nihil ad agendum ſupereſſe.

generaliter consensum in *sponsalia* ediderint, magis tamen adhuc, conditionibus futuri matrimonii nondum determinatis, nudi tractatus sunt. (b) Vbi lege prouinciali testes non requiruntur, statim, his conditionibus determinatis, valent.

§. VIII.

Sed etiam hoc quoque necessarium est, vt consensus *sincere*, *libere* et ex *certa scientia* edatur, quod alioquin mutua promissio vitiosa sit. Vitiatur enim 1) *dolo* respectu *decepti*, non *decipientis*: ζ) 2) *errore* circa ea commisso, quae in hoc negotio *tacite* subintelliguntur, qualia sunt habilitas ad cohabitationem: integritas status: η) virginitas illibata in ea, quae se pro virgine gerit: ϑ) 3) *vi iniusta metuque*, qui in constantem hominem cadit, ι) etiamsi a tertio illatus fuerit, κ) et iuramentum accesserit. λ) Vnde nequidem filiae *hoc iure* a parentibus cogi possunt ad sponsalia cum eo, quem respuunt, ineunda, μ) sed pro metu et vi illicita auertenda sequestratio earum potius decernitur. ν) Nec conualidantur per benedictionem sacerdotalem, si metu gra-

ζ) vt si deceptus agat, decipiens exceptionem *doli* opponere non possit, quod tamen per incuriam censuit pontifex in *c.* 26. *X. h. t.*

η) *c.* 4. C. 29. *q.* 2.

ϑ) *c.* 2. C. 32. *q.* 6.

ι) *c.* 6. 13. 14. 15. 21. 28. *X. h. t. c.* 2. *X. de eo, qui duxit in matr.*

κ) *c.* 11. *X. de spons. impub.*

λ) *c.* 2. *X. de eo, qui duxit in matr.*

μ) *c.* 6. 13. 14. 21. *X. h. t. c.* 7. *in f. de spons. impub.*

ν) *c.* 14. *X. h. t.*

graui deterrita reclamare tuto non potuit. ξ) Si potuit, vel aliter postea sponsalia ratihabuit, vitium præcedens purgatum est. ο)

§. IX.

DENIQVE ad *sponsalia* etiam desideratur *idonea ætas*, et *parentum consensus*. Infantia maiores demum illa contrahunt, et sic adhuc impuberes, π) modo in eodem consensu perstiterint. Etenim adepta pubertate ab illis impune resilire possunt, ϱ) vt ne quidem hæc facultas per *pœnam conuentionalem* adimi queat. σ) In *puberum* sponsalibus hæc minime reprobanda hodie, licet ius ciuile, ob *repudiorum* libertatem, hodie tamen repudiatam, hanc prorsus respuerit. τ)

§. X.

QVAMVIS vero præterea *consensus parentum* non negligendus, ipsi tamen parentes pro filiis puberibus vel impuberibus sponsalia inire non possunt, nisi hi expresse aut tacite consenserint. υ) E contrario nec hi *sponsalia* valide contrahere queunt sine parentum consensu, φ) quamuis contractum de facto *matrimonium* ius decre-

ξ) *c.* 28. *X. h. t.*

ο) *cit. c.* 28 *c.* 2. *X. de eo, qui duxit in matr. c.* 21. *X. h. t.*

π) *c.* 4. 5. *X c.* 1. *de spons. imp. in* 6. qui tamen matrimonium non contrahunt, nisi pro bono pacis. *c.* 2. *X. eod.*

ϱ) *c.* 7. 8. *X. eod.* nisi commixtio corporum iam secuta. *c.* 8. *et* 10. *X. eod.*

σ) *c.* 29. *X. de spons.*

τ) *l.* 134. *in f. de V. O. l.* 71. §. 1. *de condit. et demonstr. l.* 2. *C. de prob. stipul.*

υ) *c.* 1. *in f. de spons. impub. in* 6. repudiata distinctione inter filium adultum et non adultum, qua olim vsus pontifex in *c.* 1. *X. eod.*

φ) *c.* 1. 4. *C.* 30. *q.* 5.

decretalium non irritet, χ) ſed ob ſacramenti rationem ſeruandam cenſeat. ψ) Hoc etiam Tridentini agnouerunt; ω) addentes tamen, talia matrimonia clandeſtina ſemper deteſtatam fuiſſe eccleſiam, adeoque ea in poſterum per indirectum α) irrita eſſe cenſuit.

§. XI.

SED merito proteſtantes non tantum *ſponſalia*, ſed etiam ipſum *matrimonium*, de facto a liberis, inſciis parentibus, contractum, rectius irritum decernunt, quam ſententiam etiam leges prouinciales paſſim probant; β) cum etiam extra parentes quandoque aliorum conſenſus ſub lege *nullitatis* deſideretur. γ) Nec tantum patris, ſed etiam *matris*, eo mortuo, iure Germanico δ) neceſſarius eſt; niſi liberi iam ſui iuris facti connubium vel ſponſalia inierint. ε)

§. XII.

HOC poſito nec ſponſalia ſine parentum conſenſu contracta, conualidantur per concubitum,

χ) *c.* 6. *X. de raptor.*

ψ) *c.* 13. *X. de ſponſal. c.* 6. *X. de ſponſ. appoſ.* conf. CAROLVS CALA *in exam. dubior. de filiis matrimonium contrahentibus absque parentum conſenſu.*

ω) *ſeſſ. XXIV. de reform. c.* 1.

α) conſtituendo, vt aliter non valeant connubia, quam præſente parocho et tribus præmiſſis denunciationibus contracta, vt parentes contradicendi, re adhuc integra, habeant facultatem.

β) *tom. III. de deſponſ. impub.* §. XI.

γ) vt probatum dedit ill. de LVDEWIG *de conſenſ. connub. extra patrem.*

δ) Hoc iure matri etiam imperium in liberos competit, quod effectus deſignant.

ε) Hoc caſu magis *honeſtatis* cauſa conſenſus exigi ſolet, quæ non neceſſitat.

tum, quae, cum nulla sint, in matrimonium hoc modo transire non possunt. Quid? quod nequidem matrimonium clandestine contractum subsistat, nisi forsan ex putatiuo de *sacramento* principio nostra connubia aestimare velimus.

§. XIII.

NASCITVR (I) ex sponsalibus valide initis *obligatio efficax*, et sic alteri ius *perfectum* tribuit hoc iure, ζ) vt dissentientem alter adigere possit, ad matrimonium ineundum. η) Haec obligatio tamen, etiamsi iurata et sine omni conditione contracta sit, vtrinque remitti potest, dissolutis mutuo consensu sponsalibus, si induci nequeunt ad fidem datam seruandam, id quod iudex ecclesiasticus ante omnia tentare debet. ϑ) Si non remissa est, refractarius condemnari potest a iudicio ecclesiastico ad matrimonium ineundum. ι) Condemnatus etiam cogi potest stricto iure per *excommunicationem*, κ) quam tamen dissuadet LVCIVS III, λ) ne videatur *absolute*

ζ) Iure ciuili repudiorum libertas impediebat obligationem, *l.* 1. C. *de spons.* quae ne quidem speciali stipulatione impediri potuit.

η) *c.* 1. *X. de condit. appos.* *c.* 10. 17. 22. *X. h. t.*

ϑ) *c.* 2. *X. h. t.* Qui dissentiunt inter protestantes, inepte sponsalia *pura* vim *sponsalium de praesenti* habere censent, quae tamen in exilium iam acta in foris catholicorum.

ι) *c.* 22. *X. h. t.* ibi: *iuramentum primum sicut licite factum, ipsum seruare compellas.*

κ) *c.* 10. *X. h. t.* quam ALEXANDER III. admisit.

λ) *in c.* 17. *X. h. t.*

lute compulsus. Multo minus inuitus obtorto collo ad copulam sacerdotalem rapiendus, μ) sed mulctae et carceres ad frangendam contumaciam adhiberi possunt. Hisce frustra tentatis, tandem contumax dimittendus, praestita iudici poena, et satisfactione parti innocenti, arbitrio iudicis determinanda.

§. XIV.

AVDIENDVS tamen reus, si iustam *repudii* causam probare potest, vtpote quae ad *exceptiones* eius pertinet. Videlicet contrahuntur etiam sponsalia, vt alia promissa, sub conditione: *rebus sic stantibus*, ν) et sic, *notabili mutatione* haud praeuisa superueniente, rescinduntur. Huc pertinet, 1) si alteruter in fidem datam peccauit per stuprum vel sponsalia cum alia inita, vel raptum, in quem rapta consentit. ξ) 2) Si *casualis mutatio* superuenerit per stuprum violentum, per alterutrius morbum contagiosum, ο) furorem, vitium corporis graue, quod inhabilitatem ad rem familiarem curandam inducit, π) denique etiam per iacturam bonorum insignem. 3) Si crimen graue et infamans commissum. 4) Si mutatio religionis superuenerit, quae alienationem totalem mentis in altero operatur. 5) Si sponsus per triennium absque consensu sponsae et iusta causa absens fuit. ρ) Denique 6) ob inimicitiam capitalem, alterius iniuria causatam.

§. XV.

μ) *tom. III. h. t. §. 53. sq.*
ν) *c. 25. X. de iureiur.*
ξ) *c. 33. C. 27. q. 2.*
ο) *c. 3. X. de coniug. lepros.*
π) *c. 25. de iureiur.*
ρ) *l. 2. C. h. t. c. 5. X. h. t.*

§. XV.

OPERANTVR praeterea (II) *ſponſalia* etiam de futuro *impedimentum honeſtatis publicæ*, quatenus *pura* ſunt, σ) vt tamen illud primum gradum non excedat. τ) Ius ciuile tantum hoc reſtringit ad primum *lineæ rectæ* gradum, υ) in quo etiam proteſtantes recte ſubſiſtunt.

TIT. III.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

§. I.

SPONSALIA MATRIMONII causa ineuntur, quod est *legitime inter desponsatos declaratus consensus in præsentem cohabitationem, sobolis procreandæ causa susceptam.* Cum ergo consensus *legitime* declarari debeat: necesse est, vt tum ex *iuris ecclesiastici*, vt sit *ratum:* tum ex *iuris secularis* principiis hoc æstimemus, vt sit *legitimum.* φ)

§. II.

RATVM est, *quod inter fideles contractum, et ob sacramentum coniugii indissolubile est*, licet *ciuili defectu*, a iure canonico non absolute agnito, laboret. χ) *Legitimum* est, quod singulorum populorum institutis conuenienter contrahitur, vtut ei desit sacramenti ratio. ψ) *Ratum* denique et *legitimum* est, quod inter fideles secundum leges *ecclesiasticas* pariter ac *ciuiles* contractum est.

§. III.

AD *ratum* et *non-legitimum* pertinuit ab antiquo *disparagium*, die Mißheurath, atque ex hac distinctione ortum traxit. Tale olim erat (1) cum *peregrina*, fideli tamen, initum, ω) effectibus ciuilibus

φ) GRATIANVS hac distinctione vtitur in fine *cauſ.* 28. *q.* 1. ad quam etiam prouocat INNOCENTIVS III. *in c.* 7. *X. de diuort.*

χ) *c.* 7. *X. de diuort.*

ψ) quale est, quod inter infideles contrahitur, quod *non-ratum* dicitur in *cit. c.* 7. quod facilius dissolui queat.

ω) Testis est *c.* 39. *concil. Tribur.* a. 895. habiti, vnde, sed admodum corrupte et contorte, desumtum est *c.* 1. *X. de*

vilibus deſtitutum, licet diſſolui non poſſet. (2) Matrimonium *morganaticum*, quod non ſecundum legem *Salicam* Francorum et Germanorum contractum eſt, ſed inter *inæquales*, α) copula ſacerdotali tamen accedente, quæ lex connubii adhuc hodie in *connubiis illuſtrium* ſeruatur. β) Hac copula non accedente, nequidem ſem-

X. de ſponſal. ceu oſtendi *tom. IV. tit. de coniug. ſeru.* §. 18. ſpecialius vero ill. Dn. de LVDEWIG *diſſ. de peregrin. albinag. et Wildfang. c. VIII.* Diſſolui non poterat tale coniugium, licet non eſſet legitimum, effectibus ciuilibus deſtitutum.

iugiis propriæ ſortis terminos transferat, ſed nobilis nobilem ducat vxorem, et liber liberam, libertus coniungatur libertæ, et ſeruus ancillæ. Si vero quiſpiam horum ſibi non congruentem, et genere præſtantiorem duxerit vxorem, cum vitæ ſuæ damno componat.

[redacted]

ſemper eſt *ratum*, ſed magis *concubinatus*, ββ) honeſtiori appellatione *matrimonii conſcientiarum* inſignitus. γ) (3) Quod ſine conſenſu eorum, qui ſub *nullitate* conſentire debuerunt, contractum eſt.

§. IV.

MATRIMONIVM *legitimum* et *non-ratum* inter infideles contrahitur, quod facilius diſſolui queat, et merum negotium ciuile ſit, *foris ſecularibus* ſubiectum. Gaudet ergo hoc coniugium omnibus effectibus ciuilibus, δ) exceptis illis, qui ſpeciatim ei denegati ſunt. Denique *legitimum et ratum* effectus *eccleſiaſticos* et *ciuiles* habet.

§. V.

LEGITIME autem declaratur vtroque iure *conſenſus coniugalis*, ſi *publice* in eccleſia matrimonium per tria *banna eccleſiaſtica* ε) proponitur, accedente *benedictione ſacerdotali*. Occulte contractæ nuptiæ olim ab eccleſia receptæ et approbatæ, ζ) ab INNOCENTIO III. quidem prohibitæ,

ββ) *c.* 12. *X. qui fil. ſint legit.*

γ) Ex ſcholaſticorum ieiuno dogmate, *quod conſenſus faciat matrimonium*, ortum traxit, quod furtiua et clandeſtina matrimonia propugnauit, obſeruante FLORENTE *tom. II. oper. iurid. ad C. XXX. q.* 5. *p.* 130. vnde etiam doctrina de *ſponſalibus de praeſenti* deriuanda. Hodie verum *concubinatum* huic conſuetudini adeſſe, euici *tom. III h. t.* §. 56. *ſqq.*

δ) Vnde quoque vxor iudaea gaudet *priuilegio dotis* in concurſu creditorum.

ε) ita vocantur trinae proclamationes in *c.* 27. *X. de ſponſal.*

ζ) *c.* 2. *X. h. t.*

tæ, non tamen irritæ declaratæ. η) Demum *concilium Tridentinum* ϑ) eas irritas et nullas iudicauit, quod rationem habet. ι)

§. VI.

CVM ergo publice in ecclesia proponenda sint connubia per proprios *parochos*, κ) necesse est, vt trina vice hæc propositio reiteretur, ad instar *edictalis citationis*, competenti termino præfinito, vt intra illum, qui voluerit et valuerit, legitimum impedimentum opponat. Præterea facienda in *diebus dominicis*, congregato vniuerso populo, et quidem in vtriusque parochia, nisi ex iusta causa per dispensationem trina hæc propositio remissa sit. λ) Si prorsus a parocho neglecta, furtiuum est connubium, et ex *concilio Tridentino* irritum, sed in foris protestantium duntaxat pœnæ subiectum. μ) Effectus eius est, vt quilibet *contradictor* et sic quoque parentes prouocentur hoc modo ad agendum, si sua interesse putauerint.

§. VII.

PRAEMISSIS tribus bannis, nulloque obiecto obstaculo, accedere debet BENEDICTIO SACERDOTALIS,

η) *c.* 3. *in f. X. h. t.*

ϑ) *sess. XXIV. de reform. c.* 1.

ι) Non omnis consensus matrimonialis facit matrimonium, sed *publice* et *praescripto modo* declaratus, vt illud a vago concubitu distingui queat, nihilque in fraudem legum fiat, quod omnium gentium mores probant.

κ) *c.* 3. *X. h. t.*

λ) quod etiam *concilium Tridentinum* admittit.

μ) quod adhuc ex *c.* 3. *X. h. t. in f.* tractum. Sed præstaret, vt hæc connubia furtiua prorsus eliminarentur.

LIS, quæ eſt *declaratio coniugalis conſenſus coram parocho publice in eccleſia vel in præſentia teſtium facta, ſecundum liturgiam præſcriptam.* Hæc diſtinguit matrimonium a *concubinatu*, et æque in Germania a proteſtantibus, cuiuscunque ſortis, ſeruatur, licet in Belgio *declaratio publica coram magiſtratu* ſubſtituta ſit. Inde (1) liberi ex ſponſa nati, defuncto ante *copulam ſacerdotalem* ſponſo, non ſunt legitimi. (2) Nihil prodeſt, ſi vel ſcienter vel ignoranter hoc modo aliam ducit, viuente vxore priori. ν) Imo nec (3) prodeſſe deberet, ſi clam priori ſponſa, cui ius quæſitum, *furtiuas nuptias*, neglectis tribus bannis, cum alia contraxit. ξ)

§. VIII.

IPSA benedictio fit a *parocho* reſpectu ſponſæ, vel eius permiſſu, etiam ab alio, ο) vt præcaueantur fraudes et furtiuæ nuptiæ. A presbytero depoſito, vel ſine titulo promoto, vel alias *incompetente* ω) facta benedictio caret effectibus ſecundum *concilium Tridentinum*, quod merito etiam inter proteſtantes eſſet obſeruandum. π)

TIT.

ν) *c. 3. X. h. t. verſ. ſi quis.*

ξ) *tom. III. h. t.* §. 25.

ο) quod recte ſtatuit *concil. Trident. cit. l.* Imo etiam in *c. 3. X. h. t. parochialis ſacerdos* requiritur, licet non ſub pœna nullitatis.

ω) Quod fidem nullam mereatur factum ab eo, qui *incompetens* eſt.

π) Hi vt plurimum prouocant ad *c. 3. X. h. t.* in quo quidem *parochialis ſacerdos* requiritur, ſed non ſub pœna irriti.

TIT. IV.
DE SPONSA DVORVM.
TIT. V.
DE CONDITIONIBVS APPOSITIS IN DESPONSATIONE VEL IN ALIIS CONTRACTIBVS.

SYNOPSIS.

In concursu sponsalium alter interuenire solet, si agitur ad consummanda illa. I. Priora de futuro posterioribus praeferuntur, licet ad haec concubitus aut clandestina benedictio accessit. II. In concursu purorum et conditionatorum itidem priora praeferuntur. III. De praesenti indistincte praeferuntur illis de futuro. IV. Quid si priora sint conditionata, et, posterioribus puris contractis, demum ad priora accesserit concubitus? V. Conditionis in sponsalibus effectus. VI. Turpis conditio vitiat sponsalia. Matrimonio nulla conditio adiici potest, bene tamen modus, qui non obligat, si turpis. VII.

§. I.

Ad accidentia *sponsalium* et *matrimonii* tum *concursus sponsalium*, tum *conditiones* et *modi* pertinent. Vbi plura sponsalia concurrunt, altero ad sponsalia consummanda agente, interuenire debet is, qui ius potius intuitu eorum sibi asserit, quo ipso fit, vt super *prioritate* sententia ferenda sit, in qua sequentes seruandae regulae.

§. II.

Concurrentibus proprie dictis sponsalibus, i. e. *de futuro*, priora praeferenda; ϱ) quod tamen limi-

ϱ) *c. 22. in f. X. de sponsal.*

limitant, nisi ad posteriora accesserit concubitus, qui *matrimonium* inducit; σ) quod tamen ex *iure canonico* liquido probari nequit. Quodsi posteriora *benedictione sacerdotali* firmata, illa praeferenda censuit ius canonicum: τ) non aeque *concilium Tridentinum*, si *furtiuae* nuptiae contractae, quae pro *matrimonio* non habentur, quod merito etiam a protestantibus recipiendum.

§. III.

Concurrentibus sponsalibus *puris* et *conditionatis*, indistincte priora praeferenda, quia falsum est, quod pura sint *de praesenti;* quin potius euentus conditionis in *prioribus* exspectandus, si ea *conditionata* sunt, nisi ad *priora* accesserit concubitus: υ) non aeque, si ad posteriora, quorum validitas dependet ab euentu conditionis *priorum* sc. *sponsalium.*

§. IV.

Concurrentibus sponsalibus prioribus *de futuro* cum posterioribus *de praesenti* in sensu *iuris canonici*, haec praeferenda, quod *matrimonium* olim induxerint: φ) non aeque hodie, quia *concilium Tridentinum* non aliter matrimonium admittit, quam si, trina praeuia proclamatione, coram parocho contractum fuerit. Deficit vero hic casus inter protestantes, quibus *de prae-*

σ) c. 30. X. *de sponsal.* qui textus tamen loquitur de *primis sponsalibus validis*, quibus accessit concubitus, quod ad secunda *inualida* trahi nequit.

τ) c. 31. X. *de sponsal.* c. 3. *et fin.* X. *de spons. duor.*

υ) c. 3. 15. X *de sponsal.*

φ) c. 31. *in f. de sponsal.*

præsenti ignorantur. Si aſſumis poſteriora *concubitu* firmata, nec hæc *de præsenti* ſunt, quia nulliter contracta per concubitum non poſſunt in matrimonium tranſire.

§. V.

Si priora ſunt *conditionata*, et, poſterioribus *puris* contractis, prioribus acceſſit concubitus, indiſtincte priora ſunt præferenda, quia tum priora valida ſunt, tum per concubitum conditio remiſſa. Qui diſſentiunt, erronee ſupponunt, *pura* eſſe *de præsenti*, et ſic præferenda.

§. VI.

Videlicet *conditio*, promiſſis et ſponſalibus adiecta, non immutat naturam rei, ſed ad *accidentia* refertur, adeoque ſponſalia ſiue *pura* ſiue *conditionata* ſint, vera ſunt *ſponſalia de futuro matrimonio contrahendo* inita, et nunquam matrimonium. χ) Id tamen operatur conditio extrinſecus adiecta, (1) vt is, qui eam adiecit in ſui fauorem, inuito altero eam remittere valeat: ψ) (2) remiſſio etiam *tacite* et *ipſo facto* fieri queat: ω) (3) remiſſione nulla facta, obliget ad exſpectandum euentum conditionis, α) in cuius præiudicium nihil alter audere poteſt: (4) vt habeatur pro impleta, ſi per alterum, qui eam adiecit, ſtetit, quo minus impleretur β): (5) vt deficiente conditione, ſponſalia effectu deſtituantur, et ne-

χ) quod etiam agnoſcit ius canonicum in *c. X. de ſponſal.*

ψ) *c.* 1. *X. de condit. appoſ.*

ω) *c.* 6. *X. eod.*

α) *c.* 3. 5. 6. *eod.*

β) *l.* 161. *de R. I. l.* 85. §. 7. *de V. Obl.*

nequidem inducant impedimentum futuris nuptiis, cum conſanguinea prioris ſponſæ contrahendis. γ)

§. VII.

Conditiones *turpes* et *impoſſibiles* quod concernit, diſtinguendum inter *ſponſalia* et *matrimonium*. Illæ æque vt alii contractus, δ) per eiusmodi conditiones vitiantur; ad *matrimonium* autem referri nequeunt, quia huic nulla *conditio* adiici poteſt, quæ ſuſpendat *matrimonium*, id quod contradictionem inuoluit. Qui illud contrahit, illius conſummationem nunquam ſuſpendit, alioquin non contrahit. A *conditione* tamen diſtingui debet *modus*, qui, contracto matrimonio, demum implendus, atque cum eo ſubſiſtere poteſt, vt impleri debeat, niſi turpis vel impoſſibilis ſit, ε) qui non obligat, ſaluo tamen matrimonio. εε) Excipit tamen ſubtili ratione ius canonicum caſum, ſi *modus turpis* ipſam tollat et ſuffundat *ſubſtantiam* coniugii, qua ſublata, actus eſt nullus. Enimuero cum etiam hic modus turpis et non obligatorius ſit, carere potius inter proteſtantes debet effectu, ſaluo matrimonio contracto.

TIT.

γ) *c.* 1. *de ſponſal. in* 6.

δ) ceu rubrica indicat *l.* 31. *de oblig. et alien.*

ε) qui pro non adiecto habetur, in *c. f. X. de condit. appoſ.* et improprie vocatur *conditio.*

εε) vt conditione cauſa data, cauſa non ſecuta matrimonium diſſolui nequeat.

TIT. VI.

QVI CLERICI VEL VOVENTES MATRIMONIVM CONTRAHERE POSSVNT.

SYNOPSIS.

Clerici ordinum maiorum nulliter matrimonium ineunt, I. et qui votum sollemne emiserunt: non item qui simplex. II.

§. I.

PERGENDVM nunc ad *contraria*, quae matrimonium tum impediunt, tum irritant. Equidem *quicunque non prohibetur, per consequentiam admittitur.* ζ) Inter eos tamen, qui prohibentur coniugium contrahere, sunt (I) *clerici maiorum ordinum*; minorum ordinum qui sunt, admittuntur, vt supra η) iam euictum. Imo etiam illi per *dispensationem* pontificis ex grauissima causa admittuntur, quam tamen aegerrime curia Romana indulget. ϑ)

§. II.

(II) QVI votum sollemne per *professionem vitae monasticae* ι) vel *religionis habitum*, voto castitatis in manibus quorundam religiosorum emisso, assumserunt. κ) Voti simplicis de non nubendo sine tali professione non eadem vis est, quod

ζ) Haec sententia generalis est *edicti prohibitorii*, ad quod prouocatur in *c.* 23. *X. de sponsal.*

η) *lib. III. tit.* 3. §. 4. *p.* 329. *sq.*

ϑ) PONCE *de sacram. matrim. lib.* 7. *c.* 25. §. 7. SANCHEZ *de sacram. matrim. lib. VIII. disp.* 8. *n.* 11.

ι) *c.* 3. X. *b. t.*

κ) *c.* 7. X. *b. t.*

quod quidem re integra impedit matrimonium contrahendum, non tamen dirimit iam contractum. λ)

TIT. VII.

DE EO, QVI DVXIT IN MATRIMONIVM, QVAM POLLVIT PER ADVLTERIVM.

SYNOPSIS.

Quando connubium sit irritum cum ea, quam adulterio polluit? I. Bona fide contractum matrimonium subsistit, si vxor conditionem mariti ignorauit, priori illius vxore mortua. De bigamia. II. Liberi ex adulterino coniugio nati sunt illegitimi, saluis alimentis. III.

§. I.

Adulter quoque (III) matrimonium cum illa inire nequit, quam, viuente marito, adulterio polluit, iure *ciuili* quidem μ) et *antiquo ecclesiastico* ν) simpliciter; sed recentiori *secundum quid*, si (a) adultera vitae mariti innocentis insidias struxit, matrimonii cum adultero ineundi causa: ξ) vel (b) adulterio promissionem futuri matrimonii iunxit. ο) Hos duos casus etiam

λ) *c. 6. X. h. t.* Distinctionem hanc excogitarunt scholastici, post seculum XII. vt obseruaui *tom. III. h. t.* §. 1. reuera enim genuino destituitur fundamento.

μ) *l. 27. C. ad L. Iul. de adult. Nou.* 134. *c.* 12.

ν) *c.* 1. *et* 3. C. 31. *q.* 1.

ξ) *c.* 1. *X. de conuers. infid. c.* 3. *X. h. t. c.* 6. *X. eod.*

ο) *c.* 4. C. 31. *q.* 1. *c.* 1. 6. *X. h. t.*

etiam protestantes in fora sua receperunt, vt in illis contractum connubium sit irritum, nisi *dispensatio* accesserit.

§. II.

DESIDERATVR tamen, vt alter alterius conditionis conscius fuerit. Etenim maritus ab vxore, quae illum admisit *ignoranter*, eique nupsit, illius vxore prima mortua, sub praetextu *nullitatis* recedere nequit. π) Sola desponsatio clanculum, viuente marito vel vxore facta, non accedente adulterio, irrita quidem est, sed matrimonium postea contractum non facit irritum. ϱ) Aliud est dicendum de *bigamia* contracta, quae ne quidem, mortua prima vxore, connubium subsistere facit, si vel maxime a *prima* quoad thorum et mensam separatus antea fuit. σ)

§. III.

LIBERI ex tali *connubio adulterino scienter contracto* nati sunt *illegitimi*, licet diu in eo coniuges perdurauerint, τ) vt tamen vterque liberis suis, secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria subministret. υ)

TIT.

π) *c.* 1. *X. h. t.*

ϱ) *c. fin. X. h. t.*

σ) *c.* 5. *X. h. t.*

τ) quod *diuturnitas temporis peccatum non minuat, sed augeat. c.* 5. *in f. X. h. t.*

υ) vt dicitur in *c.* 5. *in f. X. h. t.* quod pugnat cum sententia iuris ciuilis in *N.* 89. *c.* 15. quam etiam refert INNOCENTIVS III. in *c.* 13. *in f.* X. *qui filii sint legit.* sed sine approbatione.

TIT. VIII.

DE CONIVGIO LEPROSORVM.

TIT. IX.

DE CONIVGIO SERVORVM.

TIT. X.

DE NATIS EX LIBERO VENTRE.

SYNOPSIS.

Morbus contagiosus antecedens matrimonium vitiat, non subsequens. Idem de furore iudicium. I. Seruitus quatenus obsit connubiis? II. Nati ex libera matre fiunt liberi, quatenus mater libera mansit. III.

§. I.

Morbus (IV) *contagiosus, antecedens* et *occultatus*, vt coniux ei secure cohabitare nequeat, irritat etiam matrimonium, non *superueniens*, φ) qui tantum sponsalia dissoluit. χ) Imo praestaret, nequidem leprosis volentibus tale coniugium permittere. ψ) *Furoris* superuenientis est eadem ratio, quae tantum *sponsalia*, non

φ) Olim ipsi pontifices hic in diuersa abierunt. *c.* 18. 25. 26. C. 37. *q.* 7.

χ) *c.* 25. X. *de iurei. c.* 1. *sq.* X. *de coni. leprof.*

ψ) ob periculum *infectionis*, quae hoc modo propagatur. Nihilominus in *c.* 2. X. *de coniug. leprof.* dicitur: *leprosi autem, si continere nolunt, et aliquam, quae sibi nubere velit, inuenerint, liberum est eis, ad matrimonium conuolare.*

non *matrimonium* dirimit, ω) et ita non facit locum proprie dicto *diuortio;* saluo tamen in foris protestantium principis arbitrio, iusta causa subnixo.

§. II.

(V) SERVITVS quidem matrimonio non obest, vt inter fideles sit *ratum*, α) modo *consensu dominorum* serui contrahant connubium. Alias nulliter contrahunt, ex quorundam locorum iuribus. β) Quodsi *ignoranter* liber ancillam duxerit, vel hæc illi nupserit, separatur matrimonium ad instantiam liberi ob iustum errorem. γ)

§. III.

LIBERI ex tali matrimonio ante *separationem* nati vel suscepti sequuntur merito ventrem. δ) Ast si libera *scienter* seruo nupsit, indistincte liberi fiunt serui, cum ipsa quoque vxor in *conditionem seruilem* hoc coniugio deducatur, nec aliter cum marito *prædium seruilis conditionis* inhabitare possit, quam libertate dimissa.

TIT.

ω) *c.* 25. *sq.* C. 37. *q.* 7.

α) *c.* 1. X. *de coni seru.* ibi: *neque seruus est a sacramentis ecclesiæ remouendus.*

β) *tom. IV. h. t.* § 6. 9. 10.

γ) *c.* 2. *et* 4. X. *de coni. seruor.*

δ) *c. vn.* X. *de nat. ex lib. ventre.*

TIT. XI.

)GNATIONE SPIRITVALI.

TIT. XII.

COGNATIONE LEGALI.

SYNOPSIS.

ı spiritualis ex quin- aufis deducta. I. Ni- tensa, quae per jus- patrinorum ex ba- icta, per concil. Tr- em restricta. II. Idem dicendum de patrinis in cate- chismo et confirmatione adhibi- tis. De nexu inter baptizan- tem et baptizatum, item ex confessione auriculari. III. De cognatione legali. IV.

§. I.

AM (VI) *cognatio spiritualis* inter cau- s *dirimentes* nuptias relata est, *e*) Con- ahitur hæc ex mente iuris canonici I) *:eptionem patrinorum ex baptismo:* II) *'ionem baptismi:* III) per *catechismum,* iteruenientibus patrinis peractum: IV) *ıfirmationem:* V) denique per *confessio-* ricularem.

§. II.

: ab initio nuptiis it. Iure *Codicis* tan- tum, ne quis eam, sacro leuauit fonte, *l.* 26. C. *de nupt.* *ma eorum DEO es- lata.* Sed potius ta- bia essent suadenda, ıc potissimum patri- n animæ eius, quam ex lauacro suscepit, habere queat, si in matrimonium ipsi data est. Ratio adducta omni- bus fidelibus communis est, nec stringit; imo necesse est, vt *coniugum animæ DEO sint copulatæ*, si sub suo coniugio adumbrare volunt *vnionis Christi cum ecclesia mysteri- um.*

§. II.

SVSCEPTIO *ex baptismo cognationem* hanc introduxit non tantum inter patrinum et infantem, quem ex fonte suscepit, sed etiam *compaternitatem* cum huius parentibus, ζ) nec non inter eorum liberos, qui hoc modo compatres et commatres facti η) cum suscepto vel suscepta. ϑ) Sed per *concilium Tridentinum* ι) restricta haec prohibitio, vt tantum obsit nuptiis inter patrinum et *baptizatum*, et huius *parentes*. Inter protestantes plane repudiata est.

§. III.

Ipse quoque *baptizans*, si *fidelis est*, κ) cum baptizato et huius parentibus; imo baptizatus cum liberis baptizantis cognationem spiritualem contrahit. λ) Sed concilio Tridentino inter *liberos* prohibitio sublata est. De *confirmatione* vtrumque ius quoque pariter intelligendum, quod noui patrini *tenere confirmandos ad* con-

ζ) Vnde (1) vir non potest proprium infantem ex baptismo suscipere, quod si fecerit, inducendi sunt coniuges ad continentiam, si fieri potest: *c.* 2. *X. h. t.* (2) *vxor susceptoris* non potest mortuo marito nubere patri suscepti. *c.* 4. *X. h. t.*

η) Inter liberos vero, per quos ad compaternitatem non deuentum est, *consuetudo dioeceseos* attendenda *c.* 8. *X. h. t.*

ϑ) et sic extensa prohibitio ad *superstitionem vsque*, vt recte ALEXANDER CHASSANAEVS *in introd. ad iurispr. canon. seu pontificiam ad h. t.* iudicat.

ι) *sess. XXIV. de reform. matrim. c.* 2.

κ) nam in casu necessitatis etiam *infideles* baptizare posse censent, *c.* 23. *de consecrat. D.* 4.

λ) *c.* 8. *X. h. t.*

irmationem dicantur. μ) *Catechismus* olim
sistebat in *scrutiniis publicis competentium*, ν)
quem actum a *patrinis* aliis, quam in baptis
adhibendis, deducebantur. Hic itidem *co-
tionem* inducit, quae tamen contractum matri-
nium non dirimit. ξ) Denique *confessio au-
ilaris* eatenus *cognationem spiritualem* inter
ıfessionarium et confitentem mulierem ο) ope-
ır, vt *fine incestu* eam cognoscere nequeat. π)
ıseant vero haec pia figmenta protestantes.

§. IV.

MAIOREM (VII) rationem prohibendi nu-
ıs iam olim deprehenderunt Romani in *co-
tione legali* per *adoptionem* contracta, qua
rnitas et *filiatio* etiam quoad *effectus ciui-*
ρ) contrahitur, vt nuptiae etiam cum illa pro-
hi-

) *c.* 2. 4. 6. 7. C. 30. *q.* 1.
l ex doctrina scholastico-
haec cognatio fine *conta-
naturali* non perficiatur.
obseruationem plus quam
·stitiosam!

Pertinent haec *scrutinia*
lultos seu catechumenos,
*primum sacrati salis pa-
m* vocantur in *c.* 1. C. 30.
et c. 5. X. *de cognat. spi-*
uod in his *sacrato sale*, in
ıfuso, pascerentur compe-
s.

Hanc differentiam in-
CLEMENS III. in *c.* 5.
t. atque ipsemet dubita-
vit, vtrum contrahendo etiam
matrimonio impedimentum
adserret per verba: *quae res
vix contrahendo matrimonio
impedimentum adferret.* Sed
BONIFACIVS VIII. haec ver-
ba in eum sensum traxit, vt
impediatur matrimonium con-
trahi in *c.* 2. *h. t. in* 6.

ο) *c.* 8. C. 30. *q.* 1.

π) *c.* 9. C. 30. *q.* 1. vbi haec
fornicatio *adulterium graue*
vocatur.

ρ) qui desunt *cognationi spi-
rituali*, nisi quaedam in illa *ad-
optio* facta fuisset. MERILLVS
lib. III. obseru. c. 40.

hibitae sint, quae mihi soror esse coepit, durante adoptione; σ) imo etiam hic respectus *parentelae* obseruetur. τ)

TIT. XIII.

DE EO, QVI COGNOVIT CONSANGVINEAM VXORIS SVAE VEL SPONSAE.

TIT. XIV.

DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

SYNOPSIS.

Consanguinitas naturalis quid? I. Noua computandi ratio in linea collaterali iure canonico inuenta, et recepta. II. Prohibitio primitus extensa ad septimum, tandem ad quartum restricta gradum. Quid inter protestantes? III. Affinitas quid, et inter quos contrahatur? IV. Antecedens matrimonio obest, et legitima et illegitima, quousque in consanguinitate eidem obest. V. De secundo affinitatis genere. VI. Superueniens sponsalia dirimit. VII. Imo etiam matrimonium, si paulo ante matrimonium initum contracta; nisi dispensatio obtineri queat VIII. Sed post matrimonium superueniens illud non tollit, innocente adulterium remittente. IX. Dispensationem tamen hae prohibitiones admittunt, liberiorem iure papali. X. Restrictiorem iure euangelicorum ecclesiastico. XI.

§. I.

σ) *c. vn. X. de cogn. leg.*

τ) vt specialiter illustraui *tom. IV. h. t.* §. 1. *sq.* veluti quod non liceat ducere amitam: facilius materteram, quia cum matre vinculum non contrahitur.

§. I.

PRIMIS vero (VIII) *consanguinitatis et affi-* *nitatis naturalis* vinculum, plus iusto, ex pa-rum imprudente zelo, υ) extensum, nuptiis at. CONSANGVINITAS est *proximitas inter* *qui per generationem ab vno stipite communi* *nimis remoto descendunt.* Generatio consti-gradus diuersos, quos numerat *ius ciuile* in *utatione*, imo etiam olim numerauit *ecclesia*, quam computandi ratio variis erroribus φ) aretur.

§. II.

NOVA computandi ratio, qua quidam iam a vsi, strenue a PETRO DAMIANO sec. XI. ra ICtos Florentinos assumta et propugnata, patrono eiusdem ALEXANDRO II. in conci-. 1065. approbata χ) in materiis matrimonia-, aliisque inde dependentibus causis, ψ) vsu a inter *Euangelicos* retenta, non quidem in li-:ecta, sed *collaterali* innouationem inducens. Prin-

Addidit AVGVSTINVS I. C. 35. *q.* I. rationes *a hominum sociali, vt ho-* , *quibus esset vtilis atque* *issima concordia, diuer-* *necessitudinum vinculis* *entur.* Et tamen DEVS et in populo suo magis lit nuptias ex vna gente ibu.

Occasiones errorum tra-*m. IV. tit. de cons. et* §. *IV. seqq.* ostendique causam primam erroris inde deducendam, quod non *parens* pro *communi stipite* in copulatione assumtus, sed *truncus* seu *principium* in *fratribus* quaesitus fuerit, quod ipse indicat ALEXANDER II. in *c.* 2. C. 35. *qu.* 5.

χ) in *c.* 2. C. 35. *q.* 5.

ψ) nam ciuilem pontifex restrinxit ad *successionis* materiam.

Principium eſt: *quousque vterque in linea collaterali, a communi ſtipite ſeu parente diſtat, eo gradu inter ſe conſanguinei cenſendi, vel inter ſe diſtant.* In linea *æquali* res ſalua eſt: in *inæquali* vero computationem a *remotiori* deſignandam credidit GREGORIVS IX. ω) Sed perabſurde! de *vtroque* enim, non de *alterutro*, quousque a communi ſtipite diſtet, quæritur, ergo quoque ab vtroque facienda denominatio, quod hodie obſeruat curia Romana. α)

§. III.

SVBSTITERVNT patres ab initio in prohibitione iuris ciuilis. Produxerunt vero latius poſt IVSTINIANI tempora eandem, omnemque *conſanguinitatem* ſub prohibitione contineri, β) eam tamen *ſeptimo gradu* finiri cenſuerunt. γ) Sed poſt ALEXANDRI II. conſtitutionem *ſeptimum gradum* ſecundum computationem nouam inſtituerunt, id quod cum abſurditate haud careret, INNOCENTIVS III. prohibitionem ad *quartum gradum* incluſiue retraxit. δ) Proteſtantes vt plurimum in *tertio & ſecundo gradu* lineæ inæqualis ſubſiſtunt, permittentes nuptias in gradu tertio *lineæ æqualis.*

§. IV.

ALTERA propinquitatis ſpecies eſt AFFINITAS, *quæ eſt proximitas ex copula carnali cum vxoris vel*

ω) *in c. f. X. de conſ. et affin.*

α) vt euici *tom. IV. tit. de conſ. et affin.* §. 19. *in f.* Nec vlla confuſio metuenda, ſi dixerim, conſanguineos in *quarto* et *quinto* gradu a communi ſtipite diſtare.

β) *c.* 6. C. 35. *q.* 5.

γ) vid. IVL. PAVLVS *lib. IV. ſent. tit.* 11. §. 8.

δ) *c.* 8. *X. de conſ. et aff. c.* 3. *de clandeſt. deſponſ.*

vel mariti consanguineis nata. Copula carnalis est vel *legitima* in coniugio: vel *illegitima* extra illud, quae tamen itidem affinitatem cum stupratae, et huius cum illius consanguineis, atque impedimentum matrimonii inducit. ε) Nascitur videlicet affinitas duntaxat inter *maritum* et vxoris atque inter *hanc* et illius consanguineos; non vero vtriusque coniugis cognati inter se eam ineunt. ζ) Vnde *nouercae soror* et *mater* mea affinis non est, nec *comprivigni* inter se, aut coniugum sorores ac fratres affinitate iuncti sunt.

§. V.

AFFINITAS duplex est vel *antecedens*, vel *subsequens*. Illa antecessit connubium ineundum: haec illud sequitur, atque semper *illegitima* est. Illa, si de *prohibitione matrimonii* agitur, vnice in quaestione est, atque disquiritur: quatenus maritus, *defuncta vxore*, ex eius consanguineis aliquam ducere queat? et vice versa: quatenus vxor, mariti post obitum, ex eius consanguineis nubere alicui queat? Et quidem eadem prohibitio in *affinitate*, quae in *consanguinitate*, quod coniuges vna caro sint, deprehenditur. Quoad *illegitimam affinitatem* prohibitio intra *primum* et *secundum* gradum tantum subsistit secundum *concilium Tridentinum*, η) Sed in foris protestantium in *linea collaterali illegitimae affinitatis* eadem est ratio, quae in *legitima* attenditur. ϑ)

§. VI.

ε) *c. 6. et 10. X. de eo, qui cogn.*

ζ) *c. 5. X. de cons. et affin.* (*Boehm. Inst. Iur. Can.*)

η) *sess. XXIV. de ref. matr. c. 4.*

ϑ) CARPZ. *lib. 2. iurisp. cons.*

§. VI.

ATQVE hæc quidem in *primo affinitatis genere* locum habent. Secundum adfinitatis genus contrahitur a marito cum *vxoris affinibus*, et ita vxoris fratris vxor eſt mihi *ſecundo genere* affinitatis iuncta, atque olim etiam tum iure ciuili; ι) tum eccleſiaſtico κ) eius ratio in matrimonio ineundo habita fuit: non item iure recentiori. λ) Sed rectius euangelici nuptias in hoc genere ad minimum prohibent in *linea recta*, veluti ne maritus poſſit vxoris nouercam ducere etc. μ)

§. VII.

SVPERVENIENS *affinitas* eſt, quæ poſt contracta *ſponſalia* vel *matrimonium* ſuperuenit, vtpote ſi ſponſus vel maritus concumbit cum ſponſæ vel vxoris adhuc viuentis conſangui-

[redacted]

naliter cognouit, deinde eius matrem, ad illius instantiam sponsalia consummanda. ϱ)

§. VIII.

MATRIMONIO iam contracto distinguitur: aut quis paulo ante eius consummationem affinitatem illegitimam, veluti cum sponsae sorore concumbendo, contraxit, aut post connubium iam contractum. Illo casu matrimonium etiam inter nolentes dirimitur, σ) quod hic *affinitas antecedens* adsit. Idem quoque dicendum inter euangelicos, quatenus *dispensationi* locus non est, vtpote si quis ante matrimonium concubuisset cum sponsae matre; τ) modo *concubitus illicitus* publicus et notorius fuerit vel idoneis testibus probatus. υ)

§. IX.

POSTERIORI casu, vbi demum contracto connubio superuenit affinitas, censuerunt pontifices, (a) inducendos esse coniuges ad perpetuam continentiam vouendam φ): (b) si innocens induci ad abstinentiam nequit, connubium non dissoluendum, vt tamen *claudicans* fiat, h. e. nocens ab innocente non possit petere debitum coniugale, vel eo nomine agere. χ) Merito tamen protestantes vtramque duram legem respuunt, cum

ϱ) *c. f. X. de eo, qui cognou.*

σ) *c. 7. et 9. X. de eo, qui cogn.*

τ) *tom. IV. de conf. et aff.* §. 40.

υ) Ergo non sufficit matris vxoris confessio, se ante connubium cum eius marito concubuisse. *c. 3. X. de eo, qui cogn.*

φ) *c. 6. 9. et 10. X. eod.* Ergo reuera separandi sunt in perpetuum quoad thorum et mensam.

χ) *c. 1. et 11. X. eod.*

cum post remissum adulterium matrimoniu
vtraque parte suam efficaciam retineat.

§. X.

SED hae prohibitiones quandoque *disp*
tionem admittunt, et quidem *papalem* in qu
que gradu lineae collateralis; *episcopalem* ve
gradibus remotioribus. De facto contra
prius rescindendum; sed, dispensatione ob
et peracta poenitentia, de nouo sollemniter
trahendum. ψ) Hoc circuitu prolixo non
tur euangelici, sed dispensatione obtenta m
in connubio, per dispensationem iam c
lidato.

§. XI.

PRAETEREA in foris protestantium
tatem dispensandi restringunt merito ad li
iuris diuini, quod etiam christianos oblig

TIT. XV.

DE FRIGIDIS ET MALEFICIATIS ET IMPOTENTIA COEVNDI.

SYNOPSIS.

Impotentia coeundi annullat matrimonium, ignoranter initum. I. Legitime probanda. II. Aliquando accedente iuramento, post triennii cohabitationem. III. Debet esse immedicabilis et perpetua. IV. Quid si vxor post separationem idonea appareat? V.

§. I.

PERGO (IX) ad vitium *impotentiae coeundi*, quod *nullitatem* inducit, si alter ex hoc defectu matrimonium impugnat. Si sponte inhabilem vxorem retineat, quod facere potest, δ) subsistit matrimonium cum omnibus iuris effectibus. ε) Requiruntur tamen in hoc argumento sequentia: (1) *iusta ignorantia.* Quae scienter inhabili nupsit, ad nullitatem coniugii prouocare nequit: ζ) quae tantum *respectiua*, non absoluta est. Prohibita tantum sunt *eunuchorum* connubia, tum *iure ciuili*, η) tum *papali* per *constitutionem* SIXTI V., ϑ) secundum quam talia matrimonia rescindenda sunt, id quod rationem habet,

δ) *c.* 5. *X. h. t.* ibi: *quodsi ambo consentiant, simul esse, vir eam etsi non vt vxorem, saltim habeat vt sororem.*

ε) cum nec senum connubia effectibus ciuilibus destituta sint, *l.* 27. C. *de nupt.*

ζ) *c.* 4. *X. h. t.*

η) *l.* 39. *de rit. nupt.* vt tamen matrimonium tantum esset illegitimum, non rescindendum, conf. *nou. Leon.* 98.

ϑ) de anno 1587. vid. *tom. II. bullar. magn. p.* 587.

bet, vt merito a proteſtantibus quoque obſeruari debeat. ι)

§. II.

(II) *Impotentia coeundi.* Sola *ſterilitas vxoris* non ſufficit κ) etiam inter proteſtantes, quod *abſoluta ſterilitas* vix probari queat. Aſt probata *impotentia coeundi*, diſſolutio coniugii conceditur. λ) Ipſa probatio non perficitur ex ſola *confeſſione* coniugum, μ) ſed ex *inſpectione oculari*, neceſſario adhibenda. ν) Inſpectio mulieris per obſtetrices *bonae opinionis* et *fide dignas*, ξ) mariti vero per *medicos* ſuſcipienda, ο) et ex iuſta cauſa etiam repetenda. π)

§. III.

SI ex inſpectione oculari de impotentia

[redacted]

ta, σ) a tempore contracti matrimonii com-
nda. τ) Et quidem, confessione vtriusque
ugis accedente, vtriusque iuramentum, quo
is *collusio* praecaueatur, necessarium: υ) si
contradicit, atque impotentiam negat, tan-
actor iurat, quo ipso iuramentum degenerat
ppletorium. φ)

§. IV.

(III) IMPOTENTIA *perpetua* et *immedica-*
χ) Sufficit autem talis defectus, qui aliter
nequit, quam cum vitae periculo, quod si
e vxor recusat, ad id cogi non potest. ψ)
ntum inhabilis respectu praesentis mariti, alii
m forsan fuerit aptior, non quidem est *abso-*
ad congressum inepta, sufficit tamen quod re-
tiue inhabilitas *perpetua* sit, adeoque recte
imonium dissoluitur.

§. V.

VIDELICET si post *separationem* idonea
apparet, redintegrandum est matrimonium,
per errorem diremtum, ω) siue vxor sanata
fuerit,

Olim iure ciuili *bien- cohabitatio* sufficiebat
ili, *l.* 10. *C. de repud. N.*
5.
c. 5. *X. b. t.*
f. X. b. t. ibi: *ipsis cum a manu propinquorum ntibus iuramento.* For-
n vtriusque iuramenti
i *tom. IV. b. t.* §. 35.
c. 2. *C.* 33. *q.* 1. ibi;
e eorum.
quod agnoscit pontifex
X. b. t. atque: *si mu-*
lier per iustum iudicium de viro probare potuerit, quod cum ea coire non possit; per *iustum iudicium* autem *probare* idem est, ac *iurare*, quod DEVS hoc iudicio adfuturus et indicaturus crederetur, si iurans sciens fefellisset.

χ) *c.* 3. *X. b. t.* ibi: *nec ope medicorum poterit adiuuari.*

ψ) *c.* 6. *X. in f. b. t.*

ω) *c.* 6. *X. b. t.* quod talis sententia nunquam in rem iudicatam transeat.

[redacted]

fuerit, quod impedimentum non fuerit perpetuum, α) quod, *re non amplius integra*, apud protestantes haud attendendum. β)

TIT. XVI.

DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTUM ECCLESIAE.

SYNOPSIS.

Matrimonium impeditur ob tempus clausum vel ob impedimentum obiectum. I. *Effectus interdicti. Quid si reus absolutus vel condemnatus?* II.

§. I.

IMPEDITVR etiam (X) matrimonium ad *tem-*

[redacted]

nium subsistit salua pœna, non obstante *pœna nullitatis*, interdicto adiecta. ζ) Impedimento probato, illud annullatur, quatenus illud dirimit matrimonium. η)

TIT. XVII.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

SYNOPSIS.

Ex iusto matrimonio nascuntur liberi legitimi, licet illud putatiuum, publice tamen contractum sit. I. *Legitimatur etiam illegitime nati ex damnato coitu. De legitimatione per rescriptum.* II.

§. I.

MATRIMONII *legitimi* effectus est, (I) *vt liberi nascantur legitimi*, θ) si vel maxime *nulliter*, *bona fide* θθ) tamen et *publice* initum ι) errore etiam iuris interueniente. κ) Si in facie ecclesiæ non fuit initum, sed *clandestine*, præsumtio b. f. cessat, et, probato impedimento, liberi sunt illegitimi. λ) Si publice initum, liberi, ante sententiam dirimentem *nati* vel *concepti*, sunt legitimi. μ)

§. II.

(II) VT *liberi illegitime nati legitimentur*, etiamsi ex *stupro*, ν) vel alio damnato coitu, etiam

ζ) *tom. IV. h. t.* §. 6.

η) quod ex causa impedimenti æstimandum.

θ) *c.* 3. 5. 7. 12. *X. h. t.*

θθ) etiam *vnius. c.* 14. X. *h. t.*

ι) *c.* 2. 11. 14. X. *h. t.*

κ) *c.* 8. *X. h. t. l.* 57. §. 1. *de rit. nupt.*

λ) *c.* 3. *X. de cland. desponsat.* *v. si quis.*

μ) *c.* 2. *X. h. t.*

ν) *c.* 1. *X. h. t.*

[redacted]

iam adulterino, ξ) ſuſcepti fuerint. Sufficit vero hodie ἱερολογία, absque *dotalibus inſtrumentis*, o) et conſenſu liberorum, vtpote quibus hodie, non æque olim, beneficium datur. Liberior quoque eſt legitimandi poteſtas per *reſcriptum papale* vel *principis*, π) vt qualeſcunque illegitimi hoc modo legitimentur.

TIT. XVIII.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT VEL CONTRA ILLVD TESTARI.

SYNOPSIS.

Ob impedimentum priuatum *que. I.* *Poſteriori caſu ſum-*

[redacted]

vel doceat, denunciationem in eius notitiam non venisse.

§. II.

POSTERIORI casu proceditur *summarie*, nec stricte *ordo iudiciarius* seruatur, *v)* cum iudex ecclesiasticus etiam ex officio, sine accusatore, procedere queat. Nec adeo fatalia obseruanda, et publicatis depositionibus testes adhuc recipi possunt, *φ)* consanguinei etiam. *χ)*

TIT. XIX.

DE DIVORTIIS.

SYNOPSIS.

Diuortium quid? totale tantum ius canonicum in vno admittit casu. I. Fundamentum huius doctrinae. II. Ob adulterium concedit separationem quoad thorum et mensam cum priuatione dotis. III. Protestantes etiam totale concedunt, ex pluribus causis, IV. quandoque separationem ad tempus. De vtroque iudex ecclesiasticus et incidenter etiam de alimentis et priuatione dotis decernit. V.

§. I.

POTEST etiam matrimonium impugnari ex causa DIVORTII, quod est *matrimonii legitime et valide initi ex causa superueniente per sententiam iudicis ecclesiastici facta dissolutio*, et quidem vel quoad *vinculum*, vel tantum quoad *thorum* et *mensam*. Prius ægre ius canonicum admittit, ob *sacramenti* causam, *ψ)* ne quidem in

v) c. 1. X. *vt lit. non cont.* clem. 2. *de iudic.*

φ) c. 26. X. *de testib.*

χ) c. 3. X. *h. t.* qui meliorem notitiam de his impedimentis habere possunt.

ψ) c. *vn. de voto in* 6. c. 7. X. *h. t.* Si *copula carnali* consummatum,

in caſu *adulterii*, ω) ſed tantum in caſu, ſi coniux infidelis fidelem deſerat. α) Hoc iure hodie vtuntur in foris eccleſiaſticis catholici, poſtquam cauſæ matrimoniales ad hæc *iudicia* priuatiue tracta. Olim etiam imperatores cauſas diuortiorum determinarunt, et ex iſtis totalem diſſolutionem admiſerunt, β) nec vllo concilio œcumenico hoc improbarunt patres, aut hanc poteſtatem imperatoribus in dubium vocarunt. γ)

§. II.

AVGVSTINVS tamen, diſtinctione vſus inter *ius cœli et fori*, δ) docuit ac grauiter inculcauit, ſecundum *illud* vxorem a marito diuertentem ex cauſa adulterii eo viuente, non poſſe alii nubere, idque auctoritate PAVLI apoſtoli ε) firmauit. ζ) Diſceſſum ergo a marito adultero vel mariti ab vxore adultera haud improbauit, ſed nouas nuptias, altero viuente, improbauit AVGVSTINVS. Inde ortum pedetentim in *foro eccleſiaſtico* traxit *ſeparatio quoad thorum et menſam perpetua* in cauſa *adulterii*, atque in dogma eccleſiæ vniuerſale pedetentim tranſiit, quod reſpectu *ſacramenti* magis magisque firmatum.

§. III.

QVOCIRCA *iure canonico* ex cauſa adulterii, etiam

matum *c.* 7. 13. *X. de conuerſ. infidel.*

ω) *c.* 8. *X. h. t. conc. Trid. ſeſſ.* XXIV. *c.* 7.

α) *c.* 7. *et* 8. *X. h. t.*

β) vt *tom. IV.* §. 4. *ſeqq.* monſtraui.

γ) LAVNOIVS *de regia in matrimon. poteſt. p.* 322. *edit. Pariſ.*

δ) *ſerm.* 392. *tom. V. oper. ſecund. edit. Pariſ. p.* 1503. ſecundum antiq. vero *tom. X. hom.* 49.

ε) 1 *Cor. VII*, 10. *ſeq.*

ζ) *lib.* 1. *ad Pollent. de adult. coniug.* PAVLVM vero de *adulterio* locutum fuiſſe, textus non docet, imo contrarium euincit in verbis: *aut viro ſuo reconcilietur.*

etiam *præſumti*, η) quatenus præſumtio *violenta* eſt, vel ex inſidiis vitæ ſtructis ſimilibusque tantum diuortium decernitur, quoad *thorum et menſam*, ſaluo matrimonio. In cauſa adulterii hæc ſeparatio *perpetua* eſt, ac adultera amittit dotem et dotalitium: ϑ) vel vbi communio bonorum viget, partem ex ſtatuto vel conſuetudine debitam. ι) Denique quia ipſum *adulterium* cauſam priuationis conſtituit, defuncto eo ante ſententiam diuortii, et nulla interueniente reconciliatione, ſententia priuationis adhuc ferri, imo poſt mortem adulteræ hæc exceptio heredibus adulteræ opponi poteſt. κ)

§. IV.

PROTESTANTES hic abeunt a ſententia iuris canonici, λ) doctrina ſaluatoris innixi, qui de *vero diuortio*, de quo quæſitus erat, deciſionem formauit, illudque concedit ex *fornicatione* et quod eius *rationem* habet. μ) *Rationem* autem *fornicationis* habet omnis turpitudo, qua frangitur *fides coniugalis*, et ſic diuortio locum facit. Huc pertinet adulterium tum verum, tum in *violenta præſumtione* fundatum, ν) malitioſa deſertio, inſidiæ vitæ ſtructæ, præfracta debiti coniugalis denegatio, doloſe procurata ſterilitas, ac crimen ab vxore commiſſum, ob quod carceribus perpetuis vel ergaſtulo mancipatur, quo *per indirectum* ſe inhabilem doloſe reddit, ad fidem coniugalem ſeruandam.

§. V.

η) *c.* 12. *X. de præſumt.*

ϑ) *c.* 4. *X. de donat. int. vir. et vxor.*

ι) *c.* 10. *X. de conſuet.*

κ) *c.* 4. *cit.*

λ) ex antiquitatibus edocti, olim diuortia fuiſſe permiſſa ex cauſa *diſſidiorum*, de quo genere loquitur PAVLVS 1 *Cor. VII*, 10. *ſqq.*

μ) *Matth. V*, 32. conf. *tom. IV. h. t.* §. 7. *ſqq.*

ν) Probatis actibus immediatis, qui adulterium præcedunt, quibus itidem violatur *fides coniugii.*

§. V.

ADMITTVNT etiam euangelici ſeparationem *quoad thorum et menſam ad tempus*, ob diſſidium animorum, ſæuitiam maritalem, peſſimosque vxoris mores. ξ) Vtroque caſu decernitur diuortium a *iudice eccleſiaſtico*, præuia cauſæ cognitione, et lata ſententia. ο) Poſteriori caſu matrimonium adhuc durat, adeoque ſeparata a marito alenda, qui etiam dotem retinet. π) Priori caſu innocenti nouæ conceduntur nuptiæ, nocenti interdicuntur, priuatione *dotis* accedente, ρ) de qua *incidenter* etiam decernit iudex eccleſiaſticus, vel ad cauſam diuortii delegatus. σ)

TIT. XX.

DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM ET DE DOTE POST DIVORTIVM RESTITVENDA.

SYNOPSIS.

Effectus diuortii vel ſententiæ nullitatis. I Ob dotis amittendæ periculum maritus cautionem præſtare, vel illam reſtituere debet. II.

§. I.

DIVORTII *totalis*, vel *perpetui*, licet quoad thorum et menſam, effectus eſt tum reuocatio donationis, quæ non valet inter coniuges, τ) et ſic ea occaſione reuocari ſolet: tum pri-

ξ) conf. *tom. IV. h. t.* §. 42. *ſqq.*

ο) *c.* 3. *X. h. t.*

π) eique merito ſuccedit, tum ex ſtatuto, tum ex iure prætorio.

ρ) prout § *II.* dictum.

σ) *c.* 3. *X. de donat. int. vir. et vxor.*

τ) *c.* 8. *X. h t.* in quo pontifex compendium huius doctrinæ ex iure ciuili tradit.

io lucrorum dotalium. *υ*) Si ex causa *nul-*
r dissoluitur connubium, dos restitui debet
φ)

§. II.

SI constante matrimonio *periculum dotis*
ndæ imminet, viro ad inopiam vergente,
ncunque cautionem præstare vel restituere
a debet maritus, saluis dotis fructibus. *χ*)
matrimonio, itidem dotem repetit, atque
ia quoque *viduarum* dotem protegit, qua-
salua iustitia fieri potest. *ψ*)

TIT. XXI.

E SECVNDIS NVPTIIS.

SYNOPSIS.

dæ nuptiæ hodie per-
sæ: olim magis tolera-
pnitentiis subiectæ, at-
c odiosæ. I. De bene-
dictione secundarum nuptia-
rum atque anno luctus. II. Ho-
die valet conditio: si ad secunda
vota non transierit. III.

§. I.

IMAE non tantum, sed etiam *secundæ* hoc
ure permissæ sunt nuptiæ, *ω*) licet iure an-
iquo ecclesiastico non æque probatæ, sed
æ magis, *α*) vt secundo nubentibus haud
anda esset communio, *β*) licet sæpius nu-
us pœnitentia indicta. *γ*) Prohibitum
ea, (a) ne conuiuio secundarum nuptia-
iteressent presbyteri *δ*): (b) nec iis bene-
dice-

n explicatam *tit. præ-*

, *X. h. t.* nam etiam in
onico hæc dissolutio
diuortium.
7. *X h. t.*
5. *X h. t.* Sub hoc præ-
m sæpe causas *vidua-*
le reuocabant iudicia
ica, quod tamen pon-

tifex in *c.* 11. *X. de for. compet.*
tunc demum admittit, si iudex
secularis iustitiam denegat.
ω) *c.* 4. 5. *X. h. t.*
α) *c.* 9. 10. C. 31 *q.* 1.
β) *concil. Nic. c.* 1.
γ) *c.* 8. C. 31. *q.* 1.
δ) *cit. c.* 8. ne *propter con-*
uiuium secundis nuptiis con-
sentire videatur.

dicerent: ε): (c) nec digamos ad clerum admitterent. ζ)

§. II.

SED hæc ſeueritas iure recentiori mitigata, nec *omnis benedictio* ſecundo nubentibus denegata, η) adeo vt nequidem *annus luctus*, quem ius Romanum in vidua deſiderabat, ſeruandus ſit, ϑ) quo iure effectum eſt, vt pœnæ nubentibus intra annum luctus impoſitæ recipi in foro haud potuerint, nequidem inter Euangelicos. ι)

§. III.

ODIA hæc, quæ ius eccleſiaſticum contra *ſecundas* concepit *nuptias*, etiam ad leges Cæſarum chriſtianorum tranſlata ſunt, in quibus tamen probata eſt conditio: *ſi a ſecundis votis abſtinuerit*, vtpote principiis iuris huius maxime conueniens, κ) licet olim iure Romano improbata fuerit, legi Papiæ et Poppœæ contraria. Pariter *dotalitia* viduarum admittunt hanc conditionem: *ſi ſuperuixerit et in viduitate permanſerit.* λ) Sunt præterea quædam in *fauorem liberorum primi thori* introducta, μ) quæ hic non tango, cum ex *ſecundis nuptiis* qua talibus non fluant, nec applicari queant, liberis primi thori non exiſtentibus.

LI-

ε) *c.* 1. 3. *X. h. t.*

ζ) vid. *lib. I. tit. de digam. non ordin. p.* 96. §. 38.

η) *tom. IV. h. t.* §. 14.

ϑ) *c.* 4. *et* 5. *X. h. t.*

ι) quod cauſæ matrimoniales non ex iure *ciuili*, ſed ex *canonico* decidendæ. Ergo hodie vidua ordinario iure ſuccedit contra *l.* 1. C. *de ſecund. nupt.* non amittit, quæ a priori marito relicta ſunt contra *l.* 2. *C. eod.* et recte ex teſtamento extranei quoque capit, contra *cit. l.* 1.

κ) *Nou.* 22. *c.* 43. 44. *auth. cui relictum C. de indict. viduit.*

λ) vid. Diplomata HENRICI I. *de a.* 929 apud B. HEINECCIVM *in hiſtor. Goslar. lib. I. p.* 13 ibi: *eo modo et ea ratione, ſi nobis ſuperſtes extiterit, et in ſanctæ viduitatis pudicitia permanſerit.*

μ) *l.* 5. *et* 6. C. *de ſecund. nupt.* N. 22. *c.* 2.

FINIS LIB. IV. DECRETALIVM.

[redacted]



,IBRI V. DECRETALIVM

TIT. I.

CCVSATIONIBVS, INQVISI-
)NIBVS ET DENVNCIA-
TIONIBVS.

TIT. II.

CALVMNIATORIBVS.

SYNOPSIS.

io episcoporum cir- piandaper pœniten- ina. I. Proprias t pœnas respubl. ec-)bisquam crimina- Quatuor modi pro- criminibus. Quid III. Habilitas ac- IV. Inscribere rimen. V. Accusa- esse subiectus iudici . VI. Procurator haud admissus. VII Modus procedendi et probandi crimi- na. VIII. Denunciatio anti- qua quid? IX. Tertius mo- dus est inquisitio, cuius quali- tates adferuntur. X Ordo procedendi. XI Latius dila- tata et ad occulta crimina e- ruenda adhibita, vt magis fre- quentior sit ipsa accusatione. XII. Præmittenda tamen in- quisitio generalis, XIII.

§. I.

DENIQVE superest *sacramentum poenitentiae*. Quemadmodum vero primaria *episcoporum* cura in fidelium *salute aeterna* promouenda posita fuit; ita, recepto dogmate, quod delictis, nisi *externa poenitentia*, legitimo tempore peracta, venia dari non possit, omnes in hoc ab antiquo fuerunt, vt, vel de crimine conuictis vel sponte confitentibus, poenitentias ad expianda ea imponerent: vel *censuras ecclesiasticas* α) in *medicinam animae*, vt loquuntur, infligerent laicis, *poenitentias* subterfugientibus: vel iis *clericos* deuiantes in officio retinerent. Atque hinc de *criminibus* et de *modis* in illis procedendi, quoad hos effectus, in iure canonico agitur.

§. II.

IN foris *secularibus* primario de *criminibus* et *delictis* agitur, *boni publici* causa, et sic ad poenam vel *ciuilem* vel *criminalem*. Sed fora ecclesiastica abhorrere dicuntur a *poenis criminalibus*, maxime sanguineis, vtut *veras poenas*, suo statui conuenientiores, pedetentim repererint, quibus nec *respublica ecclesiastica* carere potuit, quae reuera saepe plus quam *criminales* sunt. Quid? quod plura crimina, β) causam *religionis* concernentia, speciatim *ecclesiastica* dicta, priuatiue sibi

α) *c.* 13. *X. de iudic.* ibi: *decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura.* Et paulo post: *ad officium nostrum spectat, de quocunque mortali peccato corripere quemlibet christianum.*

β) Haec facile ex catalogo, quem *tom. IV. h. t.* §. 66. dedi, erui possunt.

ſibi vindicauerint, de quibus iudex ſecularis decernere nequit.

§. III.

HAC de cauſa de *modis procedendi* in cauſis *criminum* primo loco agendum: dein de *criminibus* ipſis, et tandem de variis *pœnarum eccleſiaſticarum* generibus. Modi procedendi ſunt ſequentes: (1) per *accuſationem:* (2) *denunciationem:* (3) *inquiſitionem*, γ) et denique (4) per *exceptionem*. δ) *Accuſatorius* proceſſus cum ſimplici *denunciatione* olim tantum in vſu fuit in eccleſiis, detegendorum criminum cauſa, vt malis hominibus vel purgarent eccleſias, vel eos ad *pœnitentias* adducerent. Huc cura omnis epiſcoporum directa, et hunc in finem e foro ciuili, et ex eius principiis *accuſationes* adoptauerunt, quia neminem eiicere aut *pœnitentiis* ſubiicere poterant, niſi aut *confeſſum* aut *conuictum*. ε) Erat ergo hoc ſenſu ACCVSATIO *delicti apud iudicem eccleſiaſticum publica delatio et perſecutio, vt improbi ab eccleſia vel in totum vel in tantum pellerentur;* in totum quidem per *excommunicationem:* in tantum vero per impoſitam *pœnitentiam* vel *depoſitionem* clericorum. ζ)

§. IV.

γ) *c.* 16. 24. *X. h. t. c.* 31. *X. de ſimon.*

δ) Hoc caſu magis *ciuiliter* de crimine proceditur, vt ſupra *lib. II. tit.* 20. §. 2. *p.* 249. obſeruaui. Proinde luce meridiana clarior probatio hic non deſideratur, vt reuera hunc non pertineat.

ε) *c.* 1. C. 2. *q.* 1. *c.* 18. C. 2. *q.* 1.

ζ) quibus olim *communio eccleſiaſtica* ſecundum quid amittebatur.

§. IV.

Delatio desiderabat *accusatorem*, sine quo nemo condemnari, nec idem *iudex* et *accusator* esse poterat. η) Nec quilibet recipiebatur, nisi vndequaque idoneus, ϑ) et qui legibus secularibus non esset prohibitus. ι) Speciatim hoc iure prohibentur (1) *laici* clericos accusare, κ) quorum vilissima conditio ratione horum censebatur. (2) Laicos non possunt accusare clerici ad vindictam sanguinis exercendam, id quod duntaxat ad forum *seculare*, non *ecclesiasticum* spectat λ). (3) *Criminosi*, μ) h. e. de crimine condemnati, vel in accusatione constituti; illi enim infames erant: ν) hi vero nondum se purgauerant ξ). (4) Inimici quoque repellendi sunt ο). (5) Denique hæretici, pa-

η) *c.* 4. C. 2. *q.* 1. *c.* 5. 6. C. 3. *q.* 9. *c.* 18. C. 2. *q.* 1.

ϑ) *c.* 7. C. 2. *q.* 1.

ι) *c.* 5. 7. C. 3. *q.* 5.

κ) *c.* 1. *sqq.* C. 2. *q.* 7. Hoc dogma ex quisquiliis ISIDORI haustum, et ab ALEXANDRO III. in *c.* 14. X. *de testib.* sub *sacrorum canonum inuolucro* assumtum.

λ) *c.* 6. C. 2. *q.* 7. *c.* 2. *de homic. in 6.*

μ) *c.* 22. C. 2. *q.* 7.

ν) *c.* 1. *sqq.* C. 3. *q.* 4.

ξ) quod leges ciuiles desiderabant. *l.* 19. C. *de his, qui accus. non poss.* Recte IVO Carnutensis episcopus *ep.* 35. *Neganda est accusantibus licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exemerint.* Conf. *c.* 1. C. 3. *q.* 11. De maiori crimine tamen accusandi potestas erat *l.* 1. C. *de his, qui accus. non poss* *c.* 4. C. 3. *q.* 11.

ο) *c.* 14. X. *h. t.* Hoc prætextu laici a clericorum et inprimis episcoporum accusationibus repelluntur, *quod oppido eis infesti existant*, vt dicitur in *c.* 5. C. 2. *q.* 7. Expressius BONIFACIVS VIII. in *c.* 3. *de immun. eccl. in 6.* *clericis laicos infestos oppido tradit antiquitas, et præsentium experimenta temporum manifeste declarant.*

, iudæi, aut anathematizari, quod infamiæ
ıt adſperſi. π)

§. V.

ɔN aliter autem olim accuſator receptus,
riberet in crimen, ϱ) quo ſe obligabat ad
ı *talionis*. σ) In hoc differebat a *ſimplici*
iatione in criminibus occultis, quæ nullam
abat *inſcriptionem*, ſicuti etiam ab *exceptio-*
ninis aliena erat. τ) Neutri tamen ca-
impunita, ſed actioni iniuriarum υ) vel
'dinariæ pœnæ locus relictus. φ) Hæc ho-
oro *ſeculari* tantum, non *talionis* obtinet,
nſcriptio in crimen non recepta, ſed loco
utio ex *ſanctione Carolina* χ) præſtanda
ı expenſis et iniuria.

§. VI.

'IA accuſator defert *crimen* iudici eccle-
, vt in illud animaduertat: ſequitur, vt
ıs illi ſubiectus eſſe debeat, qui de cri-
ognoſcit. Et ſic epiſcopus de diœceſa-
norum

ı. *ſqq*. C. 3. *q*. 4. *c*.
1. *c*. 23. *et* 25. C. 2.

4. C. 2. *q*. 8. *c*. 6. 14.
ı. X. *h*. *t*.
. C. 4. *q*. 4. ibi: *vt*
calumniator recipiat.
q. 6. ibi: *iuxta ca-*
ıtrum ſententias, qui
n illatam non probat,
bet incurrere, quam
t, reus vtique ſuſti-
Ergo deficiens in pro-
batione criminis contra lai-
cum, eiiciendus erat, quia, eo
probato, accuſatus excommu-
nicatus fuiſſet.

τ) *c*. 16. X. *h*. *t*.

υ) *l*. 1. §. 4. *D*. *de iniur*.

φ) *c*. 16. *X*. *h*. *t*.

χ) *art*. *XII*. vbi per calu-
mniam accuſato electio da-
tur, vtrum coram *eodem*, an
coram proprio magiſtratu ca-
lumniæ nomine conuenire
malit accuſatorem.

norum criminibus cognofcit. Pontifex etiam in imperatorem regesque hoc ius fibi afferit, ψ) quod generatim *cenfuram peccatorum* habeat. ω) Papam quoque etiam in *conciliis vniuerfalibus* accufari poffe, experientia docet, quod ille huic fubiectus fit, cum ex mente *iuris canonici* totam ecclefiam repræfentet. Accufantur *clerici* et *laici* in hoc foro; illi quidem tantum coram iudice ecclefiaftico, α) exceptis quibusdam cafibus; β) hi vero in criminibus *ecclefiafticis*, et *mixtis* ad vtrumque forum poft feculum XII γ) relatis: in mere *fecularibus* vero coram magiftratu feculari. δ)

§. VII.

INDE quoque conclufio orta, accufationem non admittere *procuratorem*, non a parte *accufatoris*,

ψ) *c.* 13. *X. de iudic.*

ω) et fic quoque ius excommunicandi reges et principes, quod cum omnes admittant, pontificem iudicem quoque admittere debent.

α) Olim etiam de criminibus clericorum cognofcebat *iudex fecularis*, vt electio effet penes accufatorem: vtrum coram hoc, an epifcopo crimen deferre mallet, ex conftitutione IVSTINIANI *in nou.* 123. *c.* 21. §. 1.

β) relatis fupra *lib. II. tit.* 8. §. 9. *p.* 203.

γ) Ante hæc tempora quævis crimina foro ecclefiaftico fubiecta, folius pœnitentiæ fubeundæ caufa. Sed poftquam cenfuræ ecclefiafticæ in *pœnas* proprie dictas degenerarunt, et *forum pœnitentiale* in forum *criminale*, quod *externum* vocant, eft mutatum, *c.* 16. *X. h. t. in f.* fora fecularia omnem amififfent cognitionem in criminibus, nifi diuifio facta fuiffet, quibusdam delictis foro feculari priuatiue relictis, quæ mere *fecularia* vocantur. conf. MORINVS *de adminiftr. pœnit. lib. I. c.* 10.

δ) ANTON. MATTHAEI *de crimin. in proleg. c. IV.* §. 6.

ſatoris, quia inſcribebat in crimen: ε) nec a parte *accuſati*, quod per litis conteſtationem *dominus litis* fieret procurator; quod in criminali cauſa fieri non poterat. ζ) Admittitur tamen procurator, (a) ſi *ciuiliter* de crimine agitur η): (b) ſi per modum *exceptionis* crimen obiicitur. ϑ) Cum vero hodie accuſator non inſcribat in crimen, etiam per *procuratorem* accuſare, ægre vero per eum reus comparere poteſt, quod *præſentia* eius ex cauſis prægnantibus deſideretur.

§. VIII.

CETERVM in hoc proceſſu etiam *ordo iuris* deſideratur, vt in *ciuili cauſa*. Exhibendus enim *libellus*, a reo vero lis conteſtanda: ι) reo crimen negante, accuſator probationem ſuſcipere debet vel per *teſtes idoneos*, κ) ad minimum duos vel tres: λ) vel per *tabulas*, potiſſimum ſi in iis crimen commiſſum: μ) vel etiam per *indubitata iudicia*, quæ olim ſufficiebant, ν) non

ε) *c.* 16. X. *h. t.*

ζ) vnde præſens reus eſſe debebat. *c.* 4. 11. 12. 13. 21. C. 3. *q.* 9.

η) *c.* 5. X. *de procur.*

ϑ) *c.* 16. *inf. h. t.* ibi: *licet agatur de crimine, non eſt tamen huiusmodi quaeſtio criminalis: vnde per procuratorem rite poteſt tractari.*

ι) *c. pen.* X. *de purgat. canon.*

κ) *c.* 25. C. 2. *q.* 1.

λ) C. *Car.* C. *art.* 67. Qui magnum numerum teſtium in condemnatione clericorum requirunt, decipiuntur prauo intellectu *c.* 2. 3. C. 2. *q.* 4. cuius verum ſenſum dedi *tom. IV. h. t.* §. 75.

μ) *c. f. de iurei. in* 6. *c.* 5. X. *de crim. falſ. clem. vn. de vſur.*

ν) *l. f.* C. *de probat.* In crimine hæreſeos etiam talem probationem admitti, infra euincam.

non æque hodie. Excipiunt crimina manifesta, et adeo *notoria*, vt nullus inficiationi locus esse possit, et sic probationem non desiderent. ξ) Sed tale *notorium*, quod omnem excludat probationem, non facile datur, præsertim cum reus etiam *defensione* sua audiendus sit, antequam condemnetur, qua admissa, demum sententia fertur.

§. IX.

PRAETER *accusationem* olim vsitata erat DENVNCIATIO, quæ erat *simplex et secreta vel priuata reuelatio criminis occulti commissi, episcopo hunc in finem facta, vt per serias adhortationes criminosum ad confitendum induceret, et, confessione facta, pœnitentiæ subiiceret.* ο) Hæc fiebat *in secreto;* accusatio *publice*, atque obstringebat accusatorem, vt crimen delatum probaret, qua probatione denuncians haud defungebatur, et sic non inscribebat in crimen. π) Id vnice agebat episcopus, vt fraterne corriperet et ad confitendum induceret delinquentem, qui si in negando subsisteret, dimittendus ππ) sine vlla censura ecclesiastica. Eam præcedere debebat *charitatiua monitio* ϱ) in secreto, qua a peccatore neglecta, prodi poterat delinquens episcopo, σ) non vt hic *ex officio* in crimen inquireret, sed ad pœnitentiam induceret inculpatum. τ)

§. X.

ξ) *c.* 15. *X. de purgat. canon.*

ο) æque vt hodie sæpe confessionariis produntur crimina occulta. *c.* 9. *C.* 2. *q.* 1.

π) *c.* 16. *X. h. t.*

ππ) Sine vlla proditione publice facta.

ϱ) *c.* 24. *in f. X. h. t. c.* 31. *X. de simon.*

σ) id quod traxerunt ex doctrina CHRISTI. *Matth.* XVIII. ibi: *dic ecclesiæ.*

τ) vnde constanter distinguit

§. X.

TERTIVS modus procedendi in crimini- est INQVISITIO, *qua iudex ecclesiasticus vllo accusatore ex officio inquirit in verita- criminis commissi, cuius quis per clamorem icum insimulatus est.* υ) Processus hic (1) *re- ior* est, ab INNOCENTIO III. demum intro- us, olim incognitus, nisi quod in *manifestis itoriis* omnem seponerent processum. φ) *Ir- laris* (2) praeterea erat, quod sine *accusatore* o, more antiquo forensi, in ecclesia ante tempora condemnari poterat, χ) qui tamen deerat, et iudex eius vicem more plane in- to sustinebat, quam ob causam in *concilio rali* confirmari debuit. ψ) Denique (3) *diarius* erat, tunc demum adhibendus, si sator deerat, et tamen *clamore publico* quis infamatus, *vt diutius sine scandalo dissimu- non posset, nec sine periculo tolerari.* In vnico casu ab initio permissa *inquisitio*, et sic

INNOCENTIVS III. *de- ationem* ab *inquisitione* , *c.* 24. *et* 31., vt hodi- praxis ab antiqua omni- listingui debeat. Dan- praeterea aliae denuncia- m species, quae huc non int, relatae *tom. IV. h. t. sq.*

Tradidi definitionem bus huius processus: subsequenti, admodum tae, praxi conuenien-

φ) *c.* 15. C. 2. *q.* 1. vtpote si quis publice in scenam quae- stus causa prodierat.

χ) *c.* 18. C. 2. *q.* 1. quod ratio iuris non permitteret, vt idem *accusator* et *iudex* esset, et nemo sine illo con- demnari posset, ad quod prin- cipium adhuc prouocatur in *c. vn. X. vt sine dimin. benef. confer.*

ψ) *c.* 24. X. *h. t.* vbi variis coloribus nouus et inusitatus hic modus incrustatus.

ſic (4) *extraordinarius* erat, vt nec pœnæ or
nariæ locus eſſet, ſed extra ordinem plectend
delinquens. ω)

§. XI.

ORDO procedendi per viam *inquiſitionis* l
eſt præſcriptus α): (1) vt præſens ſit, con
quem inquiſitio facienda: per contumaciam a
ſens tamen condemnari poteſt, quod *extraor*
naria tantum plectatur pœna: (2) exponenda
capitula, de quibus inquiſitio ſuſcepta, et ſic n
ceſſario ad illa examinandus eſt, hic vero reſpo
dere tenetur β): (3) recipiendi teſtes: (4) dic
et nomina teſtium ei publicanda, vt contra ea e
cipere poſſit: denique (5) defenſio eius adm
tenda. γ)

§. X

[redacted]

§. XII.

SED praeter intentionem contigit, vt hic modus postea admodum dilatatus, et adeo in vsum forensem deductus sit, vt etiam ad *fora secularia* transierit, ipsa accusatione longe vsitatior et frequentior. Etenim non tantum in casu extraordinario *famae* et *clamoris publici*, sed etiam ad *delicta occulta* eruenda, quae per DENVNCIATIONEM SIMPLICEM olim ad iudicem delata sunt, hodie adhibetur. Haec hodie est simplex *manifestatio occulti criminis iudici seculari facta, in hunc finem, vt ipsemet ex officio inquirat.* Ergo non nouus hodie modus procedendi est, sed magis proxima ad inquirendum via, vt a *denunciatione* antiqua in *secreto* facta nullum argumentum duci queat, sed denuncians reo, suae defensionis causa, indicandus sit. δ) Praeterea in *poena* hodie non est discrimen, sed eadem dictatur, siue per *accusationem*, siue *inquisitionem* procedatur, Denique licet, in comparatione illius, hic *summarius* vocetur, hodie tamen magis instructus et ordinatus est, vt olim.

§. XIII.

ANTEQVAM enim ad *specialem* contra reum procedatur inquisitionem, (a) constare ex actis debet de legitimo eius fundamento: (b) praemittenda *generalis inquisitio:* vtrum crimen commissum sit? et si de eo constat, quis illud commiserit? ac sub quibus circumstantiis commissum? Atque hunc in finem *testes* summarie reci-

δ) argumentis pluribus hoc euici *tom. IV. h. t.* §. 96. *sq.*

recipiuntur *e*) ad instruendam specialem inquisitionem, pro qua tamen declinanda reus merito audiendus, defensione pro *auertenda inquisitione* oblata, quippe quæ hodie magni præiudicii est. Denique vbi ad *specialem inquisitionem* indicia sufficere videntur, hæc secundum modum, in §. *XI.* in compendio allatum, peragenda.

TIT. III.

DE SIMONIA ET NE ALIQVID PRO SPIRITVALIBVS PROMITTATVR VEL EXIGATVR.

SYNOPSIS.

[redacted]

ſtici eſt. η) Quia autem *officium ſacrum* conſiderari poteſt vel *in genere*, quatenus *acquirendum* eſt: vel *in ſpecie*, quatenus in *particulari caſu* præſtandum eſt atque exhibendum deſideranti, ſciendum eſt, duplici modo poſſe committi ſimoniam: (1) principaliter in *acquiſitione officii ſacri* pro pretio, quæ cum *manuum impoſitione* peragatur, vendi *gratia DEI* dicitur, ϑ) id quod cum *Simonis impio attentato* ι) confertur: (2) *ſecundario*, ſi aliquid exigitur vel promittitur pro *particulari officio* vel *actu* ſacro, veluti pro *adminiſtratione ſacramentorum*, κ) multo magis ergo *pro miſſa* legenda. Denique (3) improbata etiam *datio pretii* pro iure, quod quidem non eſt ſpirituale, ei tamen cohærere dicitur, vt *ius patronatus*; λ) ſed hæc ſpecies magis *quaſi ſimonia* ſeu *impropria* eſt, quorſum etiam merito refero, ſi pretium datur pro exercitio *iurium eccleſiaſticorum*, quæ *ſpiritualia* per abuſum vocantur. μ)

§. II.

IN prima ſpecie principaliter committitur crimen *ambitus*, erronee quidem cum facto Simonis comparatum, graue tamen flagitium merito dicendum. Deſideratur tamen *conuentio*

η) *l.* 31. C. *de epiſc. et cler.*

ϑ) in *c.* 1. C. 1. *q.* 3. *c.* 7. 8. 11. C. 1. *q.* 1.

ι) *Act. VIII*, 18. *ſqq.*

κ) *c.* 10. 99. C. 1. *q.* 1. *c.* 3. C. 1. *q.* 3. *c.* 8. *X. h. t. c.* 36. *h. t.*

λ) *c.* 16. *X. de iure patron.* *c.* 5. *X. de rer. permut.*

μ) vt *tit. duobus ſequentibus* dicendum. conf. *c.* 9 *X. h. t. c.* 24. *X. h. t.* veluti pro abſolutione ab excommunicatione, vel pro receptione in monaſterium *c.* 40. *X. h. t.*

tio μμ) de pretii datione pro *suffragio* ν) vel *collatione officii* sacri, ξ) vel actibus spiritualibus, aut his annexis. ο) Cessante *pacto*, vbi mente sola committitur, dans quidem peccat, sed pœna cessat. π) Pariter ignoranter simoniace ordinati ab hoc crimine immunes sunt. ϱ) Ceterum appellatione *pretii* quodlibet *commodum* σ) intelligitur.

§. III.

COMMITTVNT hoc crimen *dantes* et *accipientes*, τ) tam immediate, quam mediate, υ) cuiuscunque conditionis fuerint, et sic etiam pontifex Rom. Ineptias produnt, qui hunc ab hoc crimine purgant, quod dominus omnium beneficiorum sit, et sic suo iure vendat. φ) Vnde etiam ob simoniæ crimen in concilio Constantiensi papæ depositi sunt.

§. IV.

CRIMEN hoc publicum est ad instar *læsæ maiestatis*, χ) testesque qualescunque admittit, illis solis exclusis, qui per *malitiam* et *animo hostili*

μμ) Hac cessante deficit simonia *c.* 21. X. *de præb.*

ν) *c.* 2. X. *de confess.*

ξ) *c.* 12. X. *h. t.*

ο) *c.* 5. X. *de rerum perm.* ibi: *cum pactione præmissa, quæ circa spiritualia aut connexa spiritualibus labem semper continet simoniæ. c.* 34. X. *h. t.* ibi: *cum conditione vel pacto*, et paulo post: *cum in talibus omnis pactio aut conventio cessare debeat.*

π) *c.* 34. X. *h. t.* ibi: *quia nobis datum est, de manifestis tantummodo iudicare.*

ϱ) *c.* 22. X. *h. t.*

σ) vt si electori pro suffragio *prioratus* promissus. *c.* 11. X. *h. t.* Si pro officio in curia papali præstito, ecclesia promittitur. *c.* 12. X. *h. t.*

τ) *c.* 38. X. *h. t.*

υ) *c.* 23. 33. X. *h. t.*

φ) Hoc dogma ex merito exagitant LAVNOIVS *de venerand. eccles. tradit. circa simon.* IAEGERVS *de simon. curiæ R.*

χ) *l.* 31. *C. de episc. et cler. c.* 31. X. *h. t.*

stili ad depositiones accedunt. ψ) Accusatores praeterea qualescunque recipiuntur, etiam criminosi, ω) et monachi, abbatem suum accusare volentes. α) De ea conuicti, vel in purgatione ab hoc crimine deficientes, β) deponuntur; γ) interim vero, donec causa peracta, suspendendi. δ) Denique *patroni* vendentes officia sacra merito iure suo priuantur, ε) qua poena etiam protestantes vtuntur.

§. V.

ENIMVERO quot subterfugia sunt inuenta ad palliandam hanc labem! Nomina mutant, eludere crimen *honesto nomine honorarii* cupientes: ζ) fucum *intentionis innocentis* subornant, si aliquid datur non vt *pretium*, sed vt *motiuum*, quo elector inducatur, ad votum suum danti potius quam alii dandum, et quae sunt alia huius furfuris inuolucra pessima.

§. VI.

ALTERA species *putatiuae simoniae* seuere quidem etiam prohibita, sed simul etiam permissa et probata sub *laudabilis consuetudinis* nomine. η) Atque hoc modo excusantur *iura stolae* et *ho-*

ψ) *c.* 31. *X. h. t. in f.*

ω) *c.* 7. *X. h. t.*

α) *c.* 11. *X. de accusat.*

β) *c.* 13. *X. h. t.*

γ) *c.* 2. 6. 11. 13. *X. h. t. c. pen. X. de confess.*

δ) *c.* 5. *X. h. t.*

ε) *vt supra lib.* 3. *tit.* 38. §. 14. *p.* 508. conf. *c.* 1. *X. ne praelat. vices suas.* etc.

ζ) *c.* 36. *X. h. t.* Textum integrum ex INNOCENTII III. epistolis refert *tom. IV. h. t.* §. 26. vnde hodie *resignationum honoraria* nota sunt, impune tolerata.

η) *c.* 42. *X. h. t.*

et *honoraria consueta*, quæ pro *administratione officii peculiaris sacri* dantur. Nec, inspecta rei veritate, vitio laborant, quod alioquin *beneficia* collata, pro *officio sacro* in genere præstando, item *anniuersaria* et *mortuaria*, quæ tantum *præsentibus* in choro debentur, 9) hac labe essent infecta; præsertim cum nec curia Romana sportulas et honoraria consueta horreat.

TIT. IV.

NE PRAELATI VICES SVAS VEL ECCLESIAS SVB ANNVO CENSV CONCEDANT.

[redacted]

§. I.

DVAE adhuc ſpecies *ſimoniæ* peculiariter notantur, quarum prima eſt, ſi quis vices ſuas pro *annua penſione* veluti in exercenda iurisdictione, ι) vel eccleſias parochiales vicariis, κ) vel *lucra* ſeu *iura ſtolæ* elocat. Id tantum permiſſum, vt vicariis conſtitutis *annua penſio* ſolvatur, λ) et quidem *congrua*, etiam ex officio ab epiſcopo aſſignanda. μ)

§. II.

ALTERA ſpecies eſt, pro licentia publice docendi pretium vel cenſum exigere; ν) quia prouocandi potius ſunt docentes præmiis beneficiisque ad docendum, quam in conditionem conductorum coniiciendi. Cautum proinde eſt, vt in ſingulis eccleſiis *cathedralibus* et *collegiatis* conſtituendus ſit *magiſter* vel *ſcholaſticus*, qui clericos et ſcholares gratis doceat, eique de *competente beneficio* prouideatur. ξ) Nec tamen neceſſe eſt, vt propterea fiat *canonicus*, ſed tamdiu reditus præbendæ percipit, *quamdiu perſtitit in docendo.* ο) Huic adiungendus etiam *theologus*, π) id quod variis in conciliis, et tandem *Tridentino* etiam, repetitum. ϱ) Hi vero, vt quidam arbitrati ſunt, non nudi inſpectores ſcholarum minorum fuerunt,

ι) *c.* 1. 2. *X. ne prælat. vicei.*
κ) *c* 3. *X. eod.*
λ) *c.* 15. *X. de offic. iud. ordin.*
μ) *clem. vn. de iure patron.*
ν) *c.* 1. 2. 3. *X. de magiſtris.*
ξ) *c.* 1. *X. de magiſtr.*
ο) *c.* 4. *X. eod.*
π) *c.* 4. *et* 5. *X. eod.*
ϱ) *ſeſſ. V. de reform. c.* 1.

erunt, ſed ipſimet præterea quoque do
buerunt. *σ*)

§. III.

VNDE duo colligo: (1) ſcholaſticos
les, non eſſe canonicos, *τ*) nec præbend
laſtico vnice debitam, canonico, qui non
aſſignari poſſe, ſed, vbi de facto id factur
ſine cauſa reditus percipere: (2) translat
re docendi ad *Academias*, in quibus etiar
nici per triennium et vltra ſtudiis oper
debent, hanc præbendam, ſcholaſtico v
logo aſſignatam, recte profeſſoribus the
et philoſophiæ aſſignari, vtpote qui vic
laſtici et *theologi* hodie ſupplent et eoru
ctionem peragunt. Cui minime repugn
Osnabrugenſis, cum numerus canonicor
augeatur nec minuatur, nec hæc præbend
[redacted]

dictione ecclesiastica. II. Manula laborant, non tamen servi sunt. Quatenus iure communi vtantur? III. In quibusdam habent ius diuersum. IV. maxime iis, quae religionis causam concernunt. V.

§. I.

Olim sub imperatoribus infidelibus, *christianum esse*, crimen extraordinarium erat; υ) sed non aeque sub imperatoribus fidelibus crimen est, *esse infidelem*, si exceperis *Hispaniam* et *Portugalliam*, ex quibus regnis eiecti prorsus sunt iudaei, φ) vt *occulte iudaizantes* rogo destinati fuerint ex crudelitate genti propria. Nec excusantur, qui haec regna excesserunt, alibi, vbi iudaei tolerantur, iam habitantes, quod in his regnis nati et educati teneantur esse christiani, licet ibidem nunquam baptizati fuerint. χ)

§. II.

Alibi tamen, ψ) extra reatum criminis, degunt *iudaei* et *saraceni*, et recte tolerantur inter christianos, quamuis, ex mente iuris canonici, per meram *gratiam*, et mediante *dispensatione*. ω) Hac de causa (1) hodie in Germania adhuc etiam inter protestantes ius recipiendi iudaeos *regalibus* annumeratum est, α) vt magistratus subalternus exceptis Academiis αα) illud sibi asserere nequeat.

υ) vid. *diss. VI. iuris eccles. antiq. ad Plin. et Tertull.* §. *IX.*

φ) *tom. IV. h. t.* §. 73. *sq.*

χ) vt ex bulla PAVLI IV. monui *tom. IV. h. t.* §. 74.

ψ) Romae etiam, et in ipso Petri patrimonio.

ω) *c.* 21. *X de testib.*

α) *A B. tit.* 9. §. 1.

αα) Studiorum causa iudaeos recipientibus.

queat. (2) Non sunt sub *republica ecclesiast*
nec eius iurisdictione, nisi *per indirectum*, β)
cepto pontifice, cui omnes infideles *speciali*
subiecti esse dicuntur. In terris protestan
etiam principes *ex iure supremo* inspectionem
bent in sacra iudaeorum, praecauentes, ne, c
sione eorum, quid in iacturam reipublicae c
mittatur, quod facile fieri potest ex principii
vis huic sectae propriis. γ) (3) Variae pra
tiones adhibendae in eorum tolerantia, inter
praecipuum est, vt adigantur ad honestum
ficium exercendum, proprio quodam inte
constituto collegio. δ) Quae praecaution
iuramentis ab iis praestandis adhibendae sint,
bi ε) dictum.

§. III.

[redacted]

fcantur liberi, ι) tales tamen funt refpectu *regiminis ciuilis*, vfu *iuris communis* haud deftituti. Quatenus ergo hic ex *iure canonico* in quibusdam caufis fecularibus emendatus, et pro *regula generali* affumtus, iudaeos quoque eatenus concernit. κ) Multum tamen referre videtur, vtrum *inter fe*, an *cum chriftianis* agant? Hoc cafu eidem *iuri communi* vel *prouinciali* fubiecti: illo vero fecundum fuas leges, quas adhuc ftricte inter fe obferuarunt, merito iudicandi; λ) modo *vera iurium communium diuerfitas* doceri queat. μ)

§. IV.

IN nonnullis tamen *iure diuerfo* vtuntur intuitu *fidelium*. Etenim (1) matrimonium cum his non contrahunt ν): (2) nutrices chriftianas aut famulos famulasque habere prohibentur; ξ) quae prohibitio tamen a praxi proteftantium aliena eft: (3) ab iis medicinam accipere vetitum, ο) quod odio iudaeis imputato attribuendum, qua in fententia hodie longe indulgentiores fumus: (4) ceffio nominum a iudaeis in chriftianos facta eft nulla π): (5) iudaei funt inhabiles teftes pro iu-

ι) vid. *lib. I. tit.* 5. §. 1. p. 38.

κ) Etenim nec praefcriptio prodeft iudaeis ob malam fidem fuperuenientem.

λ) *c.* 9. *X. h. t* ibi: *aut bonas, quas hactenus habuerint confuetudines, immutare* nullus praefumat. conf. *l.* 10. *et* 12. *C. h. t.*

μ) Hac fub diftinctione accipienda, quae tradidi *tom. IV. h. t.* §. 60. *fq.*

ν) *l.* 6. *C. h. t.*

ξ) *c.* 13. *X. h. t.*

ο) *c.* 13. *C.* 28. *q.* 1.

π) *R. I. de a.* 1577. *tit.* 20. § 20. vid. tamen *tom. IV. h. t.* §. 68.

iudæo contra chriſtianum ϱ): (6) ob maculam excluduntur a iure ciuitatis, honoribus, et collegiis opificum. σ)

§. V.

DENIQVE leges, quæ *religionem* vel eius *principia*, aut *cultum* eorum proprium tangunt, iis relinquendæ, adeo vt leges in iuramentis, ab iis præſtandis, propria eorum principia merito ſequantur. τ) Ipſum religionis exercitium publicum cum exſtructione ſynagogarum vnice ex imperantium indultu dependet, nec ius canonicum, υ) aut iuris ciuilis placita iis legem præſcribunt. Inde vero liquet, quanta iurium et ſtatus ciuilis mutatio inducatur per *conuerſionem infidelium.* φ)

[redacted]

, et salutaria, quod di-e per sex regulas explica-V. Remedia ad haereses rpandas varia, vt probi-lectio scripturae sacrae, et ium suspectorum, sine ra publica non edendo-VI. Singuli denuncia-entur suspectos de haeresi, im exempla adferuntur. Episcopi et extraordi-inquisitores conquirere t haereticos diuisim et con-im, brachium seculare ve-assistere. VIII. Irregularia in processu contra haereticos. IX. Condemnati rogo addicuntur, publicatis eorum bonis, et denegata sepultura ecclesiastica. X. Protestantium conceptus de haeresi tam in sensu theologico quam iuridico quoad imperium Romano-Germanicum. XI. Crimen publicum, seu corpus delicti deest in haeresi; vnde diuersa plane nascuntur conclusiones, a iuris canonici sententia aberrentes. De haeretificio. XII.

§. I.

'OVVM *crimen ecclesiasticum*, quod omnia superare creditur, est HAERESIS, quae in sensu iuris canonici accepta est *pertinax et ins dissensus christiani subditi a fide formu-reipublicae ecclesiasticae Romanae.* Haec *ec-vniuersalis* χ) dicitur, et quia *dominatum m* gerit, crimen publicum et atrocissimum mmittit, qui eius *articulos fidei* impugnat, iiam ipsi *reipubl. ecclesiasticae*, vt hostis, bel-indicere dicitur, qui eius *auctoritatem falli m* per impugnationem *articulorum fidei* ubium vocat. Errare in *fide christiana*, e peccatum in DEVM esse, certum est; t etiam idem error atrocissimum et publi-*crimen* constituat, absque conceptu *reipu-ecclesiasticae* et *opinionis falli nesciae*, quem ius

:. 1. X. *de summ. trinit.*

ius canonicum vbique fundamenti loco ſubſternit, dici nequit.

§. II.

FLVIT ex hac definitione, (1) in hæreſi hoc modo conſiderata adeſſe *errorem in intellectu*, qui per *diſſenſum* a veritate fidei publice approbata editur, et ſic ſola *cogitatione* committi potet ψ): (2) *voluntatem peruerſam* ω) *errori adiungendam* eſſe; quod absque *voluntate* crimen concipi nequeat, adeoque error *voluntarius* eſſe debeat. Nemo quidem alias *ſcienter* errat; ſed diuerſum canoniſtæ in *fide formularia* et ſemel per eccleſiam determinata conſtituunt, cum errans ſciat vel ſcire debebat, α) eccleſiam, h. e. pontificem, vel epiſcopos in vnum collectos errare non poſſe. β)

§. III.

PRAETEREA (3) inde fluit: *errorem pugnare debere cum articulo quodam fidei*, lege publica determinato, et præſcripto. Hoc enim fieri poſſe et debere in *republica eccleſiaſtica*, ex natura *imperii ſacri* colligitur, ββ) quod ipſo facto impugnat, qui articulum fidei determinatum impugnat. Qui in quæſtionibus *problematicis*, h. e. non deter-

ψ) nam in cenſum hæreticorum etiam *ſola ſuſpicione notabiles* referuntur. *c.* 13. X. *h. t. verſ. ſi autem.*

ω) *c.* 28. C. 24. *q.* 3.

α) *ſimplicitatem* et *ignorantiam* errantium excuſare cenſent, veluti ſi quod erronee credunt, putant credere eccleſiam.

β) Qui hoc impugnat, primarium huius reipublicæ *articulum fidei* impugnat, et quidem *ſcienter*, vt aiunt, quia ſcriptura definit, *eccleſiam errare non poſſe.* Velle itaque diſſentire ab eccleſia, *actum voluntarium* eſſe cenſent.

ββ) vid. ſupra *lib. I. tit. I.* §. 24. *p.* 9.

determinatis, ab aliis dissentit, non est haereticus dicendus. (4) *Hunc dissensum constantem et pertinacem esse debere.* γ) *Pertinacem* dicunt, qui admonitus a mystis, quibus sine scrupulo credendum est, corrigi recusat. Denique (5) *errantem per baptismum in republica ecclesiastica receptum esse;* per illum enim fit subditus, et sic denegando obedientiam in *credendo* et impugnando articulum fidei *rebellis* fit, vt in eum, vt hostem, iudicium exercere possit *respublica ecclesiastica.* δ) Atque in hoc ab *infideli* distinguitur, qui non est *subditus* ecclesiae, nec hoc modo delinquit.

§. IV.

Haeresi opponitur FIDES ORTHODOXA seu *dominantis ecclesiasticae reipublicae determinata sententia de credendis in religione Romano-catholica sub poena anathematis.* Ex hac *formula fidei*, conciliis *orthodoxis* approbata, ε) nascitur, et ideo *anathemate* aliisque poenis munitur, vt hoc terrore perculsus quilibet *simpliciter* credat, quod credit *ecclesia*, h. e. pontifex Romanus cum episcopis in eius communione existentibus, ζ) qui *catholicam* seu *vniuersalem ecclesiam*, ad minimum *repraesentatiue*, constituunt ex huius iuris mente. Atque haec *fides orthodoxa* est fundamentum *reipublicae ecclesiasticae*, vt illius impugnatio sit huius destructio, imo ipsius *religionis*

γ) *c.* 29. C. 24. *q.* 3.

δ) *concil. Trid. sess.* XIV. *de sacram. poenit. c.* 2.

ε) *c.* D. 17.

ζ) *Nou.* 109. *in praef. c.* 1. D. 20. *l.* 1. C. *de SS. trinit.*

gionis Romanæ-catholicæ, cuius primarium caput est: *ecclesiam esse rempublicam sub imperantibus sacerdotibus*, η) grauissima iactura.

§. V.

QVIA autem salus *ecclesiæ*, h. e. *reipublicæ ecclesiasticæ*, suprema lex est, omnium legum, qualescunque fuerint, regina: consequens est, omne esse iustum, pium, atque salutare, quicquid pro conseruanda hac *orthodoxa fide* fit, suscipitur, et agitur, licet contra *leges* diuinas alias esse videatur, quia *conseruatio fidei orthodoxæ* suprema lex est, ηη) quæ est ipsius *ecclesiasticæ reipubl.* conseruatio. Hinc (1) quæ alias iure diuino prohibita sunt, in fauorem *fidei orthodoxæ dominantis* permissa ϑ): (2) quæ voluntaria alias sunt et libera, in causa fidei necessaria sunt, si ecclesiæ expediat ι): (3) quæ præcepta legibus diuinis et

[redacted]

permiſſa, indulta, et conceſſa, prohibita ſunt hæreticis, ad conſeruandam *fidei formulariæ* integritatem, λ) quam qui non amplectuntur *abſoluta obedientia*, extorres iudicandi: (5) quæ iure diuino *præcepta* ſunt, in fauorem fidei prohibita cenſenda μ): (6) quæ alias valida, in fauorem fidei ſunt nulla, ν) et quæ nulla, valida habenda, ξ) et in genere, quiduis pium, iuſtum, et legitimum cenſetur, quod in fauorem *orthodoxæ religionis*, prout a Romano pontifice et epiſcopis ei vnitis formata eſt, et odium hæreticorum fit ac ſuſcipitur. ο)

§. VI.

HVIC conſequens quoque eſt, vt (7) quæuis remedia, ad præcauendas et exſtirpandas hæreſes, et fidem orthodoxam in republica eccleſiaſtica conſeruandam, adhibenda ſint. Hac de cauſa

ſiſtit verbis: *Cum autem ſanctiſſimus dominus noſter papa omnes et ſingulas promiſſiones et iuramenta quaecunque, quacunque occaſione illi* HAERETICO *præſtitas et factas, ac præſtita ac facta per ſpecialem bullam ſuæ ſanctitatis nullas et inualidas declarauit, nobisque etiam illas et illa in futurum forſan fienda nulla et irrita declarandi conceſſit facultatem, et vtique indignum foret, et* IVRE PROHIBITVM *exiſtat,* HAERETICIS, *maximeque illi* DAMNATO HAERETICO, *qui nec Deo, nec ſanctæ ſedi apoſtolicæ, neque aliis fidem ſeruauit aut ſeruat, aliquam obligationem, promiſſionem, aut fidem tenere etc.*

λ) *c.* 9. X. *h. t. c.* 18. *h. t. in* 6.

μ) vt *tolerantia* mutua et lectio ſcripturæ S. conf. *c.* 13. *verſ. credentes* X. *h. t.*

ν) *c.* 13. *verſ. credentes* X. *h. t.*

ξ) *c.* 6. *h. t. in* 6. *c.* 8. *eod. verſ. licet.*

ο) quod infinitis concluſionibus exornat IO. A ROYAS *de fauore fidei.* conf. *c.* 5. *h. t. in* 6. ibi: *in fauorem fidei.* In dubio enim ſemper *in fauorem fidei* reſpondendum. *c. f.* X. *de conu. infidel.*

sa laicis prohibitum est, (I) de fide disputare π): (II) legere scripturam sacram ρ): (III) *libros* euoluere haereticorum, σ) potius supprimendos, castrandos et exurendos. Vt vero constaret, quinam libri cane peius et angue essent vitandi, *indices librorum prohibitorum* a curia Romana confecti sunt. τ) Pariter (IV) interdictum sine *censura publica* aliquid prelo committere, non nisi monachis aut cuidam ex clero committenda.

§. VII.

OBSTRINGVNTVR quoque (V) singuli sub poena excommunicationis ad reuelandos et denunciandos tum *haereticos*, υ) tum eos, qui de *haeresi* vehementer *suspecti* sunt, et testimonium contra eos ferendum, non obstante consanguinitatis vinculo. φ) Nam etiam *suspectus* de hae-

reticis fauet, eos recipit, γ) ad honores promovet, et notorios hæreticos defendit: δ) denique si libros hæreticorum legit. Huiusmodi suspecti de hæresi, nisi suam innocentiam *congrua purgatione* ostenderint, *velut hæretici* condemnantur, ε) non tamen *pœna ordinaria.* ζ) Imo etiamsi se ab omni suspicione purgauerint, adhuc tamen plectendi sunt, quod non careant culpa. η)

§. VIII.

INPRIMIS vero (VI) episcopis inuestigare hæreticos et in eos inquirere, ϑ) sub grauissima pœna imperatum est. His adiungendi a pontifice *extraordinarii inquisitores* in quauis prouincia, a sede papali delegandi, ι) qui *coniunctim* et *diuisim* cum episcopis contra hæreticos procedant. κ) Denique (VII) omnes imperantes armata manu hæreticos persequi λ) et eradicare tenentur formidine incurrendæ excommunicationis, assumto etiam *crucis* signo, ad expeditionem sacram contra eos, μ) nullo statuto in contrarium obstante. ν) Non tamen de hoc crimine ipsimet cognoscere possunt, sed requisiti ab inquisitoribus et episcopis *promte* eos capere, custodire et sen-

γ) *c.* 13. *verſ. credentes* X. *h. t.*

δ) *auth. credentes* C. *h. t.*

ε) *c.* 13. X. *h. t.*

ζ) *c.* 14. X. *de præſ.*

η) *c.* 10. X. *de purgat. canon.*

ϑ) *c.* 13. *verſ. adiicimus* X. *h. t.*

ι) FRIDERICI II. ad suggestionem aulæ Romanæ auctoritate confirmati, quod institutum laudat BONIFACIVS VIII. *in c.* 18. *h. t. in* 6.

κ) *c.* 17. *h. t. in* 6.

λ) *c.* 9. *et* 13. *verſ. moneantur.*

μ) *c.* 13. *verſ. catholici* X. *h. t.*

ν) *c.* 9. *h. t. in* 6.

ſententias latas exequi iuſſi ſunt *in fidei augmentum.* ξ)

§. IX.

FACIT quoque (VIII) ad faciliorem inquiſitionis exitum, in ipſo proceſſu a regula recedere, ο) et omnem deponere humanitatem. Nam *in fauorem fidei* teſtes, etiam ſocii criminis, idonei ſunt: π) horum nomina nequidem publicanda, nec accuſatores manifeſtandi: in genere *de ſimplici et plano*, etiam turbulenter, procedi poteſt. ϱ) Denique *relapſi*, h. e. in abiuratam hæreſin recidentes, ſine omni audientia mox iudici ſeculari tradendi. σ)

§. X.

TANDEM (IX) condemnati a iudice eccleſiaſtico hæretici tradendi brachio ſeculari, et qui-

[redacted]

profitentur, sed magis in sensu *theologico* quam *iuridico*. Quoad hunc est *dissensus a religione publice approbata in imperio nostro*, quo *catholici* et *euangelici*, etiam quatenus hi duas adhuc partes constituunt, ω) æquali iustitia et protectione tuti esse debent, vt qui ab his confessionibus recedunt, demum in *ciuili sensu*, et quoad *effectus ciuiles* sint *hæreticis* annumerandi, non tolerandi. α)

§. XII.

Crimen tamen *publicum* in hæresi, *qua tali*, non constituunt, quod *error in fide* graue quidem in DEum inuoluat peccatum, sed *corpus delicti ciuilis* in *errore intellectus* collocari nequeat; quæ vero hic alia adfinguntur *corpora delicti*, fundamento careant. β) Vnde supplicia criminalia merito damnant contra CARPZOVIVM: γ) abstinent a confiscatione bonorum: *tolerantiam*, religioni et Christi exemplo conformem, δ) *commendant*: ε) *priuilegium tolerantiæ religiosæ* facilius concedunt, quam principes catholici, cui hic effectus tribuitur, vt communium vsu iurium fruatur priuilegiatus: ζ) integrum est ei, negata tolerantia, dissentientibus *emi-*

ω) *art. V. I. P.* §. 1. 29. 35.

α) *art. VII.* § 2. *inf.*

β) quod euici *tom. IV. h. t.* §. 164. *sqq.* conf. LIMBORCH *in theol. Christ. lib. VII. c.* 20. §. 10. *sqq.* vbi optime pugnat contra *pœnas hæreticorum*.

γ) *in pr. crimin. P. I. q.* 44. ad publica crimina hæresin referentem, cuius sententiam examinaui *cit. l.* §. 163.

δ) argumenta suppeditaui *cit. l.* §. 183. *sqq.* Hanc etiam prouinciam egit LIMBORCH. *cit. l. c.* 21. *sqq.*

ε) quatenus salua *pace publica, pactisque publicis* locum habere potest, quæ sæpe constringunt principem A. C., vt tolerantiam denegare debeat.

ζ) *tom. IV. h. t.* §. 221.

emigrationem imperare, cum proprie dicta pœna non ſit. Occultis tamen hæreticis etiam denegant proteſtantes vſum iuris priuati, ſi tales hactenus publice haud tolerati ſunt, et non aliter quam ex ſpeciali priuilegio *tolerantiæ religioſæ* recepti. Denique qui *ſuſpectos de hæreſi* alios facere ſtudent, in crimen *calumniatorum* vocant, et ſic *crimen hæretificii* abominantur, η) et puniunt. ϑ) Et tamen negari nequit, nihil hoc crimine inter ipſos proteſtantes olim communius, nihilque præſtantius creditum fuiſſe, quod patres ſanctiores in eandem malorum ſentinam, ſub prætextu tuendæ *cauſæ DEI*, inciderint. ι)

TIT. VIII.

DE SCHISMATICIS ET ORDI-

[redacted]

§. I.

HISMA proxime ad *hæresin* accedit, quippe
quod *dissidium internum* vel *separationem*
piscoporum inter se inducit, salua vnitate
Sicuti enim *hæresis* integritati *fidei for-*
iæ, ita *schisma* integritati *vnionis ecclesiasti-*
ponitur. Variis ex causis olim nonnum-
hæc rupta fuit inter eos, qui eiusdem con-
nis, et tempore CYPRIANI κ) adhuc æqua-
ant, vnde omnis inter dissidentes *commu-*
dissoluebatur. μ)

§. II.

CHISMA olim duplex erat, vel *internum*
ternum. Illud dissidium in vna *particulari*
a: hoc vero inter plures ecclesias inter se
dissolutionem communionis inducebat.
ostquam vnionis primarium fundamentum
nmunione cum *pontifice Romano* et subie-
sedis papalis quæsita fuit, schisma duplex
epit, vel *vniuersale* vel *particulare*. Hoc
quosdam episcopos bellum intestinum est
ionis disruptio, salua vnione cum sede pa-
illud vero denegationem subiectionis et
entiæ, antea in pontifice agnitæ, arguit, et
oque vinculum ecclesiasticum cum episco-
adhærentibus soluit, ac, quia hi cum suo
ca-

d. EIVSD. tr. *de vnione*. n quibus se hæc exse- dixi *tom. IV. h. t.*

...it AVGVSTINVS *lib.* *vn. qu. XVII. in Matth. qu. XI. §. 2. tom. III. P. 2. p. 279. edit. Paris. schismaticos non fides diuersa facit, sed communionis disrupta societas.*

capite *vniuerſalem* dicuntur eccleſiam conſtituere, ſchisma tale dicitur *diſceſſus ab vniuerſali eccleſia.* Tale vero ex mente iuris canonici non poteſt *hæreſi* carere, μμ) quia, papam ſupremum caput eſſe eccleſiæ, articulus fidei eſt, quem *ſchismatici* tales negant. Non ergo mirandum, *ſchismaticos* eisdem pœnis et perſecutionibus, quibus *hæretici*, obnoxios eſſe, ν) et omni vſu *poteſtatis ſacræ* priuatos, quod extra eccleſiam ſint. ξ)

§. III.

ILLI ergo in ſenſu iuris canonici tantum hodie ſunt *ſchismatici*, qui ab *eccleſia Romana* deſciuerunt, quippe quæ *rempublicam* illam *immanem* ſub *vno capite* fabricauit, a qua qui recedunt, rebelles in *ſenſu ciuili* cenſentur, illis ciuitatibus æquiparandi, quæ a *republica magna* deficiunt. Ita conſtituunt eccleſiæ huius ſodales ex

[redacted]

TIT. IX.

ΛPOSTATIS ET REITE-RANTIBVS BAPTISMA.

SYNOPSIS.

istarum schisma et *vel coacta vel spontanea.* III.
essis. I. *Hodierno-* *Noua huius facinoris extensio*
ibaptistarum dogma *ad desertores obedientiae, ordi-*
I. Apostasia quid? *nis clericalis, et monastici.* IV.

§. I.

R haereticos schismaticosque speciatim a
nporibus seculi IV. notabiles fuerunt *Do-*
istae, prae ceteris persecutionibus et odio
oxorum obnoxii, quod redeuntes ab hae-
baptizarent. Vetus hoc dogma Afrorum
b AGRIPPINO episcopo in concilio Car-
ensi approbatum, π) et strenue a CYPRIA-
ensum, hactenus tamen, salua pace eccle-
, toleratum. Incendium autem hoc potis-
exarsit, postquam Afrorum episcopi a ca-
i, CAECILIANI causam propugnantibus,
IV. schisma fecerant, a catholicis etiam ad
untes denuo immergentes, ϱ) quod his
abile visum. Docebant enim, collatum
na etiam ab haereticis non esse iterandum. σ)
Ab

le CYPRIANO *epist.* *Brem.*
od in se *veram eccle-* intaxat agnoscerent, ero alienos ab ea cre- derent, quorum baptisma nullum. Simile quid vid. in *c.* *f.* X. *de baptismo.*

σ) *c.* 4c. 46. *de consecr.* *D.* 4.

Ab hoc tempore inter *crimina religionis* et
blica dogma contrarium relatum. τ)

§. II.

PARI errore imbuti sunt hodierni *Anab*
stae, seculo XVI. exorti, paedobaptismum dam
tes, adeoque in infantia baptizatos, et ad s
nientes, rebaptizantes, quod prior baptismus
liter collatus dicatur. Primi eorum in Germ
ingentes excitarunt motus seditionesque, vl
supplicio dicati et affecti. υ) *Seditio* huic s
magis *ex accidente* accessit, nec eidem pro
est, ceu eorum confessio publica docet, φ) vt
na in recessibus imperii anabaptistis dictam
diernis applicari nequeat.

§. III.

[redacted]

rant. ψ) Iure canonico eisdem, quibus *haeretici*, subiiciuntur malis. ω)

§. IV.

APOSTASIA in sensu latiori etiam extensa ad eos, qui legem *obedientiae*, superioribus debitae, deserunt, vel *ordinis sacri* desertores fiunt, α) quamuis *secundum* quid posterius, dispensante pontifice, fieri licite queat. β) His addi possunt desertores *religionis monasticae* post *professionem*; qui prorsus *irregulares* fiunt, γ) graui poenitentiae subiiciendi. δ)

TIT. X.

DE HIS, QVI FILIOS OCCIDERVNT,

TIT. XI.

DE INFANTIBVS ET LANGVIDIS EXPOSITIS.

SYNOPSIS.

In abactione partus distinctio per errorem recepta inter partum animatum et inanimatum. I. De poenitentia iam natos infantes occidentium. II. De collectione expositorum et eorum statu. III.

§. I.

ψ) *l.* 1. C. *h. t.*

ω) quia itidem recedunt a *republica ecclesiastica*, cuius subditi per baptismum facti.

α) *c.* 2. C. 3. *q.* 4. vid. THOMAS. de *desert. ordin. cleric.*

β) vt dictum supra *lib. I. tit.* 9. §. 10. *p.* 75.

γ) *c.* 6. X. *h. t.*

δ) de his actum supra *lib. III. tit.* 34. §. *vlt. p.* 487.

§. I.

AD *crimina ſecularia* fit progreſſus, quatenus vel pœnitentiis expianda: vel a *clericis* commiſſa punienda ſunt a iudice eccleſiaſtico. Primo loco referuntur *crimina ſanguinis*, quæ in plures ſpecies abeunt. Nam (I) crimen hoc committunt *abigentes partum*, ε) maxime iam *formatum* et *animatum*, qui demum verum homicidium ex erronea interpretatione legis Moſaicæ ζ) committere creduntur θ). Vnde INNOCENTIVS III. hanc diſtinctionem, vtrum partus *viuificatus* fuerit, nec ne? in quæſtione de *irregularitate* approbauit, vt illo demum caſu hæc contraheretur. ι) Eodem errore ductus, vel iuris canonici doctrina ſeductus CAROLVS V. diſtinxit inter partum *animatum* et *inanimatum*, vt illo demum caſu ſupplicium capiris di- [redacted]

[redacted]

morte non vbique punitum; λ) iure ecclesiastico autem mater infanticida omnibus modis inducta, vt *perpetuae poenitentiae* caussa monasterium intraret, absolute autem coacta haud fuit. μ) Per culpam parentum suffocato infante, trium annorum poenitentia locum habuit. ν)

§. III.

Expositio infantum quoque (III) facile occasionem *infanticidii* praebere potest. Viui ab aliquo collecti olim vt plurimum instar *seruorum* educati, vt tamen a patribus intra terminum, publice a collectore praescriptum, ω) repeti vel in libertatem vindicari possent, ξ) quod ius postea parentibus ademtum. ο) Rursus tamen idem correctum, cautumque, vt infantes collecti manerent liberi et soluti a patria potestate, π) quod etiam iure canonico repetitum. ϱ) Mortui reperti parentes reos faciunt infanticidii vel *dolosi* vel *culposi*, pro ratione circumstantiarum. σ)

TIT.

λ) Id docet integer textus in *c.* 1. 2. *X. de his, qui fil.*

μ) *c. cit.* 1. vt ne quidem inuita a marito separari queat.

ν) *c.* 3. *X. eod.*

ω) *c.* 9. *D.* 87.

ξ) *c.* 16. *C. de nupt.*

ο) *l.* 1. *C. Theod. de expos.*

π) *l.* 3. *et.* 4. *C. de inf. expos. Nou.* 153.

ϱ) *c. vn. X. de infant. et languid.*

σ) *C. crim. Car. art.* 132.

TIT. XII.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO ET CASVALI.

SYNOPSIS.

Ex cæde irregulares fiunt clerici, nisi fuerit necessaria vel casualis. I. Culposa non excusat. Vnde iudicetur? II. Distinctio inter vulnera lethalia et non lethalia, item inter instrumenta lethifera et non lethifera ex iure canonico in foro criminali recepta. III. Pœnam sanguinis etiam horruerunt patres in cæde, nec pœnam sanguinis indispensabilem esse, vnquam crediderunt. IV.

§. I.

(IV) CAEDES aliorum hominum communiter *homicidium* vocatur, primario hoc [redacted]

tempore vetito: vel denique neglecta in modo diligentia. ψ) Si a *sacerdote* et aliis diuerso tempore quis percussus, nec discerni queat, ex cuius vulnere perierit, ille abstinere in dubio debet a sacerdotali officio. ω)

§. III.

QVOAD *pœnitentiam* homicidis infligendam, secreto forsan facinus manifestantibus, vel vltimo supplicio non affectis, attendendæ sunt circumstantiæ, ex quibus facinus vel augetur vel minuitur, præsertim si quis per conspirationem multorum vel in concursu hominum occisus fuerit. α) Inprimis inspicienda *qualitas vulneris*, vtrum *lethale* fuerit, nec ne? adhibito peritorum medicorum iudicio, quæ obseruatio præcipue ad effectum *irregularitatis* pertinet. β) Sed eandem receperunt distinctionem *fora criminalia*, vt *ordinariæ pœnæ* demum in priori, non posteriori locus esset, γ) certo indicio, doctrinas iuris canonici vbique præualuisse. Præterea ratio habenda generis *armorum*, ita vt qui *lethiferis instrumentis* aliquem inuadit, δ) vel percutere mandauit, *dolo* non careat, licet mandatarius fines mandati excesserit: ε) si alio instrumento, quo homo regulariter occidi non solet, magis *culposum* censeri debeat, ζ) qua distinctione rursus iura criminalia vtuntur.

§. IV.

ψ) *c. 7. c. f. X. h. t.*
ω) *c. 18. X. h. t.*
α) *c. 6. X. h. t.*
β) *c. 18. X. h. t.*
γ) *const. crim. Car. art. 149.*
δ) *c. 18. X. h. t.*
ε) *c. f. h. t. in 6.*
ζ) vt tamen nihilominus in mandante *irregularitatem* operetur. *c. cit. f. h. t. in 6.*

TIT. XIII.

DE TORNEAMENTIS.

TIT. XIV.

DE CLERICIS PVGNANTIBVS IN DVELLO.

TIT. XV.

DE SAGITTARIIS.

SYNOPSIS.

Ludorum equestrium antiqua frequentia, poenis ecclesiasticis subiectorum. I. Pariter duellorum vsus frequens, etiam in iudiciis, vt nec monachi clericique ab his immunes essent. II. Bellis inter gentes quoque variae leges ecclesiasticae datae, sed irrito conatu. III.

§. I.

(V) Ludi *equestres*, quos *torneamenta* dixerunt, saepe caedibus ansam praebuerunt, interim olim publica auctoritate muniti, et *legibus suis* constantes. ν) Seculo XII. dicam his scripsit INNOCENTVS II. cum ALEXANDRO III., vt, qui in his spectaculis perirent, ecclesiastica sepultura priuarentur. ξ) Excommunicationi deinceps subiecti certantes et locus horum ludorum interdicto suppositus. ο)

§. II.

ν) vt plenius illustrauit SCHVBARTVS *de ludis equestr. c. 2. sqq.*

ξ) *c. 1. X. de torneam.*

ο) *c. vn. extrau. Ioh. XXII. de torneam.* quod *generalis expeditio in terram sanctam* his hastiludiis impedita fuerit, cuius promotio pontifici curae cordique fuit.

§. II.

(VI) *Duella* pariter hoc iure improbata ſunt, quibus cædes vt plurimum perpetratur. Olim tamen a plerisque populis hæc *priuata bella* adeo approbata, et ex *libertatis vitio* recepta fuere, vt DEI *iudicium* vulgo in hoc certamine quærerent, π) et *diuinum iudicium veritatis* ex victoria ſumerent, iudiciisque paſſim decertarent. Nec clerici in foro ſeculari litigantes a *duellico iudicio* immunes, ϱ) nec monaſteria exemta, quorum cauſam campiones ſuſcipiebant vel pugiles, quod iure canonico prohibitum eſt. σ)

§. III.

DENIQVE (VII) quia *bella* inter gentes cædes potiſſimum ſpirant, eadem variis modis, ſed fruſtraneo conatu, reſtringere conati ſunt pontifices, στ) *treugam* belligerantibus indicendo: τ) ipſa *armorum genera* determinando, υ) vt et fœdera cum *fidei hoſtibus* prohibendo. Sed hi conatus hodie anilibus annumerantur fabulis, docent tamen, pontifices etiam controuerſiis et iuri gentium leges præſcribere olim voluiſſe.

TIT.

π) vid. infra *tit.* XXXV. *de purgat. vulgari.*

ϱ) vid. *tom. V. tit. de clericis pugnant.* §. 4. 6.

σ) *c.* 1. 2. *X. eod.*

στ) fundamentum huius ſententiæ traditur in *c.* 6. *X. de maior. et obed.* quod *ſuper gentes et omnia regna* conſtitutus ſit pontifex.

τ) de qua ſupra *lib.* I. *tit.* 34. *p.* 165. *ſq.*

υ) *c. vn. X. de ſagitt.*

TIT. XVI.

ADVLTERIIS ET STVPRO.

SYNOPSIS.

a et adulteria inter mina mixta ad vtrum- um pertinentia relata. e iure adulterium ab e coniuge committitur. enitentia perpetua ei a, cum impositione cæ- . De praxi criminali inde tracta. III. Stupratoris pœna ex interpretatione vsua- li. IV. Satisfactio puellæ est vera praestatio eius, quod inter- est. Vnde varia conclusiones fluunt. Etiam partus a stu- pratore alendus. V.

§. I.

dulteria et *stupra* etiam post diuisionem criminum inter *mixta* retulerunt φ) ca- nonistæ, vt tum in foro *ecclesiastico*, in *seculari* coërceantur, hoc quidem *pœna inali;* illo vero pœnitentia *ecclesiastica*, χ) aulctam mutata hodie in ipsis foris catho- um. Etiam in terris protestantium hu- raxeos vsus remansit, vt, post huius cri- s coërcitionem in foro seculari, vocari nt hoc scelere maculati ad *pœnitentiam ec- clesiasti-*

Quæ primario archidia- adhuc hodie etiam suis is vindicant, loco pœni- rum pœnas pecuniarias ntes. Neque hæc pra- ieri aut nudius tertius sed iam seculo XI. no- este PETRO DAMIANO *V. epist.* 8. *laicis permitti- tur peccata sua eleemosynis red- imere, et eo modo multorum annorum pœnitentias comple- re.* Inde forsan est, quod etiam fora criminalia stupra coërceant *pœnis pecuniariis.*

χ) quod potissimum erga *adulteria* et *stupra* seueritatem insignem exercuerint.

clesiasticam, vel potius quod loco eius substitutum. ψ)

§. II.

CRIMINVM *carnis* plures sunt species. Primaria est ADVLTERIVM, quod hoc iure ω) est *violatio fidei coniugalis dolosa per concubitum cum extranea persona.* α) Non tantum ergo ab *vxore* committitur, sed etiam a *marito* cum *soluta* concumbente, in quo conceptu substiterunt etiam *fora criminalia.* β)

§. III.

NVLLA grauior indignatio in *primitiua ecclesia*, quam contra crimine hoc maculatos et fornicatores. Omnis communio his denegata: γ) difficilior eorum receptio, quod per totum vitae tempus poenitentiae subiecti essent. δ) Hac de causa adulteram IVSTINIANVS, ε) si eam maritus recipere nollet, monasterio ad *perpetuam poenitentiam* agendam includendam esse constituit, et pontifex repetiit ζ), denique ipse

CA-

ψ) Nec hoc iniquum esse iudicat CARPZOV. *in iurispr. consist. lib. III. def.* 94. quamuis hoc modo duplici afficiatur poena.

ω) iure *Mosaico* et *Romano* tantum cum aliena vxore committitur. *Leu.* XX, 10. *Deut.* XXII, 22. *l.* 6. §. 1. *ad L. Iul. de adult.*

α) ex doctrina patrum, vid. *c.* 4. C. 32. *q.* 4. *c. f.* C. 32. *q.* 5. *c.* 16. C. 32. *q.* 6. *c.* 7. X. *h. t.*

β) *art.* 120. *sq. const. crim. Car.*

γ) teste TERTVLL. *de pudic. c.* 29.

δ) *c.* 22. 23. C. 32. *q.* 7. Ex hac poenitentia perpetua sequebatur *coelibatus* poena in adultera, vt dicitur in *cit. tr. sine spe coniugii*, quod poenitentes nuptias inire non possent.

ε) *N.* 134. *c.* 10.

ζ) *in c.* 19. X. *de conu. coniug.*

CAROLVS V. ad ius Cæsareum in pœna dictanda quoque prouocauit. η) Ius Romanum quidem etiam vindictam priuatam admiserat, sed ius canonicum eam prorsus improbauit. ϑ)

§. IV.

SIMPLEX STVPRVM pariter pœnitentiæ subiectum, quod est *illicitus concubitus soluti cum soluta, honeste tamen viuente.* Quamuis vero ius canonicum *stuprum* et *fornicationem*, quæ in feminam corpore quæstum facientem committitur, in aliis non distinguat; in eo tamen discrimen ex *iure diuino* ι) retinuit, vt stuprator stupratam ducere, aut post castigationem corporalem monasterio in perpetuum detrudi debeat, κ) si eam contumax ducere renuit; λ) vnde per *interpretationem vsualem* deductum est, vitiatorem *alternatiue* obligari, aut ad ducendam stupratam, aut ad pœnam, et cum hæc sequioribus seculis laxata admodum sit, substituta ei est leuior pœnitentia cum obligatione ad satisfaciendum puellæ stupratæ. μ)

§. V.

HANC satisfactionem vulgo *dotem* vocant, quæ magis tamen præstatio eius, quod *interest*, dicen-

η) *in cit. art.* 120.

ϑ) *c.* 8. C. 33. *q.* 2. *c.* 3. *X. de sent. excomm.* vnde nec hodie *pœna extraordinaria* caret.

ι) repetito in *c.* 1. *X. h. t.*

κ) *c.* 2. *X. h. t.*

λ) Ergo hæc pœna tantum *subsidiaria* erat: principaliter stuprator adigebatur ad eam ducendam.

μ) vt obseruaui *tom. V. h. t.* §. 6. Hæc tamen *vsualis interpretatio* hoc potissimum errore premitur, quod *obligationem subsidiariam* in *alternatiuam* mutauerit, vtrum puellam vitiatam ducere, an loco eius ei satisfacere malit.

dicenda, quod difficilior per ſtuprum eius conditio nubendi facta. Vnde 1) eam petere nequit, quæ ab alio ducta eſt, niſi, lite iam cum ſtupratore conteſtata, alium maritum inuenerit: 2) liberatur, ſi ſtuprata eius connubium reſpuit: 3) ſecundo vel vlteriori ſtupro infecta denuo eam petere nequit: 4) in determinanda hac ſatisfactione non reſpiciendum ad eam dotem, quam pater ei dare poterat, cum etiam inops dotanda ſit: 5) ad dotandum inhabilis præciſe eam ducere debet. ν) Quod ſi ergo puella ad *ducendum* aut in ſubſidium *ad dotandum* agit, coram *foro eccleſiaſtico* agere tenetur. Denique partui quoque hoc iure de alimentis a ſtupratore prouidendum, quo etiam adulterini liberi ſunt alendi. ξ)

TIT. XVII.

DE RAPTORIBVS, INCENDIARIIS, ET VIOLATORIBVS ECCLESIARVM.

SYNOPSIS.

Sacrilegii conceptus iure canonico vltra modum extenſus, quod apellatio ſacri latiſſimum habeat ambitum. I. Mere eccleſiaſticum aliud, aliud ſimul ſeculare crimen. Eius ſpecies ſummatim referuntur. II. Hæc vero eſt vel in furto rerum ſacrarum ex templis, III. vel ex locis profanis, vel rerum profanarum ex templis. Differentia

ν) Plures alias concluſiones congeſſi *tom. V. h. t.* §. 10. *ſqq.* Huc etiam pertinet, quod qui eam ducere nequit, v. c. clericus, ſatisfacere ei tamen teneatur.

ξ) *c. 5. in f. X. de eo, qui duxit in matrim.*

r bas species ratione pœ- .IV. Obligantur in hoc, liis criminibus, heredes num resarciendum se- s vires hereditatis. V. De crimine raptus. An com- mittatur in sponsam? in volen- tem? an pœna mitigetur, si ra- pta in nuptias consentiat? VI. De pœna ecclesiastica. VII.

§. I.

:RILEGII cognitio quoque in potiori spe- ie ad vtrumque forum relata est; ipsum cri- ıen alias tam late extensum hoc iure, vt in *ecclesiastico quamcunque violationem sacro-* lesignet, et sic simul ad *religionem* et *leges* *asticas*, quæ *sacræ* sunt, *o*) respectum ha- Omne enim *sacrum* et *spirituale* est, quod orum iuri et potestati, quæ immensa, subie- , cuius violatio est crimen in ipsum Deum ıissum. *π*)

§. II.

:x hoc latissimo ambitu liquet, sacrilegium nere committi per violationem *sacrarum* ı vel *personarum*, *ϱ*) estque vel *mere eccle- um*, vel etiam *seculare*. *σ*) Illuc pertinet io ipsius *religionis* Romano-catholicæ: *τ*) sacra-

narum violatio *sacri-* inuoluit, vtpote si quis committit *officia pu-* quod sub excommuni- : vetitum in *c.* 31. C. 4. Quis vnquam in usa quæsiuisset *sacrile-* nisi audax patrum in ıs prorumpens teme- eges præscribendi im- bus, id suasisset.

π) *c.* 12. C. 17. *q.* 4.

ϱ) nam et *clerici* sacrati sunt, vt illis manum iniici- ens sacrilegium graue com- mittat. *c.* 29. C. 17. *q.* 4.

σ) vel aliter sumitur in *sensu ecclesiastico:* aliter in *ciuili.*

τ) per hæresin, apostasiam, *l.* 4. *C. de apost.* schisma, reli- gionis reformationem etc.

ſacramentorum: υ) cultus diuini: φ) reliquiarum: χ) officii ſacri: ψ) votorum: ω) immunitatis eccleſiaſticæ: α) ſanctitatis eccleſiarum, β) et altarium: denique ipſorum clericorum γ) et monachorum, δ) per iniurias reales læſorum. Poſterior ſpecies ſubiacet excommunicationi, ipſo iure illatæ, quam ſolus pontifex ſoluere poteſt. ε)

§. III.

PRIMARIA ſpecies, etiam *criminalibus* ſubiecta *pœnis*, ζ) ſeſe exſerit in *deprædatione rerum*

υ) *c.* 12. *de conſ. D.* 2. vbi diuiſio ſymbolorum euchariſticorum *grande ſacrilegium* vocatur. Inprimis huc pertinet violatio *venerabilis*, cuius *furtum* etiam in *crimen ſeculare* incidit. C. C. C. *art.* 172.

φ) *l.* 10. C. *de epiſc. et cler.* Hæc ſpecies *perturbationem ſacrorum* operatur, de qua ſupra actum *lib. III. tit.* 41. §. 5. *p.* 526.

χ) *tom. V. h. t.* §. 71.

ψ) illud accipiendo a manibus laici: *c.* 31. *X. de decim.* pro pretio comparando: abutendo excommunicatione etc.

ω) *c.* 2. *X. de ſtat. monach.*

α) ab oneribus publicis et poteſtate ſeculari, quam prætendunt pontifices. *c.* 4. *de cenſ. in* 6. *c.* 3. *et* 7. *de immun. eccleſ.* quod crimen anathemate punitur.

β) per *pollutionem* *c.* 42. *de conſ. D.* 1. *c.* 5. *X. de adult.* et violentam inuaſionem.

γ) etiam in minoribus ordinibus conſtitutorum. *c. vn. de cler. coniug. in* 6. ſi vel maxime ab ipſis clericis violatio fiat; *c.* 10. *et* 54. *X. de ſentent. excomm.* niſi ioculatoriam artem exercuerint. *c. vn. de vit. et honeſt. cleric. in* 6.

δ) quod etiam ad *nouitios* extenſum. *c.* 21. *de ſent. excomm. in* 6.

ε) *c.* 29. C. 17. *q.* 4. Vnde *priuilegium canonis* vocatur, cuius originem et rationem tradidi *tom. V. de pœnit. et remiſſ.* §. 54.

ζ) *art.* 171. *ſq. conſt. crim. Carol.*

rum sacrarum vel furto in ecclesiis commisso. Committitur enim tribus modis: (a) auferendo sacrum de sacro: (b) non sacrum de sacro: (c) sacrum de non sacro. η) Prima ergo species consistit in *depraedatione rerum sacrarum ex ecclesiis*, auferendo hierothecam cum venerabili, ϑ) vel alias res cultui sacro destinatas, ι) inprimis *maioris pretii*, quod sacrilegium capitali supplicio subiectum, accedente vltima circumstantia, vel si grauis effractio accesserit.

§. IV.

ALTERA species committitur per *furtum rei sacrae ex loco profano* seu extra ecclesiam, ex aedibus forsan aeditui, modo fur *qualitatem rei sacrae* sciuerit, κ) quod crimen etiam capitali supplicio subiectum sub circumstantiis adductis. Denique vltima species est furtum rei profanae ex ecclesiis, λ) eo maius, quod violetur *sanctitas ecclesiarum*, vtpote si pecuniae in eleemosynam pauperum collectae et asseruatae diripiantur, μ) cuius facinoris supplicium etiam ad mortem extendi potest, ν) grauibus circumstantiis concurrentibus. Parum ab hoc reatu absunt, qui fraudem faciunt circa facultates ecclesiasticas. ξ)

§. V.

η) *c.* 21. C. 17. *qu.* 4. quas species repetit CAROLVS V. *cit. art.* 171.

ϑ) poenae ignis subiectum *art.* 172. C. C. C.

ι) *art.* 172. *cit.*

κ) *l.* 5. *D. ad L. Iul. pecul. art.* 172. *cit.*

λ) hanc speciem ignorat *ius ciuile*, et *simplici furto* eam adscribit in *l.* 5. *cit.*

μ) *art.* 173. *const. Car.*

ν) Si furtum in ceteris rebus profanis, quarum custodiam habet ecclesia, committitur, magis iure *communium furtorum* aestimatur.

ξ) *c. pen. X. de pecul. cler.*

§. V.

PRAETER pœnas *ecclesiasticas* et *seculares* sacrilegi non tantum ad damnum resarciendum obligantur, ο) sed etiam heredes, π) quatenus *bona hereditaria* sufficiunt, quod peccatum non remittatur, nisi restituatur ablatum. ρ) Idem ad quæuis alia crimina, quibus patrimonium alterius læsum est, extensum, vt generaliter hæc *obligatio* ex quouis crimine ita qualificato ad heredes pertineat. σ) Pugnat hæc dispositio cum *iure ciuili*, sed in fauorem defuncti introducta secundum principia iuris canonici, *vt sic a peccato valeat liberari.* τ) Quia vero præterea *in æquitate naturali* aliunde fundata, inde est, quod in vsum forensem fuerit introducta. υ)

§. VI.

SACRILEGIO proximum est crimen RAPTVS, quod est *abductio dolosa feminæ extraneæ honestæ libidinis gratia.* Vnde colligo: (1) proprie non committi raptum in propriam *sponsam*, nec *iure ciuili*, φ) nec iure canonico, χ) nec iure Carolino ψ): (2) raptum etiam committi in *volentem*

ο) *c.* 2. 3. 5. *X. h. t.*

π) *c.* 5. *X. h. t.*

ρ) *c.* 1. C. 14. *q.* 6. *c.* 4. *de R. I. in* 6.

σ) *c.* 28. *X de sent. excomm. in f. c.* 3. *X. de pign. c.* 9. *X. de vsur. c f. X. de sepult.*

τ) vt dicitur in *c.* 5 *X. h. t.*

υ) vt euici *tom. V. h. t.* §. 134. *sqq.*

φ) *l.* 1. C. *Th. de rapt. virg.* De dubia lectione *l. vn.* C. *de rapt. virg.* dixi *tom. V. h. t.* §. 130.

χ) *c.* 49. C 27. *q.* 2. *c.* 5. C. 36. *q.* 2. *c.* 6. *X. h t.*

ψ) ad minimum *sponsæ* non facit mentionem in *art.* 118., et lectio iuris cæsarei dubia.

lentem et *conſentientem*, cum nec talis abductio *dolo* careat. ω) Sed hanc concluſionem reſpuit ſine ratione ius canonicum, α) cum puella alienæ cuſtodiæ ſubiecta conſentire non potuerit. β) Inde colligit ius canonicum, abſtergi vitium raptus, ſi puella rapta in libertatem reſtituta conſentiat in matrimonium, quod tunc *libidinis vitium* honeſto matrimonio abſtergatur. β) Sed *iuri Carolino*, quod ſimpliciter ad *ius Cæſareum* prouocat, γ) hæc ſententia non congruit, vt præſtet, *iuri ciuili* inſiſtere quoad pœnam, δ) nec putatiuo matrimonii honori nimium indulgere. ε)

§. VII.

POENA eccleſiaſtica ζ) exercetur tum in *laicos* per excommunicationem: tum in clericos per *depoſitionem*. η) Creſcere merito debet pœna, ſi rapitur puella DEO ſacrata, vt etiam attentatum capitale ſit, ϑ) iure canonico vero præterea *grande*

ω) *l. vn.* C. *de rapt. virg. cit. art.* 118.

α) in *c.* 6. X. *b. t.* ibi: *iſte raptor dici non poteſt, qui habuit mulieris conſenſum.*

β) *c. f.* X. *b. t. conc. Trident. ſeſſ. XXIV. c.* 6.

γ) in *c.* 118. *cit.*

δ) vid. *tom. V. b. t.* §. 150. *ſqq.*

ε) quid? quod olim omnis ſpes matrimonii raptori ademta. *c.* 4. 10 11. C. 36. *q.* 2.

ζ) Secularis eſt vltimum ſupplicium; *l. vn.* C. *de rapt. virg.* vnde eccleſiaſtica tunc potiſſimum effectum habet, ſi per fugam ſecularem fruſtraverit.

η) *c.* 1. *c.* 4. *ſqq.* C. 36. *q.* 2. *c.* 4. X. *de purg. canon.*

ϑ) *l.* 5. *c. de epyc. et cler.*

grande sacrilegium, ι) praesertim si etiam monialis contra *votum* in raptum consenserit, perpetuae sine dubio et grauissimae poenitentiae subiicienda. κ)

TIT. XVIII.

DE FVRTIS.

SYNOPSIS.

Ius canonicum inter furtum manifestum et occultum in varios vsus distinguit. I. Modus eruendi furta occulta per monitoria ecclesiastica, quoad effectus ciuiles. II. Poena ecclesiastica furum et raptorum. Occisi in furto honesta carent sepultura. Officium episcoporum pro furibus suspendendis. De fure occulto ad sacros ordines promouendo. III.

§. I.

A SACRILEGIO FVRTVM simplex distingui, dictum est, quod est *contrectatio dolosa rei mobilis alienae*, λ) *inuito domino facta animo lucrandi.* Rursus hoc crimen in sensu *ecclesiastico* latius extenso μ) abit a conceptu in sensu iuridico sumto, qui *proprius* est. Furta autem

ι) *c.* 2. C. 16. *q.* 2.

κ) Ignoscendum forsan puellae ex rectioribus principiis, quae se hoc modo ex carcere perpetuo in libertatem vindicare voluit. Sed hanc sententiam rident canonistae.

λ) etiam minimae. *c. f.* C. 14. *q.* 6.

μ) *c.* 113. C. 1. *q.* 1. *c.* 11. C. 23. *q.* 4. *c.* 10. C. 7. *q.* 1. *c.* 21. X. *de iur. patron.* vnde liquet, illegitimas vias acquirendi officia sacra huc referri.

autem ſunt vel *manifeſta* et probata, vel *occulta*, quando de auctore plane non conſtat, vt omni adhibita cura ex indiciis erui non poſſit. ν)

§. II.

HOC caſu, ſi furtum *magni momenti* eſt, ξ) implorandum auxilium epiſcopi, vt *extra ordinem* remediis ſpiritualibus conſcientias eorum conſtringat ad *reuelandum*, qui aliquam huius facinoris notitiam habent. Etenim (1) *monitoria publica* e cathedra ſacra recitantur in parochiis, vt ſub *pœna excommunicationis* rem furtiuam poſſidentes intra certum tempus ſacerdoti vltro eam reſtituant, vel auctorem furti indicent, qui qualemcunque eius ſcientiam habent: (2) poſt terminum præfinitum, ſi nemo comparuerit, ſollemnis ſequitur excommunicatio. ο) Eadem methodus vſum præſtat in aliis caſibus, pro *deperditis* et *ſubtractis rebus* recuperandis vel indicandis. π) Ad *criminalia* autem, *qua talia*, eam trahendam eſſe negant, ne iudex eccleſiaſticus ad *iudicia capitalia* exercenda manum ſuppeditet. Quocirca tantum decernuntur ad inſtantiam eorum, quorum *ciuiliter* intereſt, res occultatas vel ſubtractas recuperari. ρ)

§. III.

ν) vſum vide in *c. f.* X. *h. t.*

ξ) vt interſit magnopere læſi, auctorem criminis detegere, vel rem ſubtractam recuperare. vid. *concil. Trident. ſeſſ.* XX*V. de reform. c.* 3.

ο) *c. vn. extrau. comm. h. t.*

π) vt decernit *concil. Trid. cit. l.*

ρ) ex bulla PII V. relata *tom. II. bullar. magni p.* 358. Sed latior eius vſus eſt in Gallia ad cauſas *criminum*, qua talium, detegendas, et in-

§. III.

VIDELICET ecclesia contra fures *mundanis* non constringitur *legibus: gladium non habet, nisi spiritualem*, σ) quo duntaxat vtitur, vt eos ad pœnitentiam constringat, et ad restituendum, quod ablatum est. Quam ob rem (1) pro furibus in furando occisis haud est orandum, nec iis honesta sepultura indulgenda; si tantum vulnerati et ante mortem confessi fuerint, eis communio non deneganda τ). (2) Mitiori pœnitentiæ subduntur ob necessitatem famis furantes, υ) distinguendi ab his, qui habentes subsidia furtum perpetrant. φ) (3) Grauiorem etiam censuram merentur raptores, qui palam quid per vim eripiunt, quam fures, χ) inprimis vero *ecclesiarum raptores*, et omnes ei consentientes, qui a limine matris ecclesiæ anathematizantur ψ). (4) Etiam episcopi pro furibus intercedunt, ne vltimo plectantur supplicio ω). (5) Denique in hoc quoque differt fur *manifestus* et *occultus*, quod hic post spontaneam confessionem α) et satisfactionem atque peractam pœniten-

instruendas adhiberi solitus, vt euici *tom. V. h. t.* §. 17. Plures tamen ab *obligatione reuelandi* absoluunt, quos recensui *cit. l.* §. 18. et in dubiis casibus suadent, vt confessionarius sub *sigillo confessionis* hac de re ante reuelationem consulatur.

σ) vt dicitur in *c.* 6. C. 33. *q.* 2. et additur: *non occidit, sed viuificat.* Sed iure recentiori vtrumque gladium haud respuit, saltim *per indirectum.*

τ) *c.* 2. *X. h. t.*

υ) *c.* 26. *de cons. D.* 5. *c.* 3. *X. h. t.*

φ) *c.* 11. C. 12. *q.* 2. Secundum hunc textum *verberibus* etiam corrigi possunt.

χ) *c.* 13. C. 14. *q.* 5.

ψ) *c.* 5. C. 17. *q.* 4.

ω) *c.* 1. C. 14. *q.* 6. *ne frustra homo in hominem saeviat.*

α) *auricularem* forsan minime propalandam.

tentiam ad sacros ordines promoueri queat: β) non autem manifestus, perpetua adspersus infamia.

TIT. XIX.

DE VSVRIS.

SYNOPSIS.

Conceptus vsurarum erroneus de iure canonico. I. *Fundamenta probibitarum vsurarum.* II. *Omne lucrum, qualecunque sit, ex mutuo vel simili contractu damnant.* III. *Interesse tamen probant et annuos reditus reales.* IV. *Conditiones horum redituum.* *Bonis inhaerent, et cum his intereunt.* *Sors ab emtore nunquam repeti potest.* V. *Montes pietatis quoque probant pontifices, vt ad* mutuum meritorium *alliciant diuites.* VI. *Vsurae simpliciter sunt a creditore et eius heredibus reddendae, ad instar spolii, nullo obstante statuto, vel iuramento, vel appellatione interposita.* VII. *Poena ecclesiastica vsuras accipientium.* VIII. *Iustitia vsurarum ex remotione fundamentorum contrariorum euincitur.* IX. *In Germania proinde vsurae legibus publicis etiam in mutuo approbatae, excessu duntaxat improbato.* X.

§. I.

Crimen *vsurarum* etiam furto accedit, γ) quod negare, nefas et *haereticum* habetur. δ) Et tamen nequidem canonistae verum *vsura-*

β) *c. f. X. h. t.* dummodo alias idoneus sit.

γ) *foeneratores* quidem Romanos *quadrupli* condemnasse auctor est VARRO *de re rustic. ab init.* sed non omnis, qui accipiebat vsuras, foenerator erat.

δ) *clem. vn. in f. de haeret.*

rarum conceptum ſiſtunt, ſed eas ita defi
vt vſuras *veras* ſemper tegere, et tot ſanć
patrum et papales facili opera eludere q
Aiunt, vſuram eſſe *lucrum ſupra ſortem ex*
vnice propter officium, in dato mutuo præ
Duo ergo ſupponunt: (a) vt id, quod ſo
merum lucrum ε) ſit, et inde *diteſcere* in
creditor ζ): (b) vt vnice id præſtetur *ob o*
in dando mutuo præſtitum, vel quod ei ſin
η) quod, quia *humanitatis*, gratuitum q
eſſe debeat.

§. II.

DAMNARVNT autem patres qualesc
vſuras ſub pœna *eiectionis*, ϑ) inprimis in
cis ι), (a) quod ſcriptura *veteris teſtamen*
reclamet: κ) (b) quod Chriſtus eas dam
verbis: *mutuum date, nihil inde ſperant*

[redacted]

§. III.

MERVM autem *lucrum* conſtituunt in *mutuo*, ſi ab eo, cui mutua pecunia data, plus quam dedit, accipit creditor, ſiue in pecunia ſiue in alia re conſiſtat. ξ) Nec in *mutuo* tantum, ſed etiam in aliis negotiationibus lucrum damnant. ο) Quocirca (1) fructus pignoris creditor ſuos facere nequit, quod vſuram ſaperet. π) (2) Nec fœnus nauticum ob ſusceptionem periculi toleratur. ρ) (3) Nec immunis eſt ab vſura, qui mutuum recipere cogitans ſub pignore, rem vendit ſub pacto de retrouendendo, σ) (4) vel ſi mercator longe maioris merces vendit ob fidem habitam de pretio. τ)

§. IV.

E contrario qui plus accipit, quam ſoluit, non vt *merum lucrum*, vel ob *officium mutui dati*, ſed ob id, *quod intereſt*, h. e. ob lucrum ceſſans et damnum emergens, eum ab hoc crimine abſoluunt, vtpote quod iura canonica probant. υ) Hoc ſub titulo *ipſas vſuras* tegunt, quod ſemper creditor vrgere poſſit, ſe ob mutuum datum lucro caruiſſe, aut detrimentum accepiſſe. φ) Pariter a cenſu vſurarum eximunt, qui *annuos reditus reales* emunt, quo negotiationis

ξ) *c.* 1. 2. 3. 4. C. 14. *q.* 3.

ο) veluti in emtione rerum, quarum pretium poſtea creſcit. *c.* 9. C. 14. *q.* 4.

π) *c.* 1. 2. 8. *X. h. t.*

ρ) *c. f. X. h. t.*

σ) *c.* 5. *X. de emt. vend.*

τ) *c.* 6. *et* 10. *X. h. t.*

υ) *c.* 9. *X. de arbitr. c. vn. X. de plus petit. c.* 48. *X. de ſent. excomm.*

φ) CARPZ. *lib.* 2. *iurispr. conſiſt. def.* 319. *n.* 15.

nis genere inprimis ab antiquo vſi ſunt clerici, χ) quod *venditio* nullibi interdicta ſit, licet ſub hac ſpecie veræ vſuræ tegantur.

§. V.

NECESSE tamen eſt, (I) vt ſuper *re immobili* conſtituantur. ψ) *Perſonales*, quod propius *vſuris* accedant, prorſus vetitæ, ſed in imperio noſtro iam olim permiſſæ. ω) Præterea (II) res immobilis deſideratur, quæ *ſufficientes fructus* fert. (III) Pretium in *pecunia numerata* conſiſtens ſoluendum, et quidem *ſtatim*, ne annui reditus percipiantur ante eam ſolutam, quod *vſuram* ſaperet. (IV) Pretium debet eſſe *iuſtum*. α) Cenſus hic ad inſtar *ſeruitutis* prædiis inhæret, et cum re vel *in totum* vel *in tantum* exſpirat, vt nequidem valeat conuentio in contrarium. β) Tranſit quoque ad omnem poſſeſſorem, nec prædii cenſualis alienatio pacto prohiberi aut reſtringi poteſt, modo emtori cenſus mature denuncietur alienatio, ob ius *protimiſeos*, quod emtori in bulla PII V. indultum. Denique venditor *pacto de retrouendendo* ſibi proſpicere ſolet, ſed emtor

χ) *c.* 1. 2. *extrau. comm. de emt. vend.*

ψ) ex bulla PII V. de *anno* 1569. *et* 1570. vnde pleraque traxi *tom. V. h. t.* §. 52. *ſeqq.*

ω) *R. I. de a.* 1548. quod ab antiquo etiam vſuræ, non obſtante iure canonico, toleratæ et approbatæ.

α) iure canonico haud determinatum, ſed demum legibus Germanicis, ad normam vſurarum conſtitutum.

β) ex bulla PII V. Valet tamen hæc conuentio in Germania, in qua *vſuræ* probatæ, vt venditor nihilominus annuos reditus, re extincta, præſtet.

emtor pretium repetere nequit, γ) nisi in casu moræ. δ)

§. VI.

DENIQVE nec *montes pietatis* labe vsurariæ prauitatis infectos arbitrantur, ε) variis conciliis et decretis pontificum approbatos. Hi nihil aliud sunt, *quam collatio pecuniarum, a ditioribus in locum publicum, sub administratione constitutorum publica auctoritate officialium, hunc in finem facta, vt indigentes sub pignore idoneo mutuum gratis inde percipere queant.* Vsurarum prohibitio plus iusto extensa fere extinxerat officium mutuam dandi pecuniam: inde sub propositione *præmii cælestis*, h. e. sub opinione de *opere meritorio* prouocandi erant ditiores, vt pecuniam in vsus indigentium conferrent. Etenim ad hoc *pium misericordiæ opus* largiter ditiores conferunt per mutui gratuiti dationem, vt *indulgentias insignes*, monti cohærentes ex *papali decreto*, lucrentur, quæ iis loco vsurarum cedunt, atque inde hoc *mutuum* vocatur *meritorium*. Montibus hisce nihil pro mutui datione soluitur, nisi exiguum aliquod pretium, pro conseruando monte præstandum. In illis vero locis, quæ *vsuras* tolerant, hoc institutum etiam permittitur,

γ) R. I. *de a.* 1548. *tit.* von wucherlichen Contracten.

δ) quæ limitatio *in R. I. de a.* 1600. §. ferner ist. approbata.

ε) De his plenissime actum *tom. V. h. t.* §. 70. *sqq.* qui a labe *vsurarum* immunes quidem dicuntur, sed non a vitio operis meritorii, quo hamo prouocantur ditiores ad pecunias in hunc montem conferendas.

tur, vt vſuras paciſcantur mutuum dantes a debitoribus, quod ob varios vſus publicos admodum ſalutare eſt, licet *mutuum meritorium* merito reiiciatur.

§. VII.

CETERVM, qui *vſuras qualescunque* accipiunt, comdemnantur ad earum reſtitutionem, vt et eorum heredes, ζ) vt nec ad beneficium *appellationis* admittendi ſint, η) nec iuramentum a debitore præſtitum creditoribus proſit. ϑ) Etenim exactio vſurarum ad inſtar *ſpolii* habetur, vt ſortem repetentes non audiantur, niſi reſtitutis vſuris, ι) ſi vel maxime iudæi fuerint, quibus tamdiu commercio interdicendum, donec vſuras reſtituerint. κ) Nec ſtatutis ciuitatum legitimari poſſunt, quæ ſub excommunicatione prohibita, λ) prætereaque cautum, vt creditores de vſuraria labe ſuſpecti contra ſe edere teneantur codices rationum.

§. VIII.

QVIA vſuras accipere *crimen* eſt, in illud *ex officio* inquiri poteſt, μ) vt vſurarii ad debitas pœnas vocentur. Etenim clerici deponendi, ν) laici a *communione altaris*, et poſt obitum ab *honeſta ſepultura* excludendi, reiectis eorum oblationibus, ξ) et denique eorum teſtamenta ipſo iure cenſentur irrita. ο)

§. IX.

ζ) *c. 5. X. h. t.*
η) *c. 11. X. h. t.*
ϑ) *c. 13. X. h. t.*
ι) *c. 14. 17. X. h. t.*
κ) *c. 12. X. h. t.*
λ) *clem. vn. h. t.*
μ) *c. 15. X. h. t.*
ν) *c. 1. X. h. t.*
ξ) *c. 3. X. h. t.*
ο) *c. 2. h. t. in 6.*

§. IX.

HOC modo ex intempestiuo zelo et praeconcepta opinione saeuitum est in *vsuras* cum summo *commerciorum* detrimento, quae absque *mutuo vsurario* promoueri et subsistere nequeunt. Quid? quod ipsum conceptum *vsurarum* corruperint, in quibus erronee *merum lucrum* concipiunt, quae potius soluuntur ob *compensationem vsus nummorum alienorum*, vnde lucrum capere intendit debitor, et sic *ob causam*, adeoque rursus falsum est, ob solum *officium mutui dati* solvi vsuras. Si ob vsum *aedium* et *fundorum* mercedem accipere licet; cur non etiam ob vsum sortis, qua creditor caret, debitor fruitur. π) Lex iudaeis data mere *forensis* fuit, ϱ) nec praeceptum saluatoris vsuras exterminat, sed *regulas amoris* explicat, quae iubent, *indigentibus* succurrendum esse, etiamsi sortis amittendae periculum adsit. σ) Sed ab hoc officio abstinent clerici, vt nec *nummi ecclesiastici* huic periculo exponendi sint, quamuis, quod *pauperum* sint, huic fini expendi debuissent. τ)

§. X.

VNDE, non obstantibus legibus ecclesiasticis, et *vsurae* et *anticbreses* in Germania toleratae υ) et tandem legibus publicis approbatae

(1) in

π) inanis est ratio diuersitatis tradita in *c.* 11. *D.* 88

ϱ) Hanc tamen ad christianos admodum peruerse extenderunt patres in *c. f. C.* 18. *q.* 4.

σ) LIMBORCH *in theol. christian. lib. V. c.* 38. §. 30.

τ) ita pauperes deserunt, et pecunias interim corradunt.

υ) *tom. V. h. t.* §. 27. *h. t.*

(1) in casu *moræ φ*): (2) *ex pacto* et conuentione speciali, χ) et quidem *quincunces*. Vltra hanc quantitatem perceptæ demum *ad vsurariam prauitatem* referendæ, vt et ex anatocismo redactæ. Ceterum in foris protestantium delictum hoc *mere seculare* est, ψ) nec aliter in *recessibus imperii* ω) consideratur.

TIT. XX.

DE CRIMINE FALSI.

SYNOPSIS.

Crimen falsi quid? Dolo qui caret, non est falsarius. I. Species variæ falsorum in materiis ecclesiasticis. II. Indicia falsitatis, quæ grauant de falso suspectum. III.

§. I.

Falsi crimen quoque *pœnis ecclesiasticis* censurisque subiectum est, quatenus præcipue circa bullas, rescripta, et diplomata papalia et sic circa *rem ecclesiasticam* committitur, quorum integritas curiæ Romanæ curæ cordique est. Sicuti vero hoc crimen est *dolosa veri-*

φ) *R. I. de a.* 1600. §. 152. etiam in mutuo contra iuris R. dispositionem.

χ) *R. I. de a.* 1654. §. 174.

ψ) iure canonico vero ad vtrumque forum pertinet. *c.* 2. 12. X. *h. t. c.* 1. 6. 20. X. *de iurei.*

ω) de *anno* 1548. *et* 1577. vbi pars quarta sortis in excessu, circa vsuras commisso, adiudicatur magistratui debitoris et creditoris pro rata.

veritatis immutatio in praeiudicium tertii; ita variis modis committi poteſt ab eo, qui vel *doloſe* veritatem immutat, vel *falſo* figmento ſcienter vtitur. Excuſantur, qui ſpurias merces pro veris venditarunt ignoranter, α) et qui eis vtuntur, poſtquam in vſum deductae. β)

§. II.

SVNT ergo huius criminis in *re eccleſiaſtica* rei, (I) qui tot ſpuria apocrypha pro veris in fraudem religionis orbi chriſtiano obtruſerunt γ). (II) Qui falſa miracula effinxerunt, eaque pia, vt crediderunt, fraude affinxerunt mortuis δ). (III) Qui falſa diplomata fabricarunt, quibus iniuſte quaeſita propugnarent. Ipſa falſitas ex *ſigillis*, *ſtylo*, *filo*, *charta*, *literis*, et ipſo *tenore* colligitur ε). (IV) Qui ſigilla falſa veris bullis vel diplomatibus annectunt, vt ab antiquitate commendentur ζ). (V) Qui vera reſcripta per raſuram immutant, η) in loco ſuſpecto ϑ). (VI) Qui ſcienter literas non ex pontificis vel bullatoris manu recipit ι). (VII) Qui doloſe omittit mentionem priorum litterarum. κ) (VIII) Qui ſcienter falſas literas pro officio ſacro obti-

α) Exemplo GRATIANI, impoſtoris ISIDORI falſa collatione vſi.

β) vnde qui ex C. *redintegranda* agunt, ab hoc crimine immunes ſunt.

γ) c. 3. D. 15. c. 1. D. 16.

δ) Haec impoſtura ſacra graue damnum rei eccleſiaſticae dedit et credulos admodum decepit.

ε) c. 6. X. *de fide inſtrum.* c. 5. X. h. t. c. 6. X. h. t.

ζ) c. 3. X. h. t.

η) c. 5. X. h. t.

ϑ) c. 7. X. *de relig. dom.* c. 25. X. *de reſcript.*

ι) c. 4. et 5. X. h. t.

κ) c. 2. X. *de reſcript.*

obtinendo præſentat, κκ) beneficii et officii priuatione plectendus, laicus vero excommunicatione. λ)

§. III.

QVIA falſum *occulta machinatione* perpetratur, iuuat, quædam falſitatis indicia adferre. Huc pertinet, ſi in modo *dictaminis* ſeu *ſtylo curiæ* inſolita immutatio occurrit: μ) ſi reſcripta pontificum manifeſtum in conſtructione peccatum continent, ν) quod tamen ad *barbarismos* in curia papali receptos non extendendum: ο) ſi aliena manu *interlinearis ſcriptura* inſtrumento adiecta in loco ſuſpecto, vel ſi leuis raſura in tali loco appareat. π) Ceterum de aliis *falſi* ſpeciebus, quibus veritas in præiudicium tertii immutatur, et de earum pœnis criminalibus hic non agendi locus.

TIT. XXI.

DE SORTILEGIIS.

SYNOPSIS.

Sortium indifferens natura et ſpecies I. Conſultatoriæ et diuinatoriæ, vt ſortes ſanctorum, improbatæ II. Sortilegia quædam hæreſin ſapiunt ob imaginarium pactum cum diabolo, III. Inde pœna ignis, cum tamen vt plurimum meraphantaſmata ideatorum corruptarum ſint. IV. An exorciſmi ab incantamentis liberi ſint? Eorum varii vſus, V.

§. I.

κκ) *c. 2. X. h. t.*
λ) *c. 2. 4. 7. X. h. t.*
μ) *c. 6. X. h. t.*
ν) *c. 11. X. de reſcript.*
ο) vt in communi formula: *benedico te*, qua *pontificale Romanum* conſtanter vtitur.
π) *c. 7. de relig. domib.*

§. I.

IMPOSTVRAE, quae in *crimine falsi* latitat, proxime accedit ars pessima *sortilegorum* et *magicos susurros* exercentium. *Sortilegi enim* dicti, quod *sortes legant*, h. e. colligant impostores in re incerta, et ita magis in sensu *malo* haec appellatio accipitur. Sortes enim colligere, in se non est prohibitum, sed quandoque vtile et necessarium. ϱ) Variae nimirum dantur sortes: (1) *diuisoriae*, quibus vtimur in *re communi* diuidenda σ): (2) *suffragatoriae*, quibus vti licet quandoque, si paria sunt suffragia, vt maiora aliter, quam per *sortem*, haberi nequeant: σσ) (3) *consultatoriae*, quibus in *occultis* diuina voluntas pandebatur τ): (4) *diuinatoriae*, quibus *diuinationes* exercebantur, quae vtroque iure prohibitae. υ)

§. II.

SICVTI vero sortes *consultatoriae*, olim ex lege DEI ad *voluntatem diuinam* cognoscendam adhibitae, φ) *extraordinarius modus* coram summo sacerdote peragendus erat; ita *ius* prorsus *singulare*, non *regulam* constituebant, χ) nec ad consequentiam trahendae. Vnde merito improbatae sunt *sortes sanctorum*, ψ) ex more gentilium

ϱ) Imo appellatio *sortis* innoxia est, vt vel designatio *cleri* indigitat.

σ) vnde olim in terra sancta *partes terrae*, singulis tribubus assignatae, *sortes* dictae.

σσ) V. ASSEMAN. *in biblioth. orient. clement. vaticana tom. III. P.* 2. *p.* 662.

τ) *Indic. VII*, 18. 1 *Sam. XIV*, 38. *sqq.*

υ) *c.* 1. 2. X. *b. t.*

φ) *c.* 1. C. 26. *q.* 2.

χ) *c.* 2. *et* 4. *ibid.*

ψ) *c.* 1. C. 26. *q.* 1.

§. IV.

NEC tamen aliunde pœna *ignis* arcessenda
:, quam quod vel *pactum cum diabolo*, quod
negationem DEI inuoluit: vel fœdam cum eo
mmixtionem continere credatur temere, cu-
s *certitudo* tamen non nisi ex *confessionibus* ma-
affectarum sagarum, corruptissima vtentium
aginatione, haberi potest, quæ ita comparata
n est, vt *corpus delicti* verum adsit. Phantas-
ata non sunt rerum veritates, sed illusiones.
ui vero malis venenis vtuntur ad nocendum,
erito, vt hostes humani generis, plectuntur.

§. V.

AB hac suspicione tamen liberant EXORCIS-
OS, qui sunt *carmina auctoritate ecclesiæ defini-
et approbata ad debellandum diabolum et mala
eo profecta pellenda.* His exercendis præsunt
orcistæ,, ordinibus minoribus adscripti, et sic
am *sacerdotes*, quod ad *sacerdotium* non nisi
r quatuor minores ascendatur. Magna his ad-
ipta vis in ligaminibus magicis soluendis, ε)
ectris fugandis, diabolo a thesauris effodiendis
ab energumenis pellendo, noxiis animalculis
mandis, et morbis coërcendis: ζ) Iucundum
rte spectaculum edunt, qui imaginarium tale
llum cum Satana ineunt. η)

TIT.

) c. 4. C. 33. q. 1.
) Ipsos ritus in his vsita- descripsi tom. V. b. t. §. sqq.

η) copiose descriptum ab ERASMO *in colloq.* sub titulo: *exorcismus siue spectrum.*

TIT. XXIII.

DE DELICTIS PVERORVM.

SYNOPSIS.

Impuberum delicta mitius plectuntur. Quinam in criminalibus dicantur impuberes? I. Nonnunquam capitali plectuntur supplicio. II.

§. I.

DELICTA quaedam etiam in *pueros*, h. e. *impuberes* cadunt, non tamen ita, vt in puberibus et maioribus, punienda, ν) vt ne quidem poena pecuniaria, quae olim in *homicidio culposo* criminali iudici soluenda erat, exigi queat. ξ) Saepe tamen malitia supplet aetatem, vt etiam impuberes ad *delicta carnis* proruere possint, ο) mitius etiam hoc casu plectendi. π) Generatim autem in criminalibus *impuberes* dicuntur, qui XIV annum non impleuerunt sine distinctione sexus. ρ)

§. II.

CETERVM si *pubertati proximi:* si circumstantiae concurrentes singularem arguunt malitiam: si crimen atrocius, quod alias *capitale* est, commiserunt, pro re nata aliquando vltimo supplicio adfici possunt. σ)

TIT.

ν) *c.* 1. *X. h. t.*

ξ) *c.* 2. *X. h. t.* Poena haec *pecuniaria* in homicidiis olim apud varias gentes recepta, vt ex legibus Iuticis demonstrat VOGTIVS *in commentat. in leges Luticas de homicidio.*

ο) *c. f. X. de eo, qui cogn. consangu. vx.*

π) *l.* 12. *D. et l.* 11. *C. ad L. Cornel. de sicar.*

ρ) *art.* 164. *constit. crim. Carol.*

σ) *l.* 14. *de SC Silan. conf. tom. V. h. t.* §. *vlt.*

TIT. XXIV.

DE CLERICO VENATORE.

TIT. XXV.

DE CLERICO PERCVSSORE.

TIT. XXVI.

DE MALEDICIS.

SYNOPSIS.

Clericis venatio interdicta. I. Sed suo modo in Germania permissa, quod venatio ad vulgares reditus fundorum et syluarum pertineret. II. Inde nec monasteriis ademta, vt per alium eam exercerent. III. Percussiones iniquae clericis interdictae. Ex causa et intra modum permissae. IV. Pariter iniuriae verbales sub deprecatione iis vetitae. De blasphemia. V.

§. I.

SVNT quaedam clericis prohibita, aliis permissa: quaedam communia delicta, sed in clericis singulariter castiganda. Ad primam classem pertinent *clerici venatores*, studio venandi nimium addicti, more *Germanorum* et *Gallorum* antiquo, τ) vt episcopi visitantes ecclesias cum canibus venatoriis et auibus proficiscerentur. υ) Hoc episcopis prohibitum est φ) sub trium mensium suspensione a communione;

τ) *c.* 1. *D.* 34. Ratio inepta est, quae in *c.* 11. *D.* 86. traditur.

υ) *c.* 6. *X. de censib. exact. et procur.*

φ) *c.* 2. *X. h. t.*

nione; presbyteris et diaconis vero ſub remotione ab officio. χ)

§. II.

LICET vero antiquitus hæc prohibitio intuitu clericorum, *cura animarum* præditorum, (quales olim omnes clerici erant) admodum ſalutaris fuerit, non potuit tamen in effectum *vniverſaliter* deduci, aucto in immenſum clericorum, et maxime, *ſine cura animarum*, imo ſine *titulo*, numero et potentia: aſſumtis tot officialibus et vicariis: epiſcopis prælatisque ad dignitates ſeculares negotiaque tractis et admiſſis: et denique acquiſitis, in Germania olim ſylueſtri, ψ) tot latifundiis, quorum communis reditus erat venatio. ω) Hanc nec epiſcopi prælatique monaſteriorum neglexerunt, ſed præterea *regio banno*, α) quod demum *regale* erat, eam muniuerunt, vt ius venandi *priuatiuum* obtinerent.

§. III.

INDE nec monaſteriis ius venandi in ſyluis propriis, imo etiam alienis, ſi id adquiſiuerint, ademtum, modo illud per alios exerceant. β) Multo magis ergo epiſcopis aliisque eodem modo conceſſum, ne reditu hoc præcipuo fundorum ſyluarumque carere tenerentur. Denique etiam

χ) *c. 1. X. h. t.*

ψ) TACITO teſte *de morib. Germ. c. 5.*

ω) vt *tom. V. h. t.* §. 2. ex diplomatibus oſtendi.

α) confuſio inter *bannum regium* et ipſam *venationem* peperit communem opinionem, quod ius *venandi regalibus* adſcribendum eſſet.

β) *clem.* 1. §. *porro. de ſtat. monach.*

le in foro feculari punita, *μ*) quæ iure Germanico ad pœnam capitalem et corporis afflictiuam extenfa.

TIT. XXVII.
DE CLERICO EXCOMMVNICATO, DEPOSITO VEL INTERDICTO MINISTRANTE.

TIT. XXVIII.
DE CLERICO NON-ORDINATO MINISTRANTE.

TIT. XXIX.
DE CLERICO PER SALTVM PROMOTO.

TIT. XXX.
DE EO, QVI FVRTIVE ORDINES SVSCEPIT.

SYNOPSIS.

Quoad clericum excommunicatum ministrantem distinguitur inter excommunicationem maiorem et minorem. I. Grauius peccat, fi non ordinatus ministrat. II. Per faltum promotus præuia difpenfatione, non amplius delinquit. III. Furtiue ordines fufcipit, qui absque fcrutinio promotus eft. De eius pœna. IV.

§. I.

QVATVOR delicta his titulis recenfentur, quibus contra *officium clericale* in *præiudicium imperii facri* delinquitur. *Primum* eft,

μ) ceu liquet ex *c.* 2. X. *eod.* in *f.*

eſt, ſi excommunicatus, depoſitus vel interdictus miniſtrat per *contemtum* et *ſuperbiam.* ν) Valide talis quidem miniſtrat, ſed peccat tamen miniſtrando. ξ) *Maiori* excommunicatione ligatus miniſtrans *irregularis* fit: ο) *minori* vero tantum, ſine *irregularitate* quidem, ſed non ſine peccato miniſtrat, quia a *participatione ſacramentorum* prohibitus cenſetur *primario.* π) *Interdicti* eadem vis cenſetur, quae *excommunicationi maiori* tributa, quod violantes clerici miniſtrando *irregulares* fiunt, ϱ) niſi probabili ignorantia excuſentur. σ)

§. II.

Alterum eſt, ſi *non-ordinatus* miniſtrat, vel ad minimum in alio gradu, ad quem non eſt ordinatus, vtpote ſi diaconus miſſam celebrat, qui [redacted]

§. III.

Tertium est in clerico, per *saltum* et non *adatim*, per interstitia temporum, promoto, od olim prohibitum. χ) Sed cum minorum dinum susceptio hodie *dicis tantum gratia* fiat, e reali ministerio, per saltum promotio sine ficultate, præuia dispensatione, fieri potest. ψ)

§. IV.

Quartum est in eo, qui *furtiue* ordines suspit, h. e sine præcedente *scrutinio*, quod sub- le subterfugit. ω) Hunc in finem ante orditionem proponi solet interdictum, ne *non-ex- ninatus* accedat, quo facto furtiue ordinem suspientes, in eo ministrare numquam possunt: fa- ius interdicto omisso, qui per *dispensationem* mitti queunt. α)

TIT. XXXI.

E EXCESSIBVS PRAELATORVM ET SVBDITORVM.

SYNOPSIS.

Excessus clericorum quid? I. Distinguendi a de- lis stricte sumtis. II. Pra- i variis modis excedunt, III. item archidiaconi IV. et ceteri clerici. Modus procedendi in castigandis excessibus. V.

§. I.

χ) vid. *supra lib. I. tit. XL.* 7. *p.* 82.

ψ) secundum *concil. Trid.* *s.* XXIII. *de reform. c.* 14.

ω) de quo actum supra *lib.* I. *tit. XII. p.* 86.

α) *c.* 1. *X. de eo, qui furt.*

lium tractæ, et olim adhibitis precum f
peractæ. ω) Creuit nihilominus fortium
bararum vſus, ex gentilium theologia de
adhibitis *carminibus magicis*, quibus inge
tribuebant vires creduli, α) vnde infinitæ
ſortilegiorum enatæ ſunt, quæ generatim
magiæ veniunt.

§. III.

QVIA de *hæreſi* inquiſitores hæretic
vitatis cognoſcunt, ideo diſtinxerunt int
tilegia, quæ *manifeſtam* ſapiunt *hæreſin*,
eam non continent. Illorum impoſtura e
inquiſitorum cognitionem ſpectat; horum
ad *ordinarios iudices* tam *eccleſiaſticos*, qu
culares. β) Vt ergo *hæreſin* vel *apoſtaſi*
ſortilegio vbique quærerent, conſtituerunt,
magiæ adeſſe *pactum cum diabolo*, vel ad
mum *ſuſpicionem vehementem* de tali *pacti*
anilibus fabulis et phantasmatibus male af
rum hominum decepti. δ) Aſt hæ *illuſion*
næ, quibus mulierculæ decipiuntur, non effi
vt *corpus delicti* hic *certum* adſit, aut narr
bus earum fides haberi debeat. Nec aliud
cium ferendum de *imaginaria commixtion*
diabolo, quæ ſoli ſagarum relationi debetur,
autem poſſibilitati repugnat.

§

ω) quorum ſollemnia tradidi *tom. V. b. t.* §. 4.

α) *l.* 1. §. 3. *de extraord. cognit. c.* 17. C. 26. *q.* 7.

β) *c.* 8. *de hæreſ. in* 6. *verſu ſane cum.*

γ) vid *tom. IV. de* §. 30. *et* 36.

δ) quæ traduntur in C. 26. *q.* 5.

§. IV.

NEC tamen aliunde pœna *ignis* arcessenda , quam quod vel *pactum cum diabolo*, quod *negationem DEI* inuoluit: vel fœdam cum eo mmixtionem continere credatur temere, cu- *certitudo* tamen non nisi ex *confessionibus* ma- affectarum sagarum, corruptissima vtentium aginatione, haberi potest, quæ ita comparata n est, vt *corpus delicti* verum adsit. Phantas- ita non sunt rerum veritates, sed illusiones. ii vero malis venenis vtuntur ad nocendum, rito, vt hostes humani generis, plectuntur.

§. V.

AB hac suspicione tamen liberant EXORCIS- IS, qui sunt *carmina auctoritate ecclesiæ defini- et approbata ad debellandum diabolum et mala eo profecta pellenda.* His exercendis præsunt *orcistæ*,, ordinibus minoribus adscripti, et sic am *sacerdotes*, quod ad *sacerdotium* non nisi r. quatuor minores ascendatur. Magna his ad- ipta vis in ligaminibus magicis soluendis, ε) ectris fugandis, diabolo a thesauris effodiendis ab energumenis pellendo, noxiis animalculis mandis, et morbis coercendis: ζ) Iucundum te spectaculum edunt, qui imaginarium tale lum cum Satana ineunt. η)

TIT.

) c. 4. C. 33. q. 1.
) Ipsos ritus in his vsitadescripsi *tom.* K. *b.* t. §. *sqq.*

η) copiose descriptum ab ERASMO *in colloq.* sub titulo: *exorcismus siue spectrum.*

TIT. XXIII.

DE DELICTIS PVERORVM.

SYNOPSIS.

Impuberum delicta mitius plectuntur. Quinam in criminalibus dicantur impuberes? I. *Nonnunquam capitali plectuntur supplicio.* II.

§. I.

DELICTA quaedam etiam in *pueros*, h. e. *impuberes* cadunt, non tamen ita, vt in puberibus et maioribus, punienda, ν) vt ne quidem pœna pecuniaria, quae olim in *homicidio culposo* criminali iudici soluenda erat, exigi queat. ξ) Saepe tamen malitia supplet aetatem, vt etiam impuberes ad *delicta carnis* proruere possint, ο) mitius etiam hoc casu plectendi. π) Generatim autem in criminalibus *impuberes* dicuntur, qui XIV annum non impleuerunt sine distinctione sexus. ϱ)

§. II.

CETERVM si *pubertati proximi*: si circumstantiae concurrentes singularem arguunt malitiam: si crimen atrocius, quod alias *capitale* est, commiserunt, pro re nata aliquando vltimo supplicio adfici possunt. σ)

TIT.

ν) *c*. 1. X. *h. t.*

ξ) *c*. 2. X. *h. t.* Pœna haec *pecuniaria* in homicidiis olim apud varias gentes recepta, vt ex legibus Iuticis demonstrat VOGTIVS *in commentat. in leges Iuticas de homicidio.*

ο) *c. f. X. de eo, qui cogn. consangu. vx.*

π) *l.* 12. *D. et l.* 11. *C. ad L. Cornel. de sicar.*

ϱ) *art.* 164. *constit. crim. Carol.*

σ) *l.* 14. *de SC Silan. conf. tom. V. h. t.* §. *vlt.*

TIT. XXXIV.
PVRGATIONE CANONICA.

SYNOPSIS.

causa criminali iu- diuinum exquiren- ensuerunt patres I. ie iuramentum, quod diuinum et iustum II. adhibitis compur- gatoribus, qui fidem iuranti facerent. Numerus variauit. III. Vsus eius ad ciuilia et criminalia in foris secularibus extensus, parcius tamen ad- mittendus. IV.

§. I.

MERATA sunt varia *crimina* et *excessus*, iorum nomine nemo condemnari potest, si *legitimis probationibus* conuictus. His tibus vel simpliciter absoluendus, vel, si nes λλ) quædam contra reum supersunt, censuerunt, recurrendum esse ad *iudicium* ı, vt in re ancipiti *occulta* recluderet et taret, id quod exploratum fuit modis, *iu- nico* approbatis vel improbatis.

§. II.

ODVS *iure canonico* approbatus, iudicium n in re dubia exquirendi; quæsitus est in TIONE CANONICA, quæ est *præstatio is iuramenti ad reliquias Sanctorum*, *adbi- mpurgatoribus*, *quo iurans suam innocen- b obiecto crimine demonstrat.* Olim etiam nodus probandi innocentiam, et *iudicium n* explorandi, in monasteriis receptus erat, *mtionem eucharistiæ;* μ) sed, hoc sublato, reten-

egitime conuictus ad onem haud admitten- dus. *c.* 12. X. *de probat.*

μ) *c.* 23. C. 2. *q.* 5.

§. IV.

QVAMVIS vero ſententia de *diuino iudicio* per iuramentum exquirendo probari nequeat, vſus tamen huius expurgationis in *criminalibus* et *ciuilibus* late extenſus eſt, etiam in foris proteſtantium, compurgatoribus tamen omiſſis. Ceterum in *criminalibus*, ob metum præſentem periurii, rarius ad vſum eius recurrendum, vt præſtet, ſuſpectum potius abſoluere, quam metui periurii reum exponere.

TIT. XXXV.

DE PVRGATIONE VVLGARI.

SYNOPSIS.

Iudicium diuinum etiam per alios modos improbos exploratum eſt. I. Qui recenſentur. II. Sed merito eliminauit eos ſanior ætas, III.

§. I.

VSITATI etiam olim alii modi, *iudicium diuinum* ω) per *extraordinarium miraculum* in cauſa dubia et ancipiti explorandi, non tantum vſu plurimarum eccleſiarum probati, ſed etiam legibus gentium variarum aſſumti. Sed quia ex profanis paganiſmi principiis ortum traxerunt, α) per ſuperſtitionem monaſticam propa-

ω) vnde veteres hos modos *ordalium*, quaſi Gottesurthell dixere.

α) vt monſtratum *tom. V. h. t.* §. 7.

§. III.

Tertium est in clerico, per *saltum* et non *adatim*, per interstitia temporum, promoto, iod olim prohibitum. χ) Sed cum minorum dinum susceptio hodie *dicis tantum gratia* fiat, ie reali ministerio, per saltum promotio sine fficultate, præuia dispensatione, fieri potest. ψ)

§. IV.

Quartum est in eo, qui *furtiue* ordines suspit, h. e sine præcedente *scrutinio*, quod subde subterfugit. ω) Hunc in finem ante orditionem proponi solet interdictum, ne *non-exinatus* accedat, quo facto furtiue ordinem suspientes, in eo ministrare numquam possunt: falius interdicto omisso, qui per *dispensationem* mitti queunt. α)

TIT. XXXI.

E EXCESSIBVS PRAELATORVM ET SVBDITORVM.

SYNOPSIS.

Excessus clericorum quid? I. Distinguendi a delis stricte sumtis. II. Prælati variis modis excedunt, III. item archidiaconi IV. et ceteri clerici. Modus procedendi in castigandis excessibus. V.

§. I.

χ) vid. *supra lib. I. tit. XL.* 7. *p.* 82.

ψ) secundum *concil. Trid.* *f.* XXIII. *de reform. c.* 14.

ω) de quo actum supra *lib. I. tit. XII. p.* 86.

α) *c.* 1. *X. de eo, qui furt.*

TIT. XXXVII.

DE POENIS.

SYNOPSIS.

Quid pœna? differentia inter hanc et censuras inanis. I. *Magistratus ecclesiastici puniunt. Non adeo differunt pœnæ seculares et ecclesiasticæ.* II. *Species pœnarum ecclesiasticarum.* III. *Remotio ab officio a iudice competente decernenda.* IV. *Ob crimen grauius, causa cognita. Inde distingui debet a simplici dimissione. Quando hæc locum habeat?* V. *Differentia inter catholicorum et protestantium iudicia ecclesiastica, quoad cognitionem criminum.* VI. *Degradatio quid?* VII. *Suspensionis causæ.* VIII.

§. I.

PRAETER refusionem *damni* obligantur de crimine conuicti ad *pœnam* ab ecclesia Romana, quia est *respublica*, infligendam. POENA *est determinatio mali, quod iure imperii imperans in republica subditis inuitis infligit, ob delictum vel inobedientiam, in salutem reipublicæ et coactionem inobedientis ad officium.* Sic itaque per *pœnam* (a) malum, quod meruit, infligitur et applicatur delinquenti: (b) contumaces et inobedientes ad officium reuocantur. Prius *pœnam* stricte dictam: posterius *censuram* dixerunt scholastici, quod discrimen tamen antiquum ius canonicum ignorauit; τ) ignorat etiam conceptus *pœnarum* genuinus, cum etiam malum, quod appli-

τ) vt obseruant recte MOLINVS et ESPENIVS *tom. V. h. t.* §. 13. *sq.* relati.

ciis in rebus publicis proprium. Ergo recte protestantium ecclesiæ eo abstinent, quod principes consistoriis suis delegarunt. (4) Vtrobique subditis *inuitis* infligitur pœna, quod ex relatione *pœnarum ecclesiasticarum* liquet.

§. III.

SPECIES videlicet *pœnarum ecclesiasticarum*, quæ in *foris ecclesiasticis* exercentur, sunt: excommunicatio: β) interdictum: denegatio sepulturæ ecclesiasticæ: γ) pœnitentia publica: pœna pecuniaria, in quam illa mutari solet: δ) flagellatio et virgarum disciplina: ε) confiscatio bonorum: ζ) priuatio feudorum ecclesiasticorum, η) et priuilegiorum: absolutio vasallorum et subditorum ab homagio et vasallagio: ϑ) exilium detrusio in monasterium: ι) depositio et degradatio clericorum: κ) suspensio ab officio: irregularitas ex delicto contracta: pœna carceris perpetui vel temporalis: λ) carena seu ieiunium in

per *conuentionem mutuam*, more primitiuæ ecclesiæ, ius quoddam puniendi habent, vt ecclesia malis hominibus purgetur, quo non indigent ecclesiæ, sub magistratu eiusdem religionis, vt obseruaui *diss. III. et XII. iur. antiq. eccles. ad Plin. et Tertull.*

β) hæc *medicinalis* dicitur in *c.* 1. *de sent. excomm. in 6.* sed *suprema capitis diminutio est*, et *gladius spiritualis*.

γ) vulgo der Todtenbann. vid. *tit. de sepult.* it. *de termeam.* etc.

δ) *conc. Trid. sess. XXV. de reform. c.* 3. ergo reuera *inuito* applicatur.

ε) *c.* 1. *X. de calum.*

ζ) *c.* 10. *X. de hæres. c.* 25. *X. de V. S.*

η) *c.* 10. *et* 12. *X. h. t.*

ϑ) *c.* 13. *X. h. t.*

ι) *c.* 6. *X. h. t.*

κ) *c.* 10. *X. de iudic.*

λ) *c.* 3. *h. t. in* 6.

[redacted]

officii sacri a superiori, vel *resignatio* ab inferiori eius auctoritate facta. Illa regulariter non obtinet in clericis *beneficiatis*, σ) nisi (a) *resignatio* et vocanti et clericis reseruata τ): (b) beneficia fuerint *manualia*, quae *reuocabilia* sunt, qualia sunt *capellanorum* υ) et *parochiarum* monasteriis vnitarum, quatenus per monachos reguntur: φ) denique *beneficiorum*, quibus fundatio hanc addidit qualitatem. Vnde *capellani aulici*, quod essent in ministerio principis, eiusque *domestici sacerdotes*, ab antiquo reuocari potuerunt. χ)

§. VI.

CETERVM iudiciis ecclesiasticis Catholicorum quaecunque crimina clericorum, et cognitio de iis subiecta sunt: diuersa praxis protestantium consistoriorum, quae quidem de *ecclesiasticis delictis* plene decernunt, non item de *capitalibus grauioribus*, quorum inquisitio vel consistorio relinquitur, quoad *processum instruendum*, *poenae criminalis* determinatione principi reseruata: vel commissariis tota causa delegatur ad effectum *poenae criminalis capitalis* decernendae.

§. VII.

SED hanc horret ecclesia Romano-Catholica, quin potius clericos, etiam capitali delicto im-

σ) *c.* 11. C. 7. *q.* 1. quod *ius irreuocabile* in beneficium impetrarunt.

τ) quod olim post reformationem in ecclesiis protestantium saepe factum esse euici *tom. V h. t.* § 130. *sqq.*

υ) LEVRENIVS *in for. benef. P. I. qu.* 63.

φ) IDEM *cit. l. qu.* 68.

χ) *tom. V. h. t.* §. 65.

iiore crimine contra clericum inquisitione, quam ad articulos respondere iussus est. *t*) *suspensio* et *remotio ab officio* regulariter cum ensu capituli fieri debet. *x*)

TIT. XXXVIII.

POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

SYNOPSIS.

nitentia quid? est vel interna vel externa. Exbuc pertinet, quae detur. I. In delictis publinfessio olim publice faci- In occultis soli sacert magis consilii erat. II. ad aliquot annos restri- Status poenitentium idem iectis erat. III. In paeversa. IV. Per indulis relaxata. V. Seculo XIII addita confessio priuata auricularis, parocho facienda, quae longe a priori differt. VI. Casus quidam episcopis vel papae reseruati. VII. Medici aegrotantes inducere debent pro confessionibus faciendis. VIII. Sigillum confessionis incumbit confessionario. IX. Protestantium vsus circa confessionem priuatam et publicam. X.

§. I.

'PERSVNT poenae ecclesiasticae *communes* generatim omnibus applicandae, qui deliquerunt, vt sunt *poenitentia*, *excommunicatio*, *dictum*. POENITENTIA generatim dicitur

vnde liquet, suspensioetiam proprie dictam n, nec tantum *censu*esse ad coërcendam contumaciam.

x) *c.* 4. *X. de his, quae fiunt a prael.*

ta. Tandem etiam hæc *neceſſitatis* credita, perſuaſumque plerisque fuit, absque ea delicta expiari non poſſe. *o*)

§. III.

LVGENDI modus per *interſtitia temporum* quatuor velut gradibus olim abſoluebatur. *π*) Sed ex monachorum moribus his acceſſerunt varii *cruciatus pœnitentiales*, *ϱ*) et certa *menſura temporis* *σ*) ſingulis delictis præſcripta, vel arbitrio ſacerdotis determinata, *τ*) quo ipſo magis magisque in *pœnam* declinauit. *υ*) Status *pœnitentium*, durante hoc tempore, in excluſione a *communione eccleſiaſtica* conſiſtebat, adeoque ad ſynaxin haud admittebantur ante *abſolutionem*, peracto tempore, demum datam: *φ*) ab ordinibus interim repellebantur, *χ*) imo ab ipſo quoque matrimonio. *ψ*)

§. IV.

ADEO vero hæc pœnitentia in *pœnam* inuito infligendam *ω*) fuit verſa, vt de ea pretio redimenda iam *ſeculo XI.* cogitauerint, *ωω*) et archidiaconi inde quæſtum fecerint. *α*) Eodem tempore eius nomine *αα*) expeditiones *cruciata*

o) vt ex praxi ſeculi VIII. docui *tom. V. b. t.* §. 6.

π) de quibus vid. BINGHAM *in orig. eccleſ. vol. VIII. lib.* 18. *c.* 1.

ϱ) relati *tom. V. b. t.* §. 8. *ſqq.* vnde *flagellationum* vſus ſupereſt.

σ) *c.* 84. *de poenit. D.* 1.

τ) *c.* 86. *de poenit. D.* 1.

υ) fatente AVGVSTINO in *c.* 7. *de poenit. D.* 3.

φ) *c.* 6. *ſqq.* C. 26. *q.* 6.

χ) *c.* 55. *D.* 50.

ψ) *c.* 13. C. 33. *q.* 2.

ω) *c.* 3. *X. de cleric. coniug.*

ωω) *c.* 3. *X. ne pœn.*

α) *conc. Trid. ſeſſ. XXV. de reform. c.* 3.

αα) etiam confeſſis pœnitentibus

tæ β) ſuſceptæ, *indulgentiis plenariis* ctæ, quibus effectum, vt fere decreuer dulgentiis poſtea vltra modum auctis, et p ſtum etiam venum expoſitis.

§. V.

SVNT enim INDVLGENTIAE *rela. pœnitentiarum* ββ) *earumque temporum*, *cauſa* γ) *et ſub certis conditionibus facta.* vel *plenariæ* vel *limitatæ.* Illas tantun fex; has vero etiam epiſcopi indulgent, duntaxat *dies* et tot *carenas* remittere p *centum* vero cardinales. δ) Inde nouæ e tæ cautelæ pro tempore hoc augendo, ε) his indulgentiis multum de *tempore* et *ca* remittebatur, præterea plures caſus pontif res etiam epiſcopis reſeruati erant, in qu

[redacted]

§. VI.

ATQVE ita omnis pœnitentia olim *publica* erat tam in delictis *manifestis*, quam *occultis*, licet in illis *publica confessio*: in his *priuata* tantum desideraretur, vt tamen quoad *mensuram temporum* et *statum pœnitentium* eundem effectum haberent. η) Addidit demum INNOCENTIVS III, ϑ) mutata fere prisca iam disciplina, *priuatam pœnitentiam*, ad minimum semel in anno parocho proprio faciendam, euentuali, post confessionem omnium peccatorum, et impositam leviorem pœnam, absolutione accedente, ι) vt horum *pœnitentium* status longe diuersus ab antiquo statu censendus ob *euentualem absolutionem*. κ) Hæc ex *præcepto ecclesiæ* facienda et *absolutæ necessitatis* est, atque eo ipso *ius clauium*, quod vocant, parochis communicatum. Manifestanda autem confessionario omnia peccata, vt satisfactionem congruam decernere, et iudicare queat, vtrum illa remittere possit nec ne?

§. VII.

ETENIM quædam delicta ab horum absolutione excepta, et episcopis vel papæ reseruata. Huc pertinent (1) crimina publice nota, saluo episcoporum vel archidiaconorum arbitrio, vt pœnitentiam in *secretam satisfactionem* mutare queant λ): (2) casus *reseruati* vel papales λλ) vel *epi-*

η) *c.* 14. C. 26. *q.* 6.

ϑ) in *c.* 12. X. *h. t.*

ι) quæ ante hæc tempora perfecto demum tempore fiebat.

κ) qua iura *communionis* ecclesiasticæ integra seruabantur.

λ) *concil. Trid. sess.* XXIV. *de ref. c.* 8.

λλ) de his casibus reseruatis agitur in *pœnitentiaria Romana*, de cuius expeditione copiose edisserit DE NICOLLIS *in pr. canon. tom.* II. *p.* 285.

rio poteſtas facta, poſt mortem confitentis reuelata prodendi.

§. V.

PROTESTANTES etiam retinuere *confeſſionem generalem peccatorum* ante vſum S. cœnæ, proprio parocho faciendam, ſed *ſacramentum* in ea non agnoſcunt. Vnde(a) in quibusdam eccleſiis ſingulorum arbitrio relicta eſt, quod admodum ſalutare: (b) vbi plures in vna eccleſia parochi, mutatio nemini adimenda, υ) multo minus principi: (c) alius tamen confeſſionarius extra parochiam eligi nequit ſine conſenſu epiſcopi vel conſiſtorii φ): (d) ius denegandi abſolutionem, et ita ſimul excludendi ab vſu S. cœnæ ſoli parocho apud proteſtantes concedi nequit, ſine præſcitu conſiſtorii. χ) Denique etiam apud proteſtantes in criminibus quibusdam publicis retenta eſt *pœnitentiæ publicæ* quædam figura, quæ fit per *deprecationem publicam*; ſed conferri nequit cum priſca diſciplina eccleſiaſtica.

TIT.

υ) vt euici *tom. V. h. t.* §. 60. *ſqq.*

φ) *c. 2. h. t. in 6.*

χ) vt plenius demonſtratum eſt *tom. III. tit.* §. 51. *ſqq.*

utata, et solis episcopis *iure magistratus* α) poteſtas tributa, adeoque ad *iurisdictionem* *aſticam* relata. (2) Soluere eam tantum *nam communionem:* non illam ſemper, quæ Deo eſt β). (3) Excommunicationem non ıre commercium *iurium ciuilium* γ). (4) ſum ab vna eccleſia ab omnibus eiusdem ſſionis excluſum. (5) Priuationem hanc ıctam indefinite, non ad tempus. Recepta ı iam ſeculo IV *ſeparatio ad tempus*, quod entibus, qui ad communionem reuerti ıbant, certa tempora eſſent præſtituta, in- ıæ adhuc communione priuati erant. δ)

§. II.

ENIMVERO circa hanc diſciplinam plura im- a et in peius verſa ſunt. Etenim (I) ſub ıe *eccleſiæ* ε) iurisdictioni eccleſiaſticæ tan- *priuatiue* hæc poteſtas adſcripta, quam ex- : papa et epiſcopi atque ſuo modo *archidia-*) atque ſic in *ſubditos* tantum. η) *Abba-* ius excommunicandi tamen non conces- ϑ) quod olim ad *ius clauium*, per *ordina-* ı tantum collatum, pertineret; ι) quamuis epiſco-

) *ius ſoluendi et li-*

4. C. 24. *q.* 3.

uod agnoſcunt ſanio- catholicos, relati *tom.*). 10. *ſqq.* His adden- ICOLAVS VIGENIE- le *Venetorum excom-* *aduerſus Baron. p.* m. *Francof.*

δ) vid. *concil. Eliber. c.* 16. 40. 46. 54. *&c.*

ε) *c.* 30. X. *h. t.*

ζ) *c.* 5. *h. t. in* 6. vid. ſupra *lib.* I. *tit.* 23. §. 13. *p.* 12.

η) *cit. c.* 5. *c.* 21. X. *h. t.*

ϑ) *c.* 12. X. *de maior. et obed.*

ι) adeo vt quandoque ple- bani tempore ALEXANDRI III. illam

veluti ab eo, qui clericum percutit, ο) adeo vt etiam non denuntiatus statim vitandus sit a quolibet. π) Idem quoque dicendum de *violatoribus immunitatis ecclesiasticae*, ϱ) et de his, qui cum illis scienter communicant. σ)

§. V.

PARITER olim (IV) tantum ob *crimina publice nota* et *grauiora* excommunicatio locum habebat, vt malis ecclesia purgaretur, τ) quamvis eiectis spes superesset, communionem, *peracta poenitentia*, recuperandi. Ast in corrupto ecclesiae statu adhibita fuit (a) ad homines per eam cogendos ad *poenitentiam externam*, praemissa trina monitione. υ) Qui eam spernunt, qui poenitentiam subterfugiunt, vt *incorrigibiles*, ab ecclesia demum separandi. φ) (b) Ob *contumaciam* quamcunque aliam contra eos, qui episcopis vel pontifici in causis quibuscunque obedire recusarunt, exercita est, χ) et sic in propria causa iudices fuerunt vtplurimum.

§. VI.

ο) quod ex erronea interpretatione *c.* 29. C. 17. *q.* 4. tractum, et probatum.

π) *c.* 14. X. *h. t.*

ϱ) *c.* 49. X. *h. t.*

σ) *c.* 18. *et* 29. X. *h. t.*

τ) vt monstraui *diss. III. ad Plin. II. et Tertull.*

υ) *c.* 15. C. 24. *q.* 3. *et* 48. X. *h. t.*

φ) *c.* 14. C. 24. *q.* 3.

χ) Duas has species recenset pontifex in *c.* 23. X. *de V. S.* quarum prima est excommunicatio *pro contumacia, quia scilicet citatus stare noluit iuri*: altera *pro offensa, quia iussus noluit maleficium emendare*, mediante satisfactione imposita. Priori specie laicos suo nutui prorsus subiecerunt: posteriori ad satisfactionem sub nomine *poenitentiae* coëgerunt pontifices. Itaque hodie fere ob *delictum* qua tale (quod in primitiua fiebat ecclesia) nemo amplius eiicitur, nisi *ipso iure* pro eiecto habendus sit, sed tunc demum, si *delictum* per *poenitentiam* seu *satisfactionem*

 [illegible]

cent, ob quae *eiectio* facta. Ergo per iniuriam subditi ab homagio et vasalli a vasallagio liberati sunt, ε) ex noua doctrina de *insordescentia.*

§. VIII.

VIDELICET (VII) qui per integrum annum in excommunicatione stetit, nec, vt absolveretur, curauit, *insordescere* dicitur, atque suspectus de *haeresi* fit, quod de hac censura non recte sentire credatur, ζ) vt contra eum tamquam *suspectum de haeresi* procedi debeat, η) implorato *brachio seculari.* Ergo contra summos imperantes *insordescentes* omnes ad arma proruere et subditi obedientiam denegare debent. Hac impia praxi pontifices immensam potestatem nacti quaeuis audere potuerunt.

§. IX.

SED ne quidem (VIII) hoc medio extremo coactiuo contenti pontifices, et episcopi, nouum ex *imperio sacro* fabricarunt remedium, quosuis imperantes et magistratus ad suum obsequium trahendi per *interdicta ecclesiastica*, cultu diuino in *instrumentum dominationis* verso. Est enim INTERDICTVM *censura, qua mediante auctoritate papae, vel episcopi cum capitulari consensu* ηη) *sacristitium inducitur, ob contumaciam vel delictum in ecclesiis commissum.* Estque vel *locale*, si regnum, ciuitas vel ecclesia subiicitur interdicto: vel *personale*, si immediate ad personas dirigitur: vel *mixtum*, si ad *locum* et *personas* directum, vt hae nec alibi possint diuinis interesse.

ε) quod tamen pontifices attentarunt. *c.* 4. *et* 5. C. 15. *q.* 6. *c. f.* X. *de poen. c. f.* X. *de haeret.*

ζ) *c.* 7. *de haeret. in* 6. *auth. item* C. *de episc. et cleric.*

η) *conc. Tridens. sess.* XXV. *de reform. c.* 3. *in f.*

ηη) *c.* 2. X. *de his, quae fiunt a mai. part.*



INDEX PRIMVS
TITVLORVM
SECVNDVM ORDINEM ALPHABETICVM.

De

[redacted]

De

[redacted]

TITVLORVM.

INDEX ALTER RERVM.

A.

Appell.

Bona

Capel-

Clau-

E.

Eccle-

Epi-

Exorcista

G.

H.

corpus

Indul-

[redacted]

[redacted]

[redacted]

Matri-

Monia-

O.

P.

 antiqui

Pro-

S.

 stan-

V.

Vsu-

FINIS.



CAROLVS Sextus Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, cet. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Würtenbergæ, Comes Tyrolis cet. Agnoſcimus et notum facimus tenore præſentium vniuerſis, quod, cum Nobis noſter ſacrique Imperii fidelis dilectus HENRICVS ZOPF Bibliopola in domo orphanorum Hallæ humillime exponi curauit, quem in modum IVSTI HENNINGII BOEHMERI compendium iuris canonici in octauo ſimul et quarto prelo committere reſoluerit, vereatur autem, ne æmulorum inuidia hanc editionem imitantium impendii et laboris ſui fructu fruſtretur: ideoque Nobis demiſſe ſupplicarit, quatenus eius indemnitati Priuilegio noſtro Cæſareo ſuccurrere clementiſſime dignaremur, Nos ſubmiſſæ pariter ac æquæ eius petitioni annuendum cenſuerimus. Ac proinde auctoritate Noſtra Cæſarea omnibus et ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis et aliis quibuscunque rem librariam ſeu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus et interdicimus, ne quis ſupra nominatum BOEHMERI compendium iuris canonici ſub illa vel alia forma, aut hoc alioue titulo per decem annorum ſpatium ab hodierno die computandum intra Sacri Romani Imperii et Regnorum Ditionumque Noſtrarum hæreditariarum fines recudere vel aliis recudendum dare, aliorſumue impreſſum apportare, vendere, vel diſtrahere citra præfati impetrantis eiusdemque hæredum ac ſucceſſorum voluntatem et aſſenſum in ſcriptis obtentum anſit vel præſumat. Si quis vero ſecus faciendo Priuilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare contemnereque præſumſerit, eum non ſolum eiusmodi exemplaribus vbicunque locorum repertis,

pertis, perperam quippe recuſis ſeu apportatis (quæ dictus HENRICVS ZOPF ſiue propria auctoritate, ſiue Magiſtratus illius loci auxilio ſibi vindicare poterit) de facto priuandum, ſed et quinque marcarum argenti pœna, ærario ſeu fiſco Noſtro Cæſareo, et parti læſæ ex æquo pendenda, omni ſpe veniæ ſublata, mulctandum decernimus, dummodo tenor huius Noſtri Priuilegii in fronte libri impreſſus reperiatur et conſueta quinque exemplaria Conſilio Noſtro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus et ſingulis noſtris et Sacri Imperii, Regnorumque et Dominiorum Noſtrorum hæreditariorum *ſubditis et fidelibus* dilectis, tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus, cuiuscumque ſtatus, gradus, dignitatis aut ordinis fuerint, præſertim vero iis, qui in magiſtratu exiſtentes vel ſuo, vel ſuperiorum ſuorum loco ius iuſtitiamque adminiſtrant, ne quemquam Priuilegium hoc Noſtrum Cæſareum violare, ſpernere, aut transgredi patiantur; Sed ſi quos contumaces compererint, conſtituta a Nobis mulcta eos puniri et quibuscumque modis idoneis coërceri curent, quatenus et ipſi grauiſſimam Noſtram indignationem, prædictamque poenam euitare voluerint. Harum teſtimonio literarum manu Noſtra ſubſcriptarum et Sigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitarum, quæ dabantur Laxenburgi die decima ſexta Maii, anno milleſimo, ſeptingenteſimo trigeſimo ſeptimo, Regnorum Noſtrorum, Romani vigeſimo ſexto, Hiſpanicorum trigeſimo quarto, Hungarici et Bohemici vero vigeſimo ſeptimo.

CAROLVS.

Vt IO. AD. COMES DE METSCH.

Ad mandatum Sacr. Cæſar. Maieſtatis proprium.

I. I. HAYECK DE WALDSTAETTEN.

